204/3.I.9

279

748

20H. 13. I. 9

HIPPOCRATIS COI, MEDICORVM PRINCIPIS, LIBER prior de morbis mulierum.

AD

HENRICVM III. GALLIArum & Poloniæ Regem Christianissimum.

MAVRICIO CORDÆO RHEMO INTERprete & explicatore.

Cum tribus Indicibus copiosissimis calci subiectis.

POM. SOCIES. V. BIBL. SEC. COLL.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ ΠΕΡΙ ΚΡΙΣΙΜΩΝ.

Μέγα μέρος ἰητρικῆς τῆς τέχνης ἐστὶ, τὸ δυνάσθαι καταισκοπεῖσθαι περὶ τῶν γεγραμμένων ὀρθῶς.

PARISIIS,
Apud Dionysium Duvallium, sub Bucephalo, in vico Bellouaco.
M. D. LXXXV.

Cum priuilegio Regis ad decennium.

AD HENRICVM III. GALLIARVM ET POLONIAE REGEM Christianissimum.

IANVM Lascarim è principibus Byzantinis ortum, & quidem perdoctum fuisse, & pollicitum accepimus magno Regi FRANCISCO imperanti, vt quæ Græcus ille Medicorum princeps vernaculè quondam loquutus erat Hippocrates, traderet consuetudini Latinæ: eidémque etiam quantúmnam ad hoc munus temporis esset impensurus, interroganti: cõsultò quàm maximè quinquennium respondisse. Firmauit enim iureiurando, totum se arti medicæ tradi priùs oportere, vt minimùm annos tres: ne parum id quidem dignè & illotis (quod aiunt) manibus aggrederetur. Idque sanè meritò. Τὰ γὰρ ἱερὰ ἐόντα πρήγματα ἱεροῖσιν ἀνθρώποισιν δείκνυται, βεβήλοισι δὲ οὐ δήμις, πρὶν ἢ τελεσθῶσιν ὀργίοισι διδαχήμης. Nónne Jurisconsultorum consensus communis posteritati fidem pleniorem fecit, se authoritatis tantundem tribuisse Hippocrati, quantum de scientia illius penè diuina conceperant admirationis? Quanto in pretio doctrina Aristotelis habita hactenus vbique fuit Veteribus, nemo est vel leuiter versatus in literis, qui post eius (credimus) memoriam vllo modo addubitarit. Is porrò quum scripta, præsertim verò physica quæque dilatans, ab oraculis mutuatus diuinis tanti huius authoris, commodè transtulisset in sua, nunquam Hippocratis nomen appellauit, eius volens sciénsque nusquam meminit, facinus hoc prudentißimè dißimulans. Excidit tamen ipsi (vis tanta veritatis est) quod non nisi honorificentißimum alioquin esse poterat, non nisi amplum, verax, & glorioßißimum testimonium de Hippocrate, quantumuis id esset conatus semper (vt diximus) dißimulare. Sed Hippocratis quoque tanta

in Nomõ Hippocratia.

Dig. de statu hom. l. septimo mense.

lib. 7. Polit. cap. 4.

Hippocrat. epist. 3.

amplitudo nominis fuit, vt nutu ſuopte ſeſe veritas (inquam) deprompſerit; adeò lucet, vigétque, & tandem aliquando ex hominum mentibus ſolet ipſa elabi, vt & ſæpe extorqueri. Certus eſt teſtis, ísque firmus de gloria Hippocratis magnus Artaxerxes. Eſt & teſtis locuples & grauiſſimus, ac integer quoque Democritus σῶμα σοφίης Abderitis nuncupatus, de fama per Græciam vniuerſam Medici Hippocratis, quemadmodum ex illius colloquio cum ipſomet Hippocrate patet apertiſſimè. Imò & in ratione docendi tantopere diuino Platoni viſus eſt excelluiſſe, vt ſeſe ad imitationem illius componere velle quidem profiteatur. Hæc verò quorſum, quæ alioqui abſurda fortè videantur? Intelligenter vt omnes audiant, δύσκολα τὰ καλά. Nos nimirum meditationes noſtras & exercitationes quaſi lucubratas, ſucciſam denique omnem operam in re permagna & perdifficili collocatam ſpecioſáque ad ſcribendum quoad licuit contuliſſe. Vt etiam intelligant, quonam modo nacti ſumus quiddam otij feliciter, vel in negotio ſummo, quódque huius incœpti ipſe tu liberalis es author (Rex Chriſtianiſſime) ſolus tu fautor benignus & fortiſſimus adiutor extitiſti: atque quòd abunde ſatis hæc cauſa fuit, cur ſub ampliſſimo tuo nomine has exercitationunculas voluimus apparere, o Rex Regum (mi Henrice) maxime. Quidni enim ſic ego tecũ Chriſtiane maxime Princeps, vt & cum ſuo Patus Medicus magno Artaxerxe? Etenim quũ ſecus quàm ferebatur vulgò, nõ tam iniuria temporis quàm deprauatorum hominum iniquitate, exercitus cogerer aliquando ſequi, non equidem externos, ſicuti ſuos quondam perbellè noſter hortabatur Hipp. ſed tuos, te ſummo duce (o Rex Regũ feliciſſime Henrice) memet Caſpar Schombergkius equeſtris tui ordinis Germanorum magiſter, per quem pignus hoc noſtri erga te officij alicuius aut ſummæ potiùs obſeruantiæ refertur tuæ majeſtati, obuijs excepit vlnis ita humaniter; vt id accidiſſe diuinitus verè poſſit videri. Ei verò tum ſuísque tantiſper medicinam ſtudioſè fecimus, CAROLI Regis, tuo, & Reginæ matris imperio, dum inteſtino odio regnum flagrans bellóque premeretur quàm maximè, dúmque pacatiora iam eſſe cœpiſſent omnia Lutetiæ. Factus huius beneficij poſtea memor, tuam de me majeſtatem in Vitriaco oppido interpellauit prodromus is tibi in Poloniam Schombergkius, quem melioribus auſpicijs paulò antè expertus eras ſtrenuiſſimum ducem fortiſſimúmque, & intus tibi Gallum fidelem, vt in cute. Is ergo tum abs te conſequutus fuit, vt abſens Regis Medicorum numero adſcriberer; aut deſignatus quidem veriùs, eodem affectus honore, & cum reliquis honorario communi in poſterum perfruerer. Qua tu petitione apud Regem CAROLVM fratrem potitus, effeciſti (etſi forſitan minùs cogitatè) vt poſteaquam Lutetiæ quotidiana noſtra apud quoſque ægrotos viſitatio effluxiſſet, ſcriptis arden-

Abder. epiſtol. ad Hippocr.

Hippocrat. epiſtol. ad Damagetum.

Plato in Timæo.

epiſt. 2. Patri ad Artaxer. apud Hipp.

lib. de Medico, ad fin.

ptis ardentiùs inde vſque inuoluerer Hippocrateis. Nec ſatis id quidem. Vt primùm enim natiuum regnum repetiiſti, vix dum idem hoc mihi Schombergkius repoſcebat, quando ratum id habere te quaſi vltrò ſignificaſti. Nec non ita pòſt omnes omnium literarum in Academia tua Pariſienſi profeſſores tam grato animo excepiſti, vt præclaram eorum acceptam à patribus inſtitutionem promptiſſimè iuſſeris non omnino obfirmari tantùm, ſed & honores illis augeri & præmia amplificari. Quæ vniuerſa magno cadant commodo tuæ Reipubl. eiúsque ſecuritati & ornamento. Addes quoque, ſi ingratum non erit, & quod maius eſt aliquantò; ſi, quo Rex ille FRANCISCVS *omnis diſciplinæ parens & literarum alumnus cœperat, eodem pergas pede tuos tuæ Pariſienſis Academiæ profeſſores omnium literarum fouere, & doctos colere, ſicut & egregios à ſacratiori tibi conſilio deligere viros ſapientes & bonos; (Felices populos olim exclamauit haberi Hippocrates, qui viros bonos ſua eſſe munimenta veriſſimè agnoſcebant: non turres, non oppoſitas terræ aut ſaxi moles, nõ vallum, nec foſſas; quin potiùs ſapientium virorũ conſilia prudẽtia) ſi inquã ad aui magni illius Regis exemplar, aut Artaxerxis quidẽ, viros probos & literatos nihil diuitijs parcens, facias (vt ait ille) Regiæ majeſtatis amicos; & te & amplitudinẽ tuam longè beatiſſimum tunc prædicabunt omnes meritiſſimè. Quódque Artaxerxi, ἄνδρας εὑρεῖν δυναμένους τὴ κ' συμβουλίαν, οὐ ῥᾴδιον, viros nempe inuenire qui conſilio præſtent, arduum quondam viſum fuit; id tum tua majeſtas promptum eſſe comperiet ac facillimum, vel quidem in hoc tuo regno valde redundans. Ita tum quaſi impotenter, impatienter ſaltem ab externis feret ſe tua vinci, eius neſcia nempe adhuc, & multùm ſemper iuſtè ſuperbiens Gallia, nedum ab alienigenis opprimi. Eodémque modo ſi qui ſperabunt quiddam ex liberali tua benignitate, poterunt ex otio ad negotium aliquod maius, & virtutis ſtimulo, & gloriæ præmio incendi magis: & qui quid incœptant, animoſiùs ad grandiora contendent. Quod* DEVS *faxit, faxit (inquam)* DEVS *(quando vel hoc perpetuo dictatore, τὰ μέγιστα τῷ ἀῤῥητοτάτων καὶ αἰδοσιώτατα τὸ θεῖον ὅτι τὸ καθαίριον καὶ ἁγνίζον, καὶ ἔρυμα ῥυόμενον ἡμῖν) in ſui primùm nominis gloriam, deinde & tui ſplendorem, tantámque adeò tuæ amplitudinem Reipub. vt ſolatij quàm plurimum ad tuos pertineat, quantis fieri nunc precibus poteſt, & ſanctè rogamus, imploramúsque, & obteſtamur quàm maximè. Cur hîc enim (o Rex Regum Henrice) vt iuſiurandum ſuũ integrè ſeruanti ipſe ſibi Hippocrates, non bene tibi precemur? Lutetiæ, ex iatreio Hippocrateo.*

epiſt. ad ſenat. & pop. Abder. 11.

Hippocr. epiſt. 3.

ead. epiſt. 3.

Hippocr. lib. de morbo ſacro.

Hippocr. in horto ſuo.

Maur. Cordæus Rhemus.

AD LIBRVM PRIOREM HIPPOCRATIS DE MVLIEBRIBVS PRÆFATIO.

NEMO vnquam è plebecula, etiamsi hoc ipsum fuerit expertus sapiuscule, verius & cõtentione maiori affirmet, posse neminem sorbere simul & flare, quàm omnis qui est è familia Aesculapiadarum, fieri non posse asseuerabit etiam firmissimè, vt nostrum quisquam quotidie medendo (quadam dicimus sedulitate) simul bene mereri possit de multis Lutetiæ, & huius diuini authoris oracula, obscuritates, & anigmata eodem quoque temporis curriculo explicare, hoc est conscriptis (vt decet) cogitatè commentarijs, eiusdem ipsius illustrare scripta. Cassa hac sanè fuit (consecrati lectores Hippocratei) cur vsq; adhuc munus promissi incœptare quidem satis datum fuit; at ante hodiernum diem conficere istud nequiuimus. Namque hoc antè diu pensum breui absoluere propositum erat, quum in Hippocratis fragmentum τὰ παρηνίων commentariolos scripturiremus, quæ veluti πάγια fuisse tum confitemur quidem ingenuè, & nos id recepisse memores adhuc ipsi sumus. Adeò quidem vt cùm ante annos quatuordecim loco minùs æquo, sed seueriore aliquanto, etiámque duriore lecto, detineremur miserrimè, vnde nec nisi summo iure & periculo nobis tunc fieret exeundi potestas; ad ea tum quidem studia quæ longo & quotidiano vsu medẽdi intermissa fuerant, totum animum ex morbo lubenter retulerimus, ac eo quidẽ diligentiùs ac magis assiduè, quòd ibi tum quidem in otio degebamus inuiti. In eam rem porrò ad nos perferri studiosè tunc procurauimus ex Arabum Schola selectiores aliquot & doctos scriptores, quemadmodum & scripta quædam recentiorum, sicut & Græcorum, cùm Galeni quoque opera, tum etiam veteris huius magistri Medicorum principis vniuersa. Quæ sigillatim primùm tota cursim euoluimus, & quidem voraximus; ea attamen festinatione, vt & continenter & perpetuò attenderemus ad cuiusque scopum authoris. Omnium illorum (inquam) aliorum scripta citatiore animo percurrimus, siquidem valde explanata saltem ex comparatione videbantur: vnius autem solius (inquam) Hippocratis oracula sacratissima ilicò voraximus, quum videre non potis esset tum animus ea penitùs & enucleatè, ne quidem sua sedulitate quantulacunque, nec frequenti vlla lectione; etsi multa diuturnáque meditatione ad id contenderet ipse semper pro virili. Itaque ad rumen quidque ab Hippocrate dictum non tum semel iterúmque, sed sæpius diutiúsque, meritò postea renocare coacti; eodem pacto statim quidem abhinc toti inhæsimus, & in illius scriptis solius institimus multùm obstinatè; quippe cùm tunc animus luculenter cerneret & apertè, quòd in Sapientis huius scriptorum medullis quamplurimæ insidentes delitescerent, vel quidem profusa & liberales, & conquisitissimæ bonarum cogitationum epulæ, imò verò longè meliorum quàm reliquorum vbique; vt & in ijs præcipuè & eò sanè lubentiùs quàm aliorum vllis noster animus acquiesceret, & hinc incredibiliter recreatus, tandémque etiam saturatus, firmissimè sustentaretur. Itaque his primùm quidem igniculum fecimus, & subiecimus aliquantisper. Quibus attamen excoquendis si fortè non satis posthac ardor animi fuisse videbitur, is per nos tantisper fouebitur sedulo, dum tantopere tandem aliquando grandescat, & abundè quidem (vti speramus) sufficiat ad recoquendum. Enimuero quum suum Tironem hortabatur Marc. Tullius, vt diligenter inseruiret valetudini, nónne inter præcipua huius capita τὰ ἐπιτήδεια ipse recensuit? Atque hũc quidem ad motionẽm corporis & ambulationem adhuc retulisse fatemur. At autem quid aliud ille tum nisi de animo philosophabatur, etsi fortè haud apertè quidem satis, sed multùm obscurè, attamen nostra sanè sententia cogitatè; quum est Tironi suo ita quoque loquutus? Nunc opus est (ait) te animo valere, vt corpore possis. Quum corporeis vinculis quasi in ergastulo tam strictè colligatus animus detineatur, ecquo pacto noxas non sibi mutuò tradant, vt & operas? Imò verò sic partes

epist. 14. lib. vltimi ad familiares.

apertißimè animo tribuebat Tullius potiores. Quidni etiam eodem iure tenebuntur & in vnum idémque animi vis & robur corporis, ad valetudinem conſpirabunt? Ad id interrogatus ſub finem extremum libri de ſanitate tuenda Plutarchus Chæroneus, paratißimè quidem reſpondit & tamen acutè, iſthæc ambo pari iugo niti, aut ſaltem eodem contineri in hunc ipſum ſcopum. Quod etiam perfacili Bonis & Cameli illuſtrabat ſimilitudine, & mutua vtrinq; conjugatáque agendi contentione & comparatione. Nobis credite σύμμετρον τὸ ἔπαινον Chæroneus in hoc vtroque requirebat. Etenim ſi corporis vires adauget & obfirmat exercitatio mediocris frangetúrne virtus animi multa & aſſidua cogitatione? Commendat Hippocrates exercitationem vbique locorum ad valetudinem corporis, huius eiuſdem robur. Creditur quoque & quidem meritò articulis & carpibus labor eſſe ex vſu Græcis, quemadmodum & cibus & ſomnus viſceribus. Hoc verò vtrumque in animis præſtabit abunde ſemper ipſa cogitatio. Quando quondam curriculum philoſophiæ ingreſſi per totum triennium diſputationes ſcholaſticas protrahebamus ad multam noctem frequenter apud Montanos in circulum inambulando pro more loci & laudabili maiorum conſuetudine, (à qua iampridem poſteros iſthîc deflexiſſe, vehementer dolemus) nos ab huiuſmodi aut cõſimili potiùs deambulatione Peripateticos Veteribus nuncupatos eſſe rati, atque percelebres horum ſcholas ortum traxiſſe ab Ariſtotele, omnibus cæteris omnino aſſentiebamur; atque etiam tum ſanè ad id ducebamur veriſimili quadam coniectura. Quódque admirationem non ſine hac cauſſa maiorem moueat, eiuſdem noſtræ huius opinionis fautores ardentiùs inambulando inter diſſerendum, reddi ſe tum Ariſtotelæa diſciplinæ magis participes & acerrimos huius propugnatores permulti opinabantur eodem loco nobiſcum quoque communiter. Ex illis perplures iam exceſſerunt è viuis. Superſunt attamen adhuc multi, quibus omnia fauſta iuſtè precamur, qui de temporis ſpatio huius, diſputandi modo, & loci conſuetudine fidem omnibus faciant, & poſſint hanc ſententiã verißimè apud omnes teſtificari. Teſtes ſuperſunt Joãnes Prevotius integerrimæ vitæ Theologus, & Claudius Ruſſeletus Doctor Medicus, ingenij dote felicior lõgè quàm mole corporis, atq; vtrique ſanè noſtri coæquales. Sunt & Piſcator & Mercator Medici quoque Doctores doctißimi, qui ſimul omnes totum triennium Peripateticam ſcholam ſequenti nobiſcum olim κατὰ δίαν inambulabant, vt diximus, diſſerendo ad multam ſæpe noctem. Nec nos etiam præterit plurimos veteres Philoſophos in matutinis deambulationibus ſuis etiámque pomeridianis diſſeruiſſe. Quod cuinam non euenit, & factitari id non viſum fuit adhuc ſæpenumero ante viginti annos Lutetiæ? Enimuero exercendæ diſciplinæ quam ἀκροαματικὴν vulgò dixerunt, tempus matutinum dabat Ariſtoteles in Lyceo; ſanè volumus, quemadmodum de eo Gellius aliàs loquutus eſt. An verò is τὸ ἔπαινον elegerat Ariſtoteles, quòd ibi tum vſque ad vnctionem inambulando cum diſcipulis philoſopharetur, tunc inde Peripateticus nuncupatus eſt, quemadmodum à Diogene Laërtio mandatum ſcripto legimus, & hactenus eſt communi voce vulgatum? Quaſi verò vt adiuuat hiſtriones palæſtra apud Marcum Tullium in Oratore: ita in Lyceum ad ſuum magiſtrum Ariſtotelem audiendum auidè ventitarent diſciplinæ illius eiuſdem ſtudioſi auditores, ac ibidem tam ſtrenuè & ardenter inambulando, imò potiùs (quemadmodum iamiam enucleabimus) valde patienter & attentè audirent & diſputarent, vt ope vnctionis ſuum corpus exinde verterent, & membra quoque decentiùs & aptiùs geſtum componerent. Scilicet! Solius nempe animi quæ ſunt negotia, eiuſdémque ipſius ſtudium & operam, in rẽ transferre corporis quoq; ſolium, iudicamus planè ridiculum. Etſi enim Medicus, (eum dicimus qui ſe cupit Hippocratis diuini eſſe imitatorem) viribus animi tantùm, id quod ſuum eſt, conſequitur; corporis attamen ſolius, vt & Alipta, curam gerit: animi verò nuſquam niſi ex accidenti. Itaque Celſus iuſta quidem de cauſſa, vt ſibi videbatur, ſuũ ſic ſermonem orſus eſt initio ſuæ diſputationis: Homo ſanus qui & bene valet, & ſuæ ſponte eſt, nullis ſe debet obligare legibus, ac neque Medico neque Alipta egere. Habet quidem Medicus ſalutis rationem & ægritudinis. At eſt ſanorum ſolummodo exercitij atque eorum vnctionibus Alipta præfectus, & virium corporis atque coloris curam gerit; hoc eſt in eo verſatur totus, vt non ſolùm bene ſit corpori, ſed ſi fieri poſſit, vt ſit meliùs, vtque palam omnino appareat huiuſmodi. Quorſum ſit autem & habeatur in Philoſophorum cœtu ἰατραλείπτης, vnguentarius Medicus ſiue vnctor potiùs, qui vnguentis & perfrictionibus corporis, morbos abigat? Ab hoc enim munere & curandi profeſſione dicta fuit ac primùm quidem inſtituta ἰατραλειπτική, Prodico Selymbriæ nato, Æſculapij diſcipulo apud Plinium lib. 29. cap. 1. Imò etiam vnctoribus Medicorum ac mediaſtinis inuentum vectigal fuit eodem loco. At nihil de Medicis, nihil de illorum mediaſtinis facta mentio vſpiam fuit apud Laërtium vllo pacto. Ibi tum ἀπάλαιστρος animi ſolùm curam gerebat, vt diximus, ἀκροαματικὴν profeſſus Ariſtotelet: vbi (ſi credere dignum eſt) qua remotior erat

6. Epidem. ſect. 5. apud Hipocrat.

Cic. Acad. 1.

cap. 4. lib. 20.

cap. 2. lib. 5.

cap. 2. lib. 1.

tior erat Philoſophia ſubtiliórque, tantummodo agitabatur, quæ ad Naturæ contemplationes diſceptationéſve dialecticas pertinebant, lib. 20. apud Aul. Gellium. Hæc verò nónne tum citra venuſtatem omnem corporis, nónne citra omnem eius leporem? An non γυμνάσιον Græcis vulgò dicebatur, quòd ibs tum nudis corporibus perficeretur exercitatio? It quoque minor locus, nónne in publico vrbis quodam loco quondam extructus, perungendos, fricandos, luctaturos capiebat, & certaturos cõiiciendo diſco? Nónne iiſce qui præerat vniuerſi, γυμνάσιος dictus eſt, qui percallebat vniuerſa exercitationum genera, atque earum vſum ſic ipſe nouerat, etiámque modum? In iis verò omnibus quòd perbellè quidem inſtructus eſſet Ariſtoteles ille palæſtrita, videatúrne veriſimile gymnaſium aperuiſſe peripateticum? Præcipiebat ille ſeptimo (fatemur) politicòn tradendos eſſe ſtatim gymnaſticæ adoleſcentes. Ita ſit ſanè. At non in Lyceo tantiſper, dum ſaltem ἀκροαματικῶς (inambulando ſcilicet) ille profitebatur. Quid magis alioquin ridiculum? Ridiculum ſanè quò magis hoc foret, explicandum eò citiùs fuit poſteris, an eos tum Philoſophiæ egregios auditores ξυναγωγεῖς voluerint huius opinionis homines, an potiùs χλεύης; neque enim id ipſos expreſſiſſe adhuc audiuimus. Si gymnaſium quod primùm & propriè ad exercitationem corporis veteres aptarunt, nunc alienum non videatur poſteros ad informandum animos tranſtuliſſe, & vſque adhuc ita loquuntur; cur vt animus dabit ſe ſuæ exercitationi, quod eſt cogitare: τὸ περιπατεῖν verbum, hoc quoque ſenſu non traducetur conſuetudini Latinæ, vt ſic ſe res habeat vtrobique ſimiliter, & περίπατος ad animum referatur? Hactenus itaque gymnaſium locum auditoribus edocendis aptiſſimum exercitatio animi τροπαίως retinuit, & ſic vſurparunt Latinè poſteri omnes: quidni etiam τὸ περιπατεῖν verbum ad animi aptetur vires, in quibus vis princeps recenſetur, & potiores tenuit hactenus ſemper cogitatio? Perluſtret mens qua ſunt ſub cælo, & quæ ſupra cælos ſunt vniuerſa, nónne mens τῷ περιπατεῖν id ipſum facit, hoc eſt cogitando? Si quis etiam fortè ad inferna deſcendat meditando, nóune id ipſum præſtet eodem hoc quoque pacto? Interſunt inter iſthæc vtraque, variæ terrarum genera, etiámque aquæ per eas terras diffluunt & circumfluunt omnis quidem generis & facultatis, in quibus immotus interea manet & inſidet aër, aut hic quidem quoquouerſum fertur agitatus. Quid verò eorum eſt, ad quod non queat mentis acies cogitando penetrare etiam penitiſſimè? Verumtamen in porticibus Philoſophi diſputabant deambulantes ſecundo de Orat. apud Marcum Tullium. Vnde & quarto Academicũ quum fulcire putabatur Chryſippus porticum Stoicorum, videatur quoque Marcus Tullius Stoicam ſcholam intellexiſſe; quod quidem legitur etiam initio ſtatim periodi primæ in Euthyphrone apud Platonem, quemadmodum & Horatius opinatus eſt 2. ſermonum ſatyra 3, vt & epiſt. 2, lib. 2, apud eundem legitur, inter ſyluas Academi quærere verum: *Nónne etiam Academia gymnaſium Athenis fuit, aut locus ſaltem ſtadiis ſex à Dipylo porta vrbis Athenienſium diſitus, quinto etiam de finibus apud M. Tull. qui aridus fuerat priùs & incultus, deinde verò Cimonis induſtria lucus euaſit irriguus, & puriſſimis alueis & deambulacris ὑμβροσις eiuſdem opera & impenſis decoratus eſt, quemadmodum legimus in vita eius ipſius apud Plutarchum Chæroneum? Addamus etiam, ſi placet, accommodatiſſimum fuiſſe ad palæſtricè ſpatiandum. Ita enim eſt. Denique ea eſt & communis quidem omnium, qui nos ætate præceſſerunt, opinio: quæ quia penitiùs peruaſit per animos Doctorum & diutiùs imbuit eorum mentes, iampridem inſita inueteranit tam altum: vt non niſi ægrè dimoueri, nedum deleri poſſit: ſed ſtabilis & firma fixáque fortè permanebit. Eam attamen (vti ſperamus) conſequens noſtræ interpretationis nouitas conuellet, aut niſi effringat, ſaltem mouebit ita, commutabítque; vt huius hæreſeos inueteratæ errorem depellat, (vti ſperamus inquam) quæ ſequitur demonſtrationis ratio repetita, & quidem deprompta ab oraculis diuini huius authoris. Scitum quidem eſt & omnibus perſpectum, iiſce ſaltem, qui quia ſe Peripateticos eſſe indicant, eóque nomine aliis ſe præcellere quodam iure exultantes gloriantur; Ariſtotelem perſtudioſum diuini Platonis, qui primus Academiam inſtituerat, auditorem fuiſſe. At autem æquè notum non eſt quibuſque, Platonem tantundem in Academia excelluiſſe docendo, quantum ipſe poterat τῷ περιπατεῖν ea quæ ab Hippocrate inuenta quondam fuerant ſcriptáque dilatare inter diſſerendum, & eadem explicando amplificare; Ariſtotele ſedulo interea auditore & æmulo huius docendi profeſſionis & eiuſdem aucupe etiam ardentiſſimo, quemadmodum ex hac præſenti noſtra narratione omnibus fiet manifeſtum. Ratum firmúmque hactenus habuerunt poſteri omnes, patrem Peripateticorum magnum fuiſſe ipſum Ariſtotelem. At huius quidem fuiſſe parentem ignorant diuinum Hippocratem. Quum ſiquidem non diſſimiliter ἐκ τῷ περιπατεῖν Hippocratem Platonem, quàm Plato Ariſtotelem educarit, etiámque eduxerit eum è parvulo, vt iam explanabitur apertiſſimè. Debent enim omnes doctrinarum excultores non minùs iuſtè quàm*

cap. 4. lib. 20.

in Horto. *piè, hoc præsertim authore summo artis magistro Hippocrate, inter parentes recenseri. Ac sanè quantò plus excellunt animi corporibus, quidni tanto in maiore etiam pretio habeantur cultores animorum & artis sacræ cuiusque doctores, quàm qui corporis solius curam gerunt? Agnoscant igitur rogamus omnes in posterum Peripatetica doctrina authorem falsò hactenus habitum Aristotelem. Aristoteles Platonis mores & disciplinam sequutus, doctrinam eius profitebatur, eámque ipse auidiùs audiendo hauserat quidem multò priùs. At subripuit eorum vterque, & dissimulanter transtulit & vsurpauit quidquid scitu & notatu dignum erat, mutuatus id (inquam) est vterque ab hoc Hippocrate. Itaque inter audiendum obseruabat Aristoteles, vt diximus, sedulo, quid effutiretur tum vulgare & authore quoque digunm, & quidem omnibus notum: quid etiam reconditum, non facile, sed obscurum diceretur à Platone inter docendum. Quum vero illis temporibus nondum prelo Doctorum scripta mandarentur, valde tunc etiam arduum erat, lucubrationes veterum habere & recuperare; vt exscribere quinis cogeretur quæ notatu digna sibi videbantur & reconditioris doctrina quiddam continere. Hæc certè causa fuit (auditores Peripatetici) cur obscura dicta Hippocratis tanquam oracula quædam apud se contineret Plato ille diuinus, quæ & tanta sedulitate legeret, & legendo tam studiosè meditaretur, & quod meditando occurrerat ab Hippocrate dictum obscurius, tentaret id pro sua virili semper planius aliquanto & explicatius in Academia sua reddere. Platonis ingenium summámque eius industriam audiendo multùm diligenter interea Aristoteles summè admirabatur, cuius etiam studiorum æmulus & imitator esse clam & apud se percupiebat, vt inter quosque Platonis auditores, omnium iudicio communi, multum etiam ipse conscius excellebat. Enimuero recessit is tandem (ait Laertius) à suo magistro Platone. Atque dum ad Philippum proficiscitur Aristoteles, præficitur interim Academicæ scholæ Xenocrates Chalcedonius. Quod Aristoteli iniquum tam visum fuit, quum ab anno ætatis decimoseptimo ad Platonem deductus, huic omnem operam totos viginti annos dedisset, etiámque excelleret is pulchrè inter cæteros; vt docendi quidem auiditas eum ceperis atque libido non valde repugnantem. Opinatus est enim quod de seipso etiam frequenter vsurpauit,*

Αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ξενοκράτη δ' ἐᾶν λέγειν, *hoc est,*

Silere turpe, & Xenocratem pati loqui.

Quis etiam id æquo animo ferat? Quamobrem quum diutiùs non posset cõticere Aristoteles, suam scholam in Lyceo delegit, ibique περίπατον Hippocrateum redintegrare conatus, cum discipulis philosophabatur, non inambulando vsque ad vnctionem, quemadmodum hactenus vulgò perperam creditum est: sed potiùs quæ domi prudenter antea potuerat excogitare, doctè ea & peritè docendo & differendo. Suum sic illius enim περίπατον ad curricula animi perpetuò esse referendum multis abhinc annis multùm suspicati, scitè modò statuimus, mordicus tenemus, & accuratè tutamur. Ita tum sanè, quòd de præstantia docendi post reditum Aristotelis controuersia orta esset, pugnatum est acerrimè & summa animi & orationis contentione. Excelluit autem ὁ τῶ περιπάτω doctus Aristoteles, tandémque etiam triumphans victoriam reportauit, cõstituto quidem munere docendi, sed tamen comparato ad imitationem veteris & summi illius magistri diuini Hippocratis, vti modo ex hac narratione resultabit omnium Peripateticorum qui vsque adhuc hac nostra expendent, hoc est in primis eorum qui Hippocratis, deinde Platonis, adeóque Aristotelis doctrinam sequuntur, admiranda quidem vniuersis, quia vnica hac nunc videbitur, consensio: quæ summa tamen firmáque

cap. 17. lib. 3. *posthac stabit in sempiternum. Memoriæ quondam mãdatum fuit (ait Gellius) Platonem tenui admodum fuisse pecunia familiari, cum tamen treis Philolai Pythagorici libros millibus decem denariũm mercatum esse. Vnde Τίμαιος in eo libro quem maledicentissimum conscripsit, Platonem contumelioserè appellauit, quòd tanto impenso pretio emisset librum Pythagoricæ disciplinæ, quódque ex eo Timæum nobilem illum dialogum continuasset. Extant quidem hac de re versus aliquot apud eundem Gellium, vti est videre integrũ cuique. Traditum est quoque eodem loco Aristotelem paucules libros Speusippi philosophi sumptisse sibi post eius mortem Atticis tribus talentis. At antem hic idem Gellius nescivit, quum isthæc memoriæ mãdabat, longè priùs ipsum Aristotelem, vita defuncto Platone, cõparasse sibi Hippocratis opera fortè maxima summa pecunia è bibliotheca quoque Platonis. Quidni enim sic verisimiliter iudicemus de Hippocrate, quum de cæteris Aulus Gellius ista præclarè? Post reditum quidem dolenter ferebat Aristoteles, & sanè meritò, si cõiectura quadam valemus, quòd Xenocrates viribus animi longè sibi impar, vt & doctrina studióque perenni, Academicæ scholæ Platonis fortè successisset: cessaret is autem ac feriaretur inuitus interea à docendi munere exoptatissimo. Itaque vt iam erat eruditus voce Doctoris tanquam ignoti cuiusdam & dissimulati Hippocratea*

cratea doctrina, præconis scilicet sui magistri Platonis Aristoteles, eiusdem ipsius etiam qui tacitus quoque præceptor fuerat priùs, in manus sumpsit (inquam) Aristoteles scripta, nempe Hippocratis, posteaquam Plato excessisset è viuis. Quæ quidem vix dum à limine salutaueras, quum conscriptos auditores ipsum habuisse animaduertisset, inter legendum, & vnumquemque eius disciplulum adstrictum iureiurando detineri, dato nimirum nomine, legisset in illius horco. Ab hac verò descriptione nominum liberos iussit esse & immunes manere liberos (dicimus) suis præceptoris natos, quippe quos ἄνευ μισθοῦ καὶ ξυλλεκτῆς, sine mercede & omni pacto informãdos desiderauit. Participes (inquam) esse voluit φιλοκαλίας τι καὶ ἀκροάσιος (hinc verò ἀκροαματικὰ Aristoteles sua nuncupauit) καὶ τῆς λοιπῆς ἁπάσης μαθήσιος μεταδοὺς ποιήσας ἑμοῖσί τε καὶ τοῖσι τοῦ ἐμοῦ διδασκάλου καὶ μαθητῆσι συλλεγομένοισί τι καὶ ἀρκυσμένοις νόμῳ ἴντεκεν· ἄλλῳ δὲ οὐδενί. Quæ quidem diuina penitus nedum humana narratione eruduntur quique omnes quàm charos debeant eos habere à quibus hauserint artis præcepta auditores, nempe vt parentes colendos esse. Atque reuera informantur animi auditorum perdocta doctorum oratione. Vt ne quidem parcendum sit vsquam vitæ, tantùm abest vt ea discipuli denegent quæ suis doctoribus videant ex vsu fore. Vnde hoc etiam documentum capere charitas quidem iubet & cogit (hinc enim consurget auditoribus saltem Hippocratissimus) tanti facere me Lodoicum Duretum de re cuiusque Hippocratea meritissimum, quum siquidem ante triginta annos in Regia Cameracensi exedra Hippocratis πυρίματον elegerit & tandiu continuarit, præsente me interea ante annos septem & viginti, & assiduo totum quinquennium auditore; tanti quoque charissimum eius filium Io. Duretum, quando vnius parentis & eiusdem disciplinæ sumus; vt amem imprimis, & paucos æquè charos habeam, atque eorum vtrumque. Etiámque adeò vt quæ inter nos iam poterit intercesse charitas, nunquam, sicuti de ea Tullius præcipiebat in vniuersum, nisi quodam detestabili scelere, cuius etiam eorum vterque fugiētissimus est, dirimi in posterum queat. Eadem verò conditione & iure nobiscum etiam meritò quidem agat Petrus Lassileus Doctor, cuius ἀκροαματικὰ lubentiùs eo audiuimus, quòd Iacobus Syluius morbo impeditus suam illi tradidisset docendi omnem prouinciam; ita eum Græcis literis sapere, & Latinis liberaliter eruditum nouerat esse. Quis verò à me Doctoris Gorræi nomine, istémque Petræi, quorum vterque sine fuco & fallaciis more Maiorum vixit, hoc idem ius reposcat amicitiæ? Ille enim quum in factitanda Medicina integrum adhuc me & aliquantò rudiorem esse agnosceret, vix tum me passus est à suo latere longiùs discedere, ardenter adeò cupiebat & exoptabat vt euaderem consuetudine & prudentia sua aliquātò eruditior. Siquidem ad ea quæ illi ex Hippocrateis scriptis sæpe proponebam ænigmata, tam promptè respondebat & acutè; vt se significaret permagnam inde voluptatem capere. Hic autem vir verè bonus ante multò plures annos me domo cum suis excipiebat, & ibi tunc etiam ad diagnosin morborum, curationem eorum adiungebat methodicam, cuius quidem gratia dictabat etiam formulas remediorum. Sed quid hinc ad eos pertineat, quid capiant inde pretij, quid solatij? Sic sanè posthac, vt est ex horco propositū, mihi erit vsus. Rescisc̄at id nempe rogo & precario quidem; ratum vt habeant deinceps firmúmque vtriusque eorum filij superstites, vti fore speramus eos pietatis paternæ, comitatis, facilitatisque participes atque hæredes: ita mei erga suos parentes officij ius & quidem totum, pro iussu Hippocratis eiúsque horco, ad se iam transiisse. Ac facilè passurum me, vt eo & plenè & cumulatè gaudeant & perfruantur quidem liberalissimè. Sed, si placet, sic regressio fiat. Vt verò primùm Xenocratem Academiam profiteri Aristoteles intellexit, iniquè id quidem tulit aliquantisper, tandémque ad eandem docendi prouinciam adiunxit consultò maximè & aliam methodum eruiendi eámque innouauit, quam attamen ipse vix excogitauisset: sed ad imitationem aui illius Peripateticæ scholæ, Hippocratis nempe, molitus est. Atque eam quidem ab auditorum munere, quæ auditio siue auscultatio est, perplacuit illi ἀκροαματικὴν nuncupari. Quasi eos demum vendicaret ipse sibi tum, qui, quòd nomen dedissent, soli ad ἀκρόασιν admittebantur. Opinatus est enim quæ tum explicabat & ἀκροαματικὰ κατ' ἐξοχὴν dicta sunt, ἃ μὴ χρὴ ποτε ἐκλαλέεσθαι ἔξω, vt loquebatur Hippocrates in suo horco, quòd euulgari ea non oporteat, sed ἄρρητα εἶναι τὰ τοιαῦτα, quòd ea potius tanquam arcana debebant retineri & occulta. Quæ nimirum ἔσωθεν (vnde hæc eadem etiam iure ἐσωτερικὰ quispiam appellet) intus Aristoteles in conclaui nempe & claustris scholarum penitus conclusis percurrebat dicendo docendóque; quibus etiam pari ratione opponantur verissimè, quæ mox dicentur ἐξωτερικά. Sic multitudinem auditorum, assiduitatem & frequentiam magnam eorum collegit Aristoteles, conciliaúitque sibi eorundem gratiam aucupio hoc docendi nouo. Etsi enim inter medendum ἄρρητα ibi tantummodo habere locum videantur apud Hippocratem, secus tamen omnis is iudicabit & quidem amplificabit, qui ad hæc, proximè consequentia Hippocratis quoque verba diligenter attendet, ἢ καὶ ἄνευ ἡγεμονίης, etiámque in iureiurando.

(ait) extra medicationem. Xenocrati quidem vespcri docendo, sese (si voles) adæquabat etiámque in Lyceo τῷ περιπάτῳ Aristoteles: innouata verò altera docẽdi arte plus ipse pollebat, & longè prior potiórque semper fuit Xenocrate. Ipsum περίπατον δωλιὸν vulgus appellabat, scilicet vespertinum. In quo nempe ἐξωτερικὰ tantùm effutiebat Aristoteles, ad quæ audiendum percipiendúmque vt quisque quasi ἔξωθεν admittebatur, sicuti schola quoque Xenocratis cuique patebat: ita hæc eadem percepta dimulgare & ἐξωτέρω efferre licebat cuique, quum siquidem sine horco, & omni syngrapha & inreiurando vllo ea Doctoris præcepta ibi tum exaudiret vnusquisque pro suo iudicio arbitrióque. Sic enim ἐξωτερικὰ nobis exponenda videntur, de præceptis scilicet Aristoteleis potiùs quàm de libris aliàs ab eo conscriptis. Quãquam haud nos pratereat quod de Alexãdro literis mandatum reliquit Gellius. In cuius hac de re censura, non dicam turpiter, deludi videatur, sed parum Aristotelicè iudicare, quum hæc recitat ipsissima Aristotelis verba, quoniam iis (ait) solis qui nos audiunt (de libris autem Gellius loquebatur) cognobiles erunt. Scripta sunt exempla epistolarum eodem capite apud Gellium, in quibus dum dictionem λόγους libros Gellius reddit, reperias lector & eum quidem facilè iudices inuertisse mentem scriptoris. Debuerat (credimus) sermones potiùs aut verba reddere pro sententia illius. Verba sunt Aristotelis, ξωτεροὶ γάρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν, quæ nostram sententiam apertè confirmant. Ergo non de libris hunc locum Aristoteles voluit intellectum, quin potiùs de curriculis animi & sermonibus, quos ipse habuit ἐν τῷ περιπάτῳ cogitando meditandoque inter docendum. Sed vt iudicium Gelly fuit, quum sint epistolæ vtriusque & Alexãdri, etiámque Aristotelis, breuitatis elegantissimæ, adscribentur illarum mox exempla, si quæ ad sensum panca conferre possunt, ex Gellio præmiserimus. Vt fama volat vulgò, Ex multorum sermone intellexerat Alexander, quodnam incœptum docendi erat Aristotelis suis præceptoris: atque vt vespertinum, de quo nuper nostram aperuimus sentẽtiam, ita ἐωθινὸν περίπατον manè quidem disceptationem instituisse. In qua, vt etiam perferebatur, quæ Aristoteles habebat reconditissima, communicabat & pernulgabat auditoribus, qui ex syngraphe & inreiurando sese adstrinxerant illi ipsi suo sanè & inrato Doctori, nempe Aristoteli. Etsi autem Alexander ea tum tempestate armis exercitúque (Gelly verò hæc sunt verba) omnem propè Asiam tenceret, regémque ipsum Darium prælijs & victoriis vrgeret; in illis attamen tantis negotiis literas ad Aristotelem misit, non eum rectè fecisse, quòd disciplinas ἀκροαματικὰς, quibus ab eo (hæc verò diligenter notate lectores Peripatetici) ipse eruditus foret, libris foras editis inuulgasset. Tum autem Alexander ex eo ægrè ferebat, quòd potiebantur eo quoque alij quod ipse concupierat. Quæ agritudo est verè zelotypia, 4. Tuscul apud M. Tullium. Quam attamen velabat, & simulatè quidem, admirabili hac consequente atiologia; aut certè sentiebat Alexander prudentissimè & præclarissimè. Namque qua alia re (is ipse rogabat) præstare cæteris poterimus, si ea quæ ex te accepimus, omnibus prorsus fient communia? Quippe ego (subiecit quoque Gellius, quod est in tanto & omni quidem principe notatu dignissimum) doctrina anteire malim, quàm copijs atque opulentijs. Rescripsit ad hanc sententiam Aristoteles ἀκροαματικοὺς libros (sermones verò longè dixisset verius) quos editos quereris, & non perinde vt arcana absconditos; neque editos scito esse, neque non editos. Quoniam iis solis qui nos audiunt, cognobiles erunt. Exempla verò vtrarumque literarum sumpta ex Andronici philosophi libro subdidi (ait Gellius) quæ sunt huiusmodi: quæ nunc quoque adscribi volumus, ne quid desideretur.

cap. 4. lib. 20.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΕΙ
ΕΥ ΠΕΡΙΠΑΤΩ.

Οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας ἐκδοὺς τοὺς ἀκροαματικοὺς τῶν λόγων· τίνι γὰρ ἔτι διοίσομεν ἡμεῖς τῶν ἄλλων, εἰ καθ' ὃς ἐπαιδεύθημεν λόγους, ὅτου πάντων ἔσονται κοινοί; ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις, ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙ
Αλεξάνδρῳ ΕΥ ΠΕΡΙΠΑΤΩ.

Ἐχαλεπάνομεν περὶ τῶν ἀκροαματικῶν λόγων, οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀπορρήτοις. ἴσθι οὖν αὐτοὺς ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους· ξωτεροὶ γάρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν.

Quæ quidem breuiter tantùm hæc nobis dicenda fuerant, volumus, vt viris fortè videbitur, sed po-

ſed politioris omnino doctrinæ, quippe quia extra rem muliebrem, quæ ſola nunc foret diſceptanda, iſthæc ſint vniuerſa. At non quidem ſoli profeſſores Hippocratei vſque adhuc Peripateticam diſciplinam hauſerunt ab inambulando, ſed præter hos longè etiam plurimi, vt teſtes ſunt Fab. Quintilianus, Marcus quoque Tullius, Aulus Gellius, itémque Diogenes Laertius, & alij aliquot plures, vt & quique recentioret. Quibus ſanè nec ſingulis nec vniuerſis aliter uec breuiori etiam oratione facere ſatis potuimus. Itaque ô vos lectores Peripatetici (rogamus) nobis ignoſcite, ſi in his animorum curriculis tam longè latéque (vtinam æquè etiam profundè) ſpatiatus animus eſt noſter quàm diutiſſimè. Viſa eſt enim res hæc tam noua támque grata nobis, vt ab ea per ſe ſtimulatum & percurrentem animum cogitando vix contineremus. Attamen ne hic etiam diutius aliquantò erremus, cuinam hæc accepta (iterum rogamus) ferri debeat interpretatio? Si quæ ſua ſuis ſuprà dictabas & apud eos profitebatur Ariſtoteles, ab officio auditorum (Eſt enim animus qui audit Hippocrate authore) ἀκροαματικὰ is nuncupauit; cur qui ſuum περίπατον fecit & officium cogitando (quod animi quoque eſt) meditandoque inter docendum; Peripateticis nomen non dabit? Vt nimirum vtrique, tum qui auſcultant audiúntque, nunc nobis Peripatetici dicantur, tum qui dictat & diſceptator eſt; hic attamen huiuſmodi reputetur eſſe præſertim, qui quum περίπατον faciat inter docendum, quemadmodum is eorum primus parens iure haberi debet, ita nomen quoque ſuum ab eo poſteri quique accipiant, eodémque modo Peripatetici nuncupentur. Enimuero præluxit ne maioribus ſuis Ariſtoteles τῷ περιπατεῖν, cogitando nempe inter docendum? Siccine ſui præceptoris æmulus & imitator clam ſemper eſſe deſiderauit ipſe Platonis, vt quibus modis poterat præcelleret, etiámque vinceret, vel multis numeris, &, ſi fieri poſſet, partibus, ſuum (inquam) Platonem ſuperaret vita defunctum? Namque audiuerat eo adhuc ſuperſtite Academiam nomen ſuum à quodam loco, qui & ſuum quoque ab heroë Academo alias habuerat uomen, accepiſſe; quod viſum ei tum fuerat rudioris aliquanto Mineruæ. Locus verò fuerat in quo inambulantes condiſcipuli ſua fortè ſtudia inter ſe conferebant, dum εἰς τὸ περιπατεῖν, ad docendum Plato præceptor ventitaret. Maluit verò Ariſtoteles à curriculis quæ animi propria ſunt, quemadmodum antea abunde expoſuimus, ſuam ſcholam tantò elegantius nomen capere, quàm ab Academo. Nec ſanè illi fuit ſatis ab Hippocratis horto ſua documenta ad huius imitationem ἀκροαματικὰ appellare: ſed vt erat in eiuſdem ipſius ſcriptis omnibus verſatiſſimus, erat ipſe etiam conſcius duas hominis partes eſſe, quæ in vnum idémque conſpirant; diſſident autem & magnis quidem interuallis natura officióque: ita exercitationes earum vtriuſque inter ſe multum diſcrepare didicerat etiam ex Hippocrate Epidemion ſexto. Quum enim, vt antè dictum eſt, articulis & carnibus, quod eſt corpus exterum, dicatus ſit πόνος, cibus & ſomnus viſcera, quæ internum quoque corpus notant, planè reficiat; cur qui hoc vtrumque regit, continet, adminiſtrat & moderatur, & in homine αἰεὶ φύλαξ μέχρι θανάτου vnà cum calido innato, ad extremum diem vſque ex eo non euolat nec ſecernitur, non habeat ſuam ſeorſum exercitationem? Hanc verò, vt ipſe animaduerterat & annotauerat quoque apud eundem ſedulo, haud prætermiſit Hippocrates eodem libro. Antedictis nempe locus hic proximè connexus ſubiicitur, qui noſtram uot de Peripateticis interpretationem edocuit, ψυχῆς περίπατος φρονῆς εὐπρόποιον. Hinc verò Peripateticis ſuis dedit uomen magnus ille qui magnum appellauit noſtrum Hippocratem minùs cogitatè Ariſtoteles. Sed huius tam longæ digreſſionis, vel etiam pleniſſimæ tædij, cauſa, ſanè is ſummus fuit qui me ex eo premebat dolor, quod viderem tot abhinc ſeculis ſtudioſiſſimum hunc veritatis cultorem & parentem philoſophiæ primum, diuinum Hippocratem, ſuo eóque meritiſſimo eſſe ſpoliatum honore. Vt etiam omnes intelligant rationem noſtri huius incæpti; perpulchrè nimirum in illuſtrandis diuinioribus oraculis Hippocratis animum tandem conſtitiſſe. Quódque quantò quaque abſunt propiùs à vetuſtate, plus veritatis in ſe continent, etſi ſæpenumero hæc quidem iaceat & lateat in occulto, nempe quia in obſcuro. Si Ariſtotelis doctrinam poſteritas coluit, & Ariſtoteles Academiam Platonis admiratus, totum ſe ei ad ornandum perpoliendúmque tradidit; quis nunc hominum non demiretur ſummam in hoc Hippocrate Sapientiam? Hic namque illorum vtriuſque præceptor & Doctor Hippocrates fuit, vt & hic ſua Academia Platonem iure priuet, & ab Ariſtotele περίπατον ſuum quoque repetat, & ſibi iſtud vtrumque etiam æquiſſimo iure vendicet Hippocrates, palámque inſtiſſimè quidem prædicet ſe primum parentem in primis Academiæ, deinde & Peripateticæ ſchola authorem; tandémque vt artis noſtræ, ita omnis Sapientiæ veterem magiſtrum eſſe. Ergo quum in Sapientis huius medullis deliteſcerent epulæ bonarum cogitationum, primoribus quidem labris primum eas deguſtauimus, ſed tandem attamen ſpretis cæteris quibuſque aliis, his recreatus abunde & ſatiatus animus, totus inhæſit iiſdem pertinaciſſimè. Atque in pri-

ſect. 5. lib. 6. Epidem. Hippocr. Polit. 7. cap. 4. Ariſt.

mis quidem legendo Latina, vtraque ea percurrimus; quanquam in illis multa disparia obseruaremus, in perdoctis (dicimus) Caluo & Cornario interpretibus. Quum verò inter se huius vtriusque sermones conferre quasi cunctanter nobis animus esset cum vernaculo, Physica multa in Hippocrate cœpimus videre, Medica quoque multa, & hæc vtrique hominum generi (volumus) communia adhuc vtraque. At quum aliquantò penitiùs intueremur in rem vtriusque peculiarem, emicuit tandem discrimen ingens inter vtrumque vel apparentißimum. Etenim quæcunque in viro inesse videbantur duce natura atque bona valetudine, eadem prorsus in muliere clarè lucebant, dempto quidem vno conceptaculo. Quæ etiam egressa vbi eadem erant è sua natura, differre ißhæc tum tota quidem curandi ratione priùs frequenter diuturnior nos edocuit experientia, quàm monenti id & sæpe inculcanti huic diuino authori morem gereremus. Factum est adeò vt cæteros quosque authores cùm Græcos tum Latinos, ac sanè veteres tum etiam recentiores diligentiùs aliquoties perlustraremus; & Arabum quoque multorum scripta quæque. Nihil verò in his vniuersis, nihil his quæ nunc ex instituto Hippocrates tractat de mulierum morbis consimile videbamus, omnino etiam nihil, quod de mulsere, mentem redoleret Hippocratis. De proritandis quidem menstruis & eis promouendis capita multa apud omnes, multa quoque qua citatiorem eorum impetum reprimerent, legebantur descripta ab eis. Quæ etiam facerent alia aduersus prolapsum uteri descensumque eius, alia quæ eiusdem restinguerent inflammationem, nonnulli præscribebant; varij denique authores multa diuersa. At de re muliebri dispensasse sua inuenta & omnia disposuisse, vt erat decens, ordine, ex illis ne vnũ quidem nacti authorem sumus. Solus hic noster & quidem diuinus Hippocrates certa ratione atque via disputationẽ instituit τῷ περὶ γυναικῶν de muliebribus; ac cogitãdo est vniuersa complexus, quæ toto vitæ decursu ad mulieres vicißim pertineant. Ita enim hoc loco diffusè latéque dictio γυναικεῖα protenditur, non autem tãtùm denotat χαταμήνια, vt plerumque alràs apud hunc eundem authorem. Siue hîc antẽ imprimis in discrepãtiam naturæ inter hominem vtrumq; intuearis lector, siue in peculiarẽ eius vtriusque naturã, atque præsertim fœminæ; hoc tunc vtrumque cõsequutus habeas, ex quo authori perplacuit suam disputationẽ de morbis mulierũ vel quidem statim, si animaduertis, ortũ ducere. Atque quum in primo vitæ hominũ cursu nihil dũ innouetur magis in muliebri corpore quàm in virili, vt tũc vtrobique eueniãt omnia communiter similísque; eã quidem nũc scitè & iure partem ætatis author prætermisit, quæ ab ortu primo ad pubertatem vsque tota interest, in qua sanè videntur manifestè γυναικοῦσθαι & (dicamus hîc etiam paulo amplius huius verbi significationẽ dilatantes) iam muliebria corpora incipiunt sui sexus discrimen depromere & sub oculos ponere. An non enim tunc mamma attolluntur, ac sanguis in hepate generatur copiosior, quum etiam carnes mollescant & rariores fiant, quò ad capiendum sanguinem qui nuper ex hypothesi liberalior effectus erat, abunde sufficiant? Quod posterius quum non euenit, hoc est quum qui vberior factus est sanguis ad habitum corporis aditu prohibetur, in quo τῷ γλοιῷ latent gratia eiusdem coaceruationis, ecce virginales inde tum morbi exoriuntur, de quibus, vt credibile est, suam sententiã amplißimè dixerat libro περὶ παρθενίων, sed non nisi decurtatum opus ad nos peruenit, vt nec pleraque alia, magno salutis mulierũ & virgunculariũ detrimento. In anquirendis his autem ad habitum corporis meatibus & viis valde natura patitur, indéque etiam multæ molestiæ causas principiáque ducunt, & virginales quæque sunt. Nempe interea cutis color fœdatus turpiter depranatur, quando scilicet illius affusione aut suffusione potiùs destituitur, cuius præsentia ex naturæ instituto debuerat cutis nitere & roseo reddi colore, etiámque viris complacere. Virorum enim gratia iucunditatis effecta facies venusta fuit, qualis est ferè virginibus. Sanguis copiosior inter has moras diffluit quoquouersum, & incalescens plusquam par est, in quamque partem quà via sunt patentiores, suopte nutu rapitur. Quæ quum ita sint, virgines admodum frequens capitis exercet ísque acerbus dolor. Aliàs etiam vomitione cruentum reddunt, aut quidem sputatione, agrè nonnunquam etiam illa respirant, aut palpitatione cordis tentantur, aut alio aliquo modo anxiæ & oppressæ. Horum verò omnium causa est copia sanguinis ex hypothesi exuperantis. Quæ quia est, ratio physica suadet eodem modo, vt ea delitescat in aliqua parte; in qua quum contineatur præter naturam, necesse tum etiam est, vt in ea sui quadam signa edat & indicia. Atque hæc prima classis est morborum qui ratione sexus suboriuntur; & qui fortè illato etiam vitio inter virginales censeri queant; quandoquidem nondum amplificata sit penus secundaria, cuius ratione atque structura mulieres sortitæ sunt suum nomen, à propria scilicet corporis mollitudine. Quæ enim præmaturè & ante penariæ cellulæ tuborum amplificationem connubio iunguntur, minùs quidem illæ sequuntur naturam ducem; vnde opportunæ fiunt etiámque procliniores redduntur virginalibus morbis. Vt enim in pulmonibus est raritas quædam

& assimilis

& aßimilis ſpongÿs mollitudo ad hauriendum ſpiritum aptißima lib. 2. de natura Deorum: eadem omnino ratione iam propè audies hoc enuntiatum eſſe ab Hippocrate γυπῆχας ἀραιοσαρκοτέρας καὶ ἀπαλωτέρας ἅπασι. Fuit enim continendus ſanguis exuperans & copioſior aliquo loco, quem à rerum primordÿs deſtinauerat natura enutriendo embryoni poſt conceptionem. Atque hunc quidem locum ex hypotheſi, in poſterum ſecundariam penum, ſi placet, nuncupemus. Si enim fabrica corporis huiusmodi eſt, vt ſit aluus ampla & multiplex ad capiendum quid maius, & tortuoſa ad id etiam diutiùs continendum; itémque veſica ad continendum capax & apta, vt nimirum tam quod eſt aridum quàm quod humidum hæc & illa recipiat, & diutißimè contineat pro noſtro arbitrio: ſi venæ etiámque arteriæ grandioret, craſſa, ideóque capaces effectæ ſunt magno naturæ artificio, & in viris quidē aßimiles ÿs quæ diſperſæ ſunt et diſſeminatæ per muliebre corpus in eundem vtrobique vſum; annon conſentaneum fuit & quidem neceſſarium, vt præter has in vtroque homine ſimiles & æquè capaces effingeret & fabricaretur longè maxima ſua quoque prouidentia Natura quandam ſecundariam penum & conceptaculum in corpore muliebri etiam exteriore ad continendum fœtui alimentum futurum tempeſtiué, cuius nempe appulſu aut attractu potiùs puer tunc reipſa alimentum caperet & incrementum? Hæc verò ſanguinis (dicamus) puerilis cella penaria in viris vbique deſideratur. In hac porrò etiam ſecūdaria penu quum ſanguis tēput exegit à Natura præſcriptum, par quoque fuit, vt expellendi vis qua quæque pars corporis dotata eſt, alÿs iisque certis & definitis temporum ſpatÿs quaſi pro conſuetudine anniteretur ad eius ipſius depulſionem, quod graue & difficile erat, ne ſua videlicet præſentia moleſtiam pareret ſanguis toti corpori & grauitatem. Quam quidem expulſionem periodicam Natura molita eſt, vt inter periodos, dum attractrix & retentrix facultates in officio ſunt, pellendi vis interim feriatur, atque eo pacto vegetior & alacrior poſtea reddatur ad munus ſuum. Hāc verò in homine facultatum vicißitudinem eiuſque partis & commutationem actionum explanauit copioſißimè Galenus illuſtrauitque vulgata & cuique aperta actionis ventriculi ſimilitudine libris de naturalibus facultatibus & ad finem libri poſterioris de different. febr. quemadmodum & alÿs locis ſæpenumero Idem hoc ſimiliter priùs expoſuerat Ariſtoteles libro de animantium motu ſub finem, & explanatius etiam reddere tentarat perſpicua quoque ſimilitudine cum Republica bene morata benéque conſtituta. Verba ſunt Ariſtotelis, Ὑποληπτέον δὲ ζωειδέστερον τὸ ζῷον ὥσπερ πόλιν οὕτω μυμεῖσθαι· ἔν τι γὰρ τῇ πόλει ὅταν ἅπαξ σῃ ἡ τάξις, ὑδὶ δεῖ, &c. Ex quibus facilè conſequaris lector, animal ita conſtitutum compoſitúmque eſſe, vt eſt Reſpublica quæ bonis legibus gubernatur. Namque quemadmodum in Republica quum ſemel ordo conſtitutus eſt, nihil eorum (ait) quæ adeſſe oportet in quoque eorum quæ geruntur, abſente principe deſideratur; ſed ſuum quisque munus exequitur, vti fuit antè præſcriptum, omniáque tum geruntur (γίνεται τόδε μετὰ τόδε ἀφ' ἕνὸς) ſuo ordine propter conſuetudinem: Sic ſanè hoc ipſum in animantibus (ἀφ' φύσιν) natura duce efficitur, & quòd omnia ita conſtituta ſint, ſuo vnumquodque officio fungi. Itaque conficit Ariſtoteles neceſſe non eſſe, in quoque membro ineſſe animum, ſed quia in quodam corporis principio eſt, viuunt cætera neceſſariò, quòd cohæreant: ſuis autem muneribus (ἀφ' φύσιν) Natura duce ſemper funguntur. Ac ſi ille voluiſſet, quemadmodum quidquid ſit in ciuitate bene morata, geritur quidem ex conſuetudine: omnino ſimiliter idem hoc euenire in gubernaculis & adminiſtratione corporis humani, vt omnia nimirum gerantur & regantur ſolint natura dominatu. Itaque quum ita comparatum eſſet muliebre corpus & affectum, vt vas ad concipiendum continendúmque gratia perpetuitatis & propagationis generis humani, affabrè quidem etiam effectum id mollius fuit, fungoſum & capacius quàm viri, in ſuis κύσθοις, capſulis, & capillaribus venis, quæ ſecūdaria penus in poſterum, ſi placet, nuncupabitur; in quam nimirū ſanguinem Natura reconderet, & è qua etiam tempeſtiuè ipſum euocaret poſt cōceptionem, in alimentum & eius augmētum quod conceptū foret ex hypotheſi. Quo quidem fine & genio ſi mulier fortè fraudetur, vt aut quum virgo eſt, aut cælebs (huic etiam ſi placet, cælibatus tribuatur) aut quum denig vacua eſt, ne ſanguis in κύσθοις, venulis minutißimis cumulatus, oppreſſionem faceret, & multiplex illud morborum muliebrium genus ordinis ſecundi, melioribus Natura rebus ipſum refundi oportuit certis periodis, & per eam quidem partem cōmodißimè, quæ mulieri à primis rerum primordÿs ad concipiendum tributa fuit. Atque huiuſmodi omne periodicum ſanguinis profluuiū recurrat neceſſe eſt ÿſce ſpatÿs ſeptenariorum, quibus ab initio bene placitum fuit primæ illi Naturæ, quā quidem poſtea, vt & plerūque aliàs apprimè, rectißimè ἀρχαίαν φύσιν Hipp. nuncupabit. Ad cuius nempe nutum conſequenter poſtea Medicum ipſe hortabitur vt attendat, quoties cōcitanda erūt menſtrua ſi præter naturam ſubſtiterint. Neq; enim deinceps illis perperam aſſentiemur, vt fecimus commentariolo ad fragmētum de Virginalibus, quod

tam crebro sermone ex Arabum schola vsurpare solent, Luna vetus veteres, inuenet noua Luna repurgat. Sed quod semel ac primùm cœpit profluuium fieri prima Natura duce, circumspiciat sedulo Medicus oportet, an id fiat per terniones septimanarũ, an verò per quaternionet: quum siquidem Natura sanguinẽ sic periodicè promoueat, forasq; ipsum propulset aut hoc aut illo definito spatio; si modò id quod monetur, non obstet, & viarum libertas adsit & ad id requisita conditio quæque earum. Luna igitur mulieribus nõ monet menses, quemadmodum creditũ hactenus vulgò fuit, sed sufficit Natura ipsa per se ad omnia, vti declaratũ est amplius ab Hipp. lib. 1. de dieta. Non quod merito quisquam inficietur aduersus vulgatum illud prouerbium, mulieres lunaticas esse: sed mẽstrua mulieribus luna decrescente non commoueri, & simul ambas repleri constãter quidem aduersus Aristotelem audemus asserere; quanquam ea mulieribus sanis appareant singulis mensibus, ac si menses quandam vim peculiarem habeat in corporibus illarũ, lib. de septimestri partu apud Hipp.

Porrò autem si descensu ad vterum sanguis fortè prohibebitur, vt ob varias causas euenire id aliquãdo potest, accedent & ad superioris ordinis morbos alij etiam aliquot plures & generis quidem omnino diuersi, qui muliebres tamẽ sunt. quum eorũ causa sit coacernatio copiosioris illius muliebris sanguinis in corpore & quidem externo, aut viarum libertas desit recursui eiusdem ipsius sanguinis ad vterum, quæ vitio fortè tollitur conformationis, quemadmodum manifestũ fiet ex consequentè oratione authoris: hanc verò classem ordine quidem tertiam esse statuimus in morborum censu muliebrium. Quum siquidem sanguis non ijsdem ductibus & vys illapsus trahatur aut etiam extrudatur, quibus is quidem ad habitum prius appulerat duce Natura, sicut præclarè & apparenter docet & oculos ponit anatome. Namque dissectionis corporum vel exquisitissima, ignarus certissimè (grande hoc alioquin cogitatu nefas, nedum dictu) non fuit diuinus Hipp. vt est quorundam Mediculorum & ignorãtissimorum vana & aduersa opinatio. Siccine enim illi cum sua, quam tẽpore perspectam exploratámque sese habere confidunt, anatome poterant hæc scilicet [illegible] & magno animi sui acumine meditari, vel quidem acutè meditando consequi, quæ hic modo è medullis ducuntur aut potius eruuntur ex abditis & penetralibus focij Hippocratei? Quartus hic deinde ordo sequitur, qui affectiones contineat (verius impedimenta fortè dixeris) quæ mulieres à conceptione quæ illis quidem maximè propria est, retardant, ac sæpe etiam prorsus eas impediunt. Atque hæc impedimenta poterit delere suis scilicet illecebris aut potius philargyriæ aucupijs vnus aut alter pharmacopœus; aut quidem Chirurgus impudens aliquis reuulsor, qui auri auceps est & emunctor fortè scientissimus. In quinta sede postea morbi collocabuntur, qui occasione graviditatis consurgunt. Non satis est enim mulieres concepisse vel etiam ex animi sententia, nisi suos quoque fœtus enutriant, & quidem perferont ad tempus definitum. Vnde ad hoc etiam postea quædam fructuosa remedia præscribi videbuntur ab hoc eodem authore. Quò tamen quum etiam ventum est, in summum sæpenumero & præsentissimum discrimen vitæ incautè parturientes incurrunt. Sexto itaque loco ea incommoda recenseri queant, quæ cùm laboriosè parturiunt, miserabiliter circumueniunt mulieres; & quibus etiam artibus & machinis sæpe sunt illæ à partu vindicandæ, explicari potest eodem loco & declarari opportunè. E quibus etiam damnu misellæ quũ enaserunt, iam alia quoque pleraque noua creantur & exurgunt pericula, in quæ incurrant & præcipites ferantur illæ ex puerperys, nisi alys etiam remedys occursum fuerit magna cautione & industria. Quæ septima quidem est & postrema classis morborum qui in hoc hominum genus ratione sexus inuadunt. Tot eorum namque classes possunt constitui arte Hippocratea. Quibus vt quidem vniuersis calamitatibus leuandis etiamque depellendis, solus is queat esse satis, qui propriis remedijs & Peripateticè accommodatis (hoc est, qui ex perspicientia veri nosse poterit horum morborum discrimina) faciet medicinam. Enimuero an in hac tanta disputationis serie, orationis longitudine, & tanta animi asperitate, & difficultate rerum, in tam laborioso parturigium denique animi conatu (sunt enim animorum quidam fœtus, vt etiam corporum) in completis his (inquam) denique & certioribus animi curriculis quis philosophorum audeat negare, nisi temere, parum prudenter, & inconsultò, fœtum hunc Peripateticam scholam peperisse, & editũ hũc etiã esse perfecto partu? Si eiusce scholæ primus parens hic author fuit, vt est abunde antea comprobatum; si primus is conditor ac inde etiam magister & philosophiæ in ea professor fuit, si is (inquam) fœtum hunc agnoscit, & germanum esse prædicat & legitimum; cur vita nunc functo parente, eiusdem huius propria hæreditas ad fœtum qui minimè nothus & spurius est, iure non trãsibit? Cur virtutis præmium, veritatis & sapientiæ honos ad hũc hæredem iure paterno non pertinebit meritissimè? An iure honoris hæreditario hunc fœtum spoliabit cursus spatiorum longinquitas; an ab hoc non dicto nec instituto hærede, sed nato, nominis authoritatem auferet temporis diuturnitas? Non est certè, non est, par æquáq; ratio prædiorum at-

rum atque bonorum mẽtis,quæ vigent in sempiternum. Longè verò dispar est utrorumque conditio, dissimilis quoque est eorum æstimatio quàm remotissimè. Si quæ à patribus traditur liberis hæreditas, optima est & omni patrimonio præstantior,gloria nimirum virtutis rerúmque gestarum; spernetur ne hic qui nunc agitatur honos,quum animi sit maximè,cogitationis,etiamq; sapientia?Itaq; porrò videat etiam moneo, ac apud se diu perpendat vel exploratissimè priusquam aduersus hunc hæredem sententiam suam ferat de spoliatione & priuatione meritissimi honoris & dignitatis. At summa cum ratione & iure se putant nonnulli hunc parta gloria spoliasse, & ex Peripateticorum schola atque adeò è familia Æsclepiadarum meritò depulisse, quòd in hutus sermone plurima animaduertissent παράδοξα,quæ nimirum quia sunt admirabilia & cõtra opinionem vulgi & quidem omnium, etiamque abhorreant à vulgari iudicio Medicorum; quum tantò sint penitioris doctrinæ, iudicij reconditioris, & maioris quoque pretij. Eiusmodi sunt quæ Hippocrates dixit de causis periodici recursus menstruorum, quæ de lactis ortu & eius momentis (vt ita dicam) circularibus, quæ etiam de nutritione qua fouetur & lacte fruitur puellus tantisper dum vtero adhuc conclusus detinetur, & aliquot alijs eiusdem generis. Si verò ad hæc abdita, tenebras, obscuritates & ænigmata nobis oculi cæcutient aut caligabunt; satis ne id esse possit, vt Doctorum scripta,sua iustè spolientur dignitate, præstantia & authoritate? Causa hæc fuit (auditores Peripatetici) cur lib. περὶ κρισίμων dicturus de re maximè ardua, initium dicendi duxerit ab enunciato huiusmodi,& ita fatus sit hic noster Hippocrates; μέγα μέρος ἡγέομαι τῆς τέχνης εἶναι, τὸ δυνάσθαι καλῶς σκοπέεσθαι περὶ τῶν γιγνομένων ὀρθῶς. Quibus verbis significatum voluit Hipp.eum magnam partẽ artis sibi videri iam cõsequutum,qui in ea collimare queat,quæ rectè scripta sunt & verè à veteribus,tanquam in propositum scopum. Atque sui huius sermonis rationem adiunxit ad finem lib.3.Epid.quam breuitatis gratia lubentes prætermisimus. Verumenimuero obtrudet etiam alius. Non est Ionismum imitatus integrè huius disputationis author, nec quidquam ferè Ionicum redolet eius oratio. Is verò si eos qui nec ineptè dicunt,nec odiosè, nec putidè, Ionicè putat dicere; rectè is quoque nisi Ionicum probat neminem. An verò purius & apertius Ionismum referat oratio aphorismorum lib. 5. de cuius tamen nuncupatione & authoritate nemo hactenus dubitauit, sed tribuit quisque semper huic authori? Nostra isthæc autem ratio iudicij est & censura de libris Hippocrateis. Quòd alius nimirum sermo Hipp.esse potest scilicet vernaculus ἐν ὑπομνήμασι,quæ apud se tanquam arcana ipse continebat & sibi soli scribebat gratia memoriæ eorum quæ aut inter medendum ipse obseruauerat, aut scripto ad tempus quidem mandabat, quæ tandẽ publicaret apposita priùs tamen manu postrema. Hac enim deposita alius & immutatus sermo fortè legebatur postea, quũ tum quidẽ in vulgus edi facilè pateretur.Illic nempe puriorẽ Ionismum animaduertas, hic verò loqui ferè audias cõmuniter. Quanquam tolerabili illorum errore qui dictata illius excipiebant aut scripta,aut aliorum etiam sedulitate qui sibimetipsis illa exscribebant anxiè,aut quidẽ procurabãt manu alterius literis sibi ea mãdari,quandã fortè paßa sit illius vernacula oratio cõmutationem. Vt hac ratione eáque verisimili modo Ionismum redoleat eius oratio, modo cõmuniter loqui Hipp.videatur,modo etiam aliàs mixtus ex vtrisq; sit sermo illius. Enimuero quum non solùm λαλῆς μήτηρ γλῶσσα, ψυχῆς ἄγγελος, orationis parens sit lingua, sed & animi nuntius & cogitationum; precipuum quidem & potius erat ἐς τὸ ὅτι χρὴ διότι animum conuertere & expendere, quid & quam ob causam vnumquodque ab eo diceretur. Quod foret longè commodius, quàm quomodo et quibus verbis paucula quædam ex plurimis exprimuntur,inuestigare. Nẽpe quia certè, si hoc vanum non est, non posit id quoque quidquam conferre ad rem medicam. Multa hic sanè scripsit author verè diuinus Hippoc. & longè quidem plurima quàm quæ ad nostram memoriam pertinuerunt. Sed si ex iis quæ nobis supersunt, & summo quidem salutis omnium commodo & adiumento non solùm ad vsuram lucis, sed diuturniorem vitæ dulcedinem, singula quæque ad trutinam Peripateticã vocentur,& æquissimo iudicio diu multúmque expendantur,nihil videmus planè in vniuersis illius monumẽtis, quod memoriam eius quoque ipsius renouet,quódque doctrinã firmiùs eiusdem reponat etiámque apertius redoleat, quàm quæ modo suscepta à nobis est explicãda oratio. Huiusce vero meminit Galenus in exegesi sua;meminit & in aphorismis com. ad aph.2. lib. 4.& com.ad aphor.29, 36, & 45,lib.5.& vbique passim aliàs. Sed germanus quoque huius eiusdẽ parens benignus Hippocrates fœtum hunc suum verissimè agnoscit & maximè quidem legitimum esse,vendicátque sibi expressis verbis, ad finẽ eius libelli quem scripsit περὶ ἑπταμήνου ad Democritum. Meminit etiã huius eiusdem Hippoc. libris de genitura,de natura puelli,lib.περὶ ἀφόρων,potissimũ verò ad finẽ lib.4.de morbis, è quo etiã eorũ maximam partem quæ legetis de hydrope com. ad sent.5.lib.5.trãstulimus. Ad cuius curationem accepi nuper propositam in scholis disserẽdo phlebotomiam, vnde exorta fuit insolentior aliquantò controuersia. Cui sanè me vehementer pœnitet

Democr. lib.de nat. hum. ad Hippocr.

non interfuisse, siquidem intellexerim eodem modo egregium quendam disputatorem prædicasse palàm consilij id se (grande dictu nefas) è fontibus Hippocrateis hausisse. Quos, dicam audacius, (id si ita dixerit, atque suum dictum diutiùs tueri ac retinere sententia est) ne minimùm quidem aperuisse, quemadmodum eius declarat, qua nimis sic foret impudens, oratio. Quin potiùs animi causa id proposuisse coniecero quàm præda aut ignoranter. Si enim, vt illic tum quidem licet, animi gratia & veritatis, quæ acutè disputando quæritur & elimatur; conatus huiusmodi planè laudandus rectè videbitur, maximè verò si tum de loco constiterit, è quo per phlebotomiam aquæ exhaurienda dicebantur in tam celebri auditorum corona & disputatione ea exoterica. Quòd si spe præda id faciat aliquantò maiorus, sui rationem aucupij non debet conticere, sed eius modum palam exponere, nisi suis fortasse vsumfructum reseruet, apud quos tandem profitetur ἀκροαμᾶτα, vbi tum sermones faciat non cuique, vt loquebatur de Arist. Gellius, cognobiles. At hic quidem Hipp. longè dissimiliter, qui tam fallere quàm falli nescivit, vt de eo Macrobius præclarè indicauit fexto cap. lib. 1. in Somnio Scipionis. Λίχνον μοῦσοι καὶ ὸ πάσῃ τέχνῃ ᾗ ἐχθίστα ὸ ἰητρικῇ πολυῶ ὄχλον, ᾗ πολλῶ ὕδωρ, καὶ πολλὸν λόγον προσχόρτα· ἔπειτα μικρὸν ὠφελήσαι. lib. de artic. *Quibus quidem verbis turpe significauit Hipp. in omni arte & in medicina præsertim, strepitum quenquam & tumultum facere & ostentationem multam, & orationem sesquipedalem habere; montes denique aureos pollicitari, vt inde mus enascatur maximè ridiculus. Videat is si quis est huiusmodi, & qui hûc vicarium dedit, & cæteri quique eiusce factionis & circumforanei Medici, quòd* lib. πρὶ ἐμέων. *καλὸν ἐκ τοῦ δίδυχθέντος ὄγκου, λόγος, honesta est quidem oratio, quæ opere firmatur. Sed videat quoque quid aduersum se sequatur eodem loco. In hydrope quidem venam secari aliquando vidimus inter medendum ratione cuiusdam symptomatis vrgentioris. Sed ad huius delendas causas, prorsus id funestũ esse & sceleratum, arctè defendimus. Itaque si quis ita aliàs fuerit opinatus, idem hoc, suo iure quidem neget, repudiet, vel etiam abyciat. Quidni enim licet? Οἷσις namq; Medicis vitio datur, & ægrotanti cedit in perniciem, eodẽ quoq; Hipp. loco. Is sanè qui ex menstruorum diuturna suppressione tumor aliquando hydropem ementitur, vt euenire quidem aliàs, edisset omnis posted ex hoc diuino authore, ad sui ablationem sanguinẽ mitti iubet. Sed quinùs deludi hic quoq; in hydrope potest, vt Hipp. tempore in re consimili. Peritiũ etiã Medicis similitudines sæpe imponũt & errores pariũt & difficultates, ad finẽ lib. 6. Epid. Fassus est Hipp. à futuris deceptũ se esse 5. Epid. De cuius auctoriũ magnitudine hac quidẽ Celsus lib. 8. cap. 4. A futuris deceptũ se esse Hipp. memoriæ prodidit, more scilicet maiorum virorum & fiduciã magnarũ rerum habentiũ. Nam leuia ingentia, quia nihil habẽt, nihil sibi detrahũt. Magno ingenio multaq; nihilominus habituro, cõuenit etiã simplex veri erroris cõfessio, præcipueq; in eo ministerio quod vtilitatis causa posteris traditur, ne q decipiãtur eadẽ ratione qua quis antè deceptus est. Quod vt interponeret Celsus, effecit memoria magni illius professoris. Si quis igitur ille videri volet in arte sua excelluisse, errauti sit Medicina cõfessio necesse est. Quisquis enim in corporis penetralia intuebitur, cõperiet ea demũ per phlebotomiã posse euacuari quæ cõprehensa tenẽtur venarũ tubis & arteriarũ. In his verò vtrisq;, quũ hydrops iam enatus est, aquæ nõ cõsistunt; sed per epiploi venas quæ deorsum tẽdũt, in abdominis amplitudinẽ antè iam excurrerunt, aut ea via quam bilis rodere consueuit, quemadmodũ ex Hipp. anatome nos didicisse cõfessi sumus cõm. ad tẽt. 5. lib. 5. huius eiusdẽ diuini authoris. Illa verò quæ tũ ad istã sententiã cõscripta sunt, ijsce obtrudimus, qui secus quàm Hipp. seuerũt de generatione hydropis & modo collectionis aquarũ in abdomine. Quibus istis quidẽ nostris magno desiderio exoptamus respõsum, dũ recẽs palàm temere dictorũ adhuc esse potest omnibus memoria. Statutũ sit tamen interea, quòd sectione venæ hydrops, vt hydrops quidẽ, nunquam leuabitur: contrà autem quòd sectione minus tempestiua ægrotantes omnino facilè possũt in hydropẽ præcipites dari, vti tum nosipsi accidisse vidimus. Eius inquã, quod volumus tũc parũ prudẽti manu solius cuiusdã Empirici & sine Doctoris vllius cõsilio factum esse & contigisse, testes sunt amplissimi Lutetiæ, Iul. Palmarius, Io. Faber, & Io. Marescotius, doctores Medici omnes & testes (inquã) oculati & scientissimi. Ægrotanti pharmaca ministrabat magister Io. Hubert pharmacopœus, facti huius quoque testis. Ægrotãtis nomen fuit Gulielmus de Hude. Notior ille tum erat vicinis ex paterni prædy nuncupatione de Lamarliere: qui hydrope ex iterata multoties phlebotomia oborto interijt. In viuis adhuc est Antonia Pacquier illius vxor, cuis lugubris adhuc vestis et ornatus est. Ædibus sacris Cælestinorum proxima domus eorũ est. Pro indicio quod vulgus appellat insigne, foribus domicilij mola affixæ sunt, non appensa. Atque huius eiusdem præclari facti plenissimus fidei (quod prætermissum nolui) testis quoque fuit Lodoicus Duretus præceptor, qui vnà (credimus) cum cæteris ex ea tam frequenti & immoderata phlebotomia enatum hydropem esse nobis consentiet et asseueranter quidẽ. tantùm abest, vt facto hydropi ea cuiquam ex vsu esse possit phlebotomia. Omnium autem artium iudicio Hippocratis præclarissima ha-*

ma habita ſemper fuit veteribus Medicina. Sed propter ſummam illorum inſcitiam qui eam exercent, & imperiti vulgi rude iudicium; eò res iam delapſa eſt, vt omnium artium vilißima habeatur. Vilitatis huius rationem repetit & ille non immeritò conqueritur, quòd Medica arti in Republica pœna ſtatuta non eſt, præterquam ignominiæ. Quidni autem iſti quaſi dicas carnificet, qui non modò in artem, ſed in ægrotantium cõmoda peccant, non dicam perpetrati ſceleris, ſed inſcitiæ in ciuitate omni bene conſtituta pœnas dabunt? Si quis vi pecuniam aufert, aut temulentus fortuitò violentam manum infert, vnde mors ſequatur, in crucem tollitur, an quis de alicuius ſanguine ærarij detrahens, vnà ſic impunè ſolus debeat hominem confodere? Si Hippocrates in conſilium ſuos coæquales adhibuit ad finem lib. 6. Epid. cuine ſoli ægrotãtium ſalus committetur, qui ſpecimen artis Medicæ nunquam edidit? Longè aliud Hippocratis conſilium fuiſſe hac oratione demonſtratur: τὰ φάρμακα ὅσα ποτὰ ἢ ὅσα τροχοὶ τὰ βάματα τροφέρεται, μανθάνειν χρὴ· ἄξιον γὰρ ἅπαντος, *&c. Noſſe oportet, inquit, (ſaltem licet) quæ propinantur & quæ foris admouentur ad vulnera, quum nempe id cunctis pateat & æquè ſit omnibus palàm expoſitum: ſiquidem hæc non dependeant ex mentis agitatione, animi curriculis & cuiuſque naturæ rerum inter ſe cõparatarum connexione, ſed ex fortuna potiùs, ſolo vſu & experientia. Neque verò iſta magis & penitiùs norunt artifices quàm idiotæ. Hæc (inquam) quum ſola deprehendi poſſint experientia. At verò quæ in Medicina intelligentia ediſcuntur, & percipiuntur mentis acie & induſtria, & inueſtigando & inueniendo conquiruntur, ſiue ea in ciborum ponantur cenſu, ſiue medicamentorum; ea ab ijs quidem qui* lib. περὶ τεχνῶν. *dignoſcere poſſint quæ ſunt in arte, oportet ediſcere, ſi cupis quidem ſapere. Nemo hominum vnquã negauit eſſe Medicum miniſtrũ artis. Huic verò ſubminiſtrant Chirurgus & Pharmacopœus. Atq;* ſent. 2. libri 4. Epidem. *hi quum non vſque adeò ſint remoti & alieni à mentis officio; id quod eſt rationis & iudicij alicuius, à præceptoribus ſuis ediſcãt, neceſſe prorſus videtur. Quod vt cõſequi queant, quotãnus Doctoret eis præficiuntur è ſcholis noſtris ſelectiores aliquot Medici, qui eos erudiant quantum eis ex vſu ſiet. Suos autẽ ſuæ artis mechanica & magiſterij alios quoque magiſtros habent, qui ſine ope Medici aſſuefaciant ſuis organis & inſtrumentis rectè vti. Illa, ope animi ſolius conquiruntur: hæc ſolius ferè corporis opera ſunt, laboris & exercitationis, aut potius conſuetudinis. Vnde ſic præclariſſimè Hipp. noſter (*ὅσα μὲν χειρουργῆσαι δεῖ, χρὴ ξυνεπισθαι· τὸ γὰρ ἔθος ἰῆται χρεὼν κάλλιστα διδασκαλεῖον) *hortabatur ad ea veniendum eſſe quæ manuum operam expoſcunt, diuturna exercitatione & cõſuetudine; quum ſiquidem ipſe vſus non ſolùm ſit egregius manuum exercitator, ſed & magiſter optimus. Atque ſui magiſterij rationem illorum vterque à propratore conſequitur inſtar omnium qui mechanicas artes exercent. Solius animi & conſilij quum ſit ars noſtra, nihil dignitatis nec authoritatis ab hoc emendicat. Porrò igitur moneo coæquales meos, vt quemadmodũ Medicũ Zenonẽ princeps illuſtris ille nequã Iulianus Imperator hortabatur, τὸ πρέπον ἀξίωμα, decus ſuum vnuſquiſq; ſeruet & dignitatẽ priſtinã retineat. Theoſophiæ quidẽ primas tribuimus vel meritiſſimas, ſed Sophiam dictam ſimpliciter cenſuit Democritus* τῆς ἰατρικῆς ἀδελφὴν καὶ ξυώονον, *eſſe ſororẽ medicinæ, eius conuiuam & contubernalem. Eius verò cùm omnes Medici eſſe debeant participes, hos hac de cauſa* ἰσοθίους, *dijt æquales eſſe prædicauit Hipp. hoc eſt hominibus qui & ſapientia cæteris præcellerent & virtutis gradu, dignitate, & honore. Præter auri pretium quod voto reliquit Hipp. Artaxerxes per Hyſtanidem, pollicebatur quòd foret æqualis Perſarum optimatibus. Nonne etiam Democrito nomen tributum fuit, quòd rectè, atque vt decens erat, apud Abderitas Reipubl. gubernacula teneret? Extat etiam lex iſtius Iuliani Imperatoris de priuilegijs Medicorum. Ibi tum illuſtris ille nequam eſt ita de medicis loquutus magnificè, vt nihil addi poſſit. Atque vt æquitatis ratio poſtulat, nos (ait) ſuperiorum regum authoritatem ſequuti, pro noſtra humanitate iubemus vos (de Medicis autem erat oratio) ſenatorijs muneribus liberos in poſterum viuere. Senatorum verò, hoc eſt ſeniorum prudentia omnis tum adminiſtrabatur ciuitas & Reſpublica, non autem controuerſias dirimere, quas nobis peperit hominum iniquitas, munus eorum tunc fuit. Maioribus iſtce priuilegijs modo Medici gauderent abundè, ſi iſtud τὸ πρέπον ἀξίωμα, ſuum decus & priſtinam dignitatem retinerent. Nonne Medicus Democedes Dario ſanato Suſis maximas ædes obtinuit? nónne is etiam omnibus rebus diffluent cum ſuo rege ad menſam conſedit? Cùm Iacobus natione Achaius, religione paganus, qui Medica artis peritia claruit, Leonem Auguſtum febricitãtem gratia ſanitatis inuiſeret, ſacrum Palatij cubiculum ingreſſus in regia ſella iuxta thorum imperialem poſita ſine vllo Auguſti nutu conſedit (quod alioqui reputabatur crimen læſæ maieſtatis) & ſic medicas adhibuit manus. Porrò etiã à meridie ad eundem reuerſus, ſacrum puluinar ſublatũ ſibi propter ſe ſolum, in quo matutinus reſederat, protinus intellexit, ſpondamq; thori regiam intrepidus ſuperſedit: id quod etiam in maiori crimine ducebatur læſæ maieſtatis. Veterũ ſtudij iuriſperitorum præceptionibus monitum id ſeſe geſſiſſe, non temere præſumpſiſſe, ægrotãtem docuit principem: Indict. 15. Leone Auguſto ſolo conſule, in Chronico Marcelli Comitis. Cùm Melampus ab Ar-*

in lege Hippocr.

Herodot. Calliope. *ginis mercede conduceretur è Pylo, ad cõpescendum morbũ furoris mulierum Argiuarũ, nónne dimidiũ regni accepit, & fratri suo Bianti tertiam regni partem donauit? Agnoscant igitur in posterum coæquales moneo, quibusnam de causis ἰατροὺς eos haberi voluit Hippoc. & recenseri inter Sapientes, hoc est bonos viros & ciuitatis primates quam incolũt. Consistit altera eorum conditio in peritia artis. Hanc verò consequantur illi facilè, si attenti ad ea quæ rectè scripta sunt à veteribus, ad eadem ipsa colliment ac suas dirigant cogitationes pulchrè meditatas, eorumq; dicta collustrent clarissimè. Octoginta aut aliquanto etiam plures in Medicorũ albo Lutetiæ recensentur, quos prælucere debent cæteris (audacter dicam) totius Europæ doctoribus, cùm siquidem nusquam locorum nec gẽtium auditores habeant veterem isthunc magistrũ artis Græcè loquentẽ & ore rotundo Dureti vernaculè. Lodoicus Duretus Coacas animaduersiones habet in manibus tanquam breuiarium artis vniuersæ. Has propediem emittet in lucem, vbi, vt quæque solet, elimauerit. Vt ante me in albo Medicorum neminem video huius auditorem, ita consequentes plurimos agnosco, à quibus peto, quemadmodum & à meis coæqualibus alijs qui videri volũt eiusdẽ professionis & auditionis vel omnibus (inquam) precibus oro, vt postquam meum hoc pensum absolui, idem quoque incæptent, aut hoc quidem meum edolent aliquo rei Medicæ commodo & ornamento schola Hippocratea. In qua etsi sim nouus, renouare attamen tantùm, non quicquã innouare velim in ea instar circumforaneorum. Vt igitur quorum memoriã propè intermortuam renouasse me quique intelligant, & ad imitationẽ narratione eorum suscitentur; istud, si placet, primum est quòd penum duplicem in muliere statuimus. Causa secundo loco explicatur primi menstruorum profluuij, deinde verò eorumdem recursus periodici: Quódque per terniones septimanarum mẽses mouentur aut quaterniones in bene moratis mulieribus: & quòd cerebrum priùs respirationis fructus percipit quam pulmo, & quòd respirat: ad anatomen autem quod attinet, vsum crena quæ ossi subest pubis, notauimus, & alium quidem esse in viris, alium quoque in mulieribus. Quomodo etiam lac in mulieribus generatur, & quòd sui ortus causas ducit à motu puelli, explicuimus. Vbi etiam diximus de circulari lactis commotione & nutritione puelli in vtero. Ratio deinde reflexionis arteriæ magnæ hic declaratur, & exponitur vsus epiploi alter quàm qui Galeno visus est. Via quoque collectionis aquarum in hydrope, & huius generationis modus in memoriam reuocatur. In qua etiam musculi parte escharoticum debeat admoueri, hic ad praxin quæritur & vtiliter exponitur. Sunt & alia quædam quamplurima, quibus si quisque coæqualium totidem iungat, & suam Hipp. scriptorum partem illustret, & lumen explicationis afferat, eodẽ modo omnibus patefaciet se seruisse arbores quæ alteri seculo prosint, atq; etiam efficiet vt quæ vita brevis visa fuit Hipp. longiùs producatur, & quæ longa aliquin ars esset, euadat aliquãto brevior, quia facilior. Quidni enim nostræ artis iã pridẽ enascentis alia ratio tunc erat, alia autem modo eiusdem vigentis & iamiam triumphantis? Quòd si quibusdam Hipp. explicatio grata non erit, aut non facilis fortè propter graviores occupationes; res saltem suas anni totius sigillatim literis mandet, hoc est quas ipse viderit inter medendum, referátque in album apud se, ac proponat in nostris superioribus scholis tabulam quisque quotannis, potestas vt sit toti nostræ Medicorum ordini & cognoscendi, & indẽ consiliũ capiendi in posterum. Si sic enim ars cæpit Medica, in Medico libro apud Gal. & sui principia duxit; cur hinc & inde non augeatur similiter? Nónne & suas cẽturias habẽt Germani? Nónne suas quoque colligunt Angli? Nónne sua etiam descripsit Fernelius coæqualis quondam Lutetiæ, itémque suas epistolas mandauit scripto Manardus, & cæteri Medicæ artis omnes ſndioſi? Cæterum ne mirere Lector, si Græca, qua parenthesi sæpe cinguntur in cõmentarijs, minùs bene cohærent cum Latinis. Summa enim semper mihi religio fuit in Hippoc. orationẽ quidquam immutare. Quòd si etiam in his commentarijs interpretum fines egredior, verbosior fortasse & putidiuscula quum nostra commentatio fuit, Lector Medice, boni consule. Atq; apud te cogita, quòd non prodest satis, qui non omnibus. In fundatissima amplissimáque Asclepiadarum familia domestici sunt plures ætatis cuiusuis & conditionis, tyrones quoque multi, multi in schola eorum rudes discipuli, multi integri, quorum gratiam hoc modo cupiebam omnium demereri. Itaque precor iterum, æqui consule boníque. Moliar perpetuò, si Deus dabit diuturniorem vsuram lucis, ardunm quid aliud magis, nunquam minùs otiosus quàm quum ero otiosus; bono gratóq; erga te animo gratia veritatis semper futurus. Itaque omnia boni consule, iterum rogo. Vale.*

ΕΝΑΣΤΙΧΟΝ ΙΜ ΜΑΥR.
Cordæi commentarios.

Ἑλλήνων τ' ἀληθεῖ πᾶ ἴγκα δύτε
Ἀρχάσσας τόσιν ἡ φύσις ἀρκαλέον.
Τῆς δισχίτων ζωοτόκια χωναιῶν αἰὲι τόσιν
Κορδαῖος πύχλ ἀγλαὸν ἰδρυμάδι·
Κ' Ἱπποκράτης Κὼν ἄλλοτ' ἐπιρρόσσᾳ ἀμαυρὸν,
Πατὴρ πᾶ λαμπρὸν σχῆσε δέπαμένος.

ΙΩΑΝΝΗΣ ΘΥΟΞΙΟΣ ῥιλιατρ.

MAVRI-

MAVRICII CORDAEI RHEMI COMMENTARIVS PRIMVS IN LIBRVM PRIOREM HIPPOcratis Coi de Muliebribus.

SENTENTIA PRIMA.

ΤΑΔΕ ἀμφὶ γυναικείων νούσων ὧδι φημί· 1

Γυναῖκα ἄτοκον ἐοῦσαν, ἢ πεζοκύμας, χαλεπώτερον καὶ θᾶσσον ἀπὸ τῶν καταμηνίων νοσέει. 2

Ὁκόταν γὰρ τέκῃ, διεξωτερικοὶ οἱ φλέβια ἔστιν ἐς τὰ καταμήνια. 3

Εὖρα δέ σφι πυέλῳ λοχίη, καθαρσίος ἥδε ἔοῦσα. 4

HAEC de mulierum morbis decernimus.

Mulier quæ nunquam peperit, grauiùs ægrotat citiúsque profluẽtibus menstruis, q̃ quæ peperit.

Quando etenim peperit, venulæ ad excretionẽ menstruã factæ sunt ei patẽtiores.

Hos etiam, dum puerperia fluunt, meatus faciunt patentes, quum quædam hæc sit forma purgationis.

EXPLICATIO.

ETIAMSI veterum omnium consensu γυνὴ per υ scriptum vbique comperiatur, nobis est suspicio tamen, eáque maximè verisimilis, γυναῖκας ἀπὸ τῆ γόνιμος iure dictas esse: quamuis etiam huic etymo videatur verbi ootatio deductióque repugnare. Hoc verò verbum æquè mulieribus ac viris conuenire potest, etiamque sæpenumero pro *parere* legimus vsurpatũ apud veteres vel in hoc ipso tractatu, quemadmodũ vice versa πυῶν cõmentario secundo ad sent. 7. ex lib. περὶ ἀφόρων pro γονῆς pulitũ reperies. Vt censeamus illas hoc nomen solas demereri, quæ & eò venerint ætatis, vt iam periodicè eis ferantur menses, quæque etiam operam suam liberis dent & generationi. Non igitur hic inter mulieres vnquam virgines recensebuntur. Nno γυναικῶν censu eas pariter vnquam esse habendas iudicabimus, quæ etsi periodicè menstrua patiantur, & suis etiam sint locatæ viris, degunt sine omni venere, & illorum non perfruuntur cõsuetudine. Lõgè verò fuerit satius, & mulieres nũc hîc menses pati maturos (sic enim ad hoc lib. de superfœtatione Hippocrates) & liberis eas quoq; operã collocare. Hæc namque duo strictè præsens connectit hypothesis: hac nimirum ratione viaque, vt quemadmodom tempori sons flores vulgò fructos consequi solent, ita hîc quoque tẽpestiuam menstruorũ eruptionẽ ex cõpresso cõceptio, itémque hanc quoque partio tandem sequatur. Transferenda ounc est ex libello de genitura propositio quam hoc loco subticuit Hippocrates. Is, venerearum rerum vsu mensibus viam muniri, teddique multo faciliorem, scripto testatum reliquit eo ipso locn. Quódque etiam mulieres quæ virorum consuetudine gaudent, securioti valetudine fruantur, similiter ipse ratus est. Contrà ad congressum destinata in corpore vasa succescunt abstinentia veneris, & contractiora seipsis fiunt, & ad euacuationem magis inepta. Ex quibus consecta eliciatur tandem propositio huiusmodi: Quidquid in nobis vasa calefacit & humectat, amplificat id quoque vias & reddit faciliores ad euacuationem. Nónne verò id partio facit, quæ Natura duce nunquam sicca est? Nónne & vias has quoque λοχία, euacuatio puerperiorum, humectat, quæ ad partum coosectaria semper est? Isthanc porrò propositionem vt riuulum quendam deduxit Hippocrates è fontibus Physicorum, ex quibus repetenda nobis eius explicatio est. Percipiat is facilè mentem Hippocratis, qui hoc modo ratiocinabitur. Quibos strictiora sunt vteri & quæ ad eum pertioent vasa, æquum est, vt profluentibus menstruis grauiùs & citiùs ægrotent, quàm quibus facta sunt patentiora. At suot strictiores viæ sanguinis ad vterum iis quæ nunquam peperunt: aliis autem sunt multò patentiores & magis apertæ. Nonne perneceſſarium ergo est, vt quæ nunquam peperunt, graoiùs & citiùs ægrotent menstruis profluentibus, quàm quæ iam sunt prolis parentes? A communibus ergn & facillimis suam tractationem de muliebribus morbis ordirur Hippocrates: quæ

Hippocr. lib. περὶ ἑβδομάδων.

nion planè redolere videntur orationis medicorum grauitatem, sed loquacitatem potiùs mulierum fa-
M.Tull.3.de orat. miliarem. Quum enim mulieres multorum sermonis vulgò sint expertes, ea maximè & sæpe loquuntur, quæ sibi omnibus commonia sunt, & vnde bellè sit sibi aut quidem secus. Quale illud est apud Hippocratem de eleganti quadam fidicina, quam coocipere decens non erat; ne, etsi virorum consuetudine vteretur familiariter, in pretio minore haberetur. Audierat illa quippe quæ inter se mulieres ob-
lib. περὶ γονῆς. gannire solent (ait Hippocrates) semen nimirum viri non excidere vtero, si conceptura est, sed intus & tetineri & remanere. Sua sic igitur conferunt mulieres & communicant inter se, eodémque modo aliæ menstrua se pati, fluxisse alix sibi aut etiam instare vicissim patefaciunt. Quæ quum loquuntur, verbum νοσῶ, id est *ægrotare*, vsurpant communiter, vt est illis consuetudo loquendi maximè familiaris & vernacula: etsi *ægrotare* hoc, non aliter quàm *senescere*, secundum oaturam dicatur, accidatque fe- 10
rè cootra morbi definitiooem; Qui vnusquisque id annexum habet & proprium, vt actionem reipsa lædat, quod est præter naturam. Ægrotent attamen (si vis) vtræque ex hypotheſi; volumus sanè, quò negotio faciliori nostra sententia percipiatur. Ineſt enim in vtrisque turbatio & mutatio quædam à statu priori, menstruis profluentibus. Sed quia propter στενοχωρίαν, viarum angustiã, pariẽdi rudibus & nondũ expertis occ facilè nec liberè ea feruntur; cõsentaneum est omnino, vt ab illorũ profluuio hæ grauiùs se habeãt quàm quæ iam sunt expertæ partum. Angustia verò vasorum causa illis adest duce Natura. Sic & priùs & citiùs isthãc grauiorẽ molestiã persentiẽt. Quãdo enim liberã viã exuperãs sanguis nõ habebit, anquirat ipse sibi & paret necesse est. Quod præstare nisi dilatãdo vias amplificãdóque oõ potest, ac eadem omnino ratione modóque virgunculis primimenstruis, quo mulieribus (σφοδρότητας) accidet primi- 20
paris, lib. de natura pueri apud Hippocratem. Vide Hipp. lib. περὶ γονῆς, quo loco scriptũ reliquit, Pueris (λεπτὰ γὰρ φλέβια ἐόντα καὶ στενούμενα) quia venulæ exiles sunt valde & plenæ, non posse per eas semen emigrare: καὶ τῶν παρθένων μάλιστα αἱ τῶν ἴσων, ὑφ' ὧν χωρὶς τὰ καταμήνια δι' ἄμφω τὼ αὐτὰ, nec virginibus, priusquam adoleuerint, eandem ob causam menses profluere, & quæ sequuntur plurima eiusdem argumenti eodẽ loco. Errant igitur illi maximopere qui mulieres hìc inter se confern arbitrantur in re quæ præter naturam est, quum (vt planiùs explicabitur) hoc disputationis principio cõparentur eo inter se demum tẽporis curriculo, quo feruntur menses natura duce. Necdum sanè hoc verbum obsoleuit, quinimo nunc etiam vt illis tẽporibus *ægrotare* se nostrates appellãt, dum illis mẽses fluunt. Atqoe hæc est nostra prior huius loci interpretatio, quæ fortasse quibusdam videbitur ad mentem Hippocratis accedere aliquãtùm: in qua tamen qui consistent expositione sola, hac loquendi forma cõteori; nihilo plus sapere videantur, quam vulgus solet mulierc ularum. Quæ, vt illi quidem vera loquuntur, sed veritatis rei sunt parum conscix, 30
intelligentes & eruditę. Igitur iam medicorum sepra ingressi sic cum Aristotele, quem perpetuò Hippocratis interpretem & imitatorem agnoscemus, de naturę muneribus consultò philosophemur. Eum tamen semper tetineat vtraque sensum expositio, vt *ægrotare* quidem sit dum menstrua feruntur, non autem subsistũt, quemadmodũ illi perperam visi sunt inrellexisse. Posteriorem nostrã explicationem confirmabimus duobus locis, priore ex Hippocratis contextu, altero Aristotelis. Ait ille libro de natura puelli (vbi idem notabis significari verbo νοσῶ, quod νοσῶ, hoc ipso loco) ἢ ὃ μὲν ἐόντα ὑγρὸν ἔχῃ, ὅταν δὲ καταμήνια μὴ χωρέωσιν, ἀξιῶ νοσῆ, &c. ita reddebat id Doctor Gorræus. At verò mulier quo tẽpore vterum gerit, etiamsi menstrua sistuntur, non tamen νοσέσει, malè se habet, propterea quòd sanguis qui singulis mensibus confertim excerni solebat, non agitetur: sed sensim paulatimque quoridie (κατὰ μόνα) citra do- 40
lorem, in vterum deferatur, & cumuletur intra ipsum vterum. Consentaneum igirur est, vt quibus conturbatur agitatúrque, & doleant ipsæ & ægrotent explicato modo. Vnde illi quidẽ mentem Hippocratis assequuti mioùs reputentur, qui hæc prima autboris verba de mẽstruorum suppressione interpretati sunt. Quanquam loquantur illi quidem vera, sed minùs (vt dictum est) consentanea, sicuti aliquot locis paulò apertiùs demõstrabitur postea, ne quid nũc confundamos. Æquum enim est quæ nunquam conceperunt, nedum expertæ sunt partum, vt menstruorum suppressionis molestias & grauiores & plures ferant, quàm quæ simul vt conceptioois suauitatem, sic pariendi pericula iam subierunt. Rationem prętermittimus, vt quæ suo loco recẽsearur ab Hippocrate. Quanquam mulieres natæ sint ad generis propagationem, quam vt præcedat conceptio semper, est perneccssarium naturalibus. Est alter locus apud Aristotelem lib. 7. de histor. anim. cap. 2. vbi mulieres laborare tantisper dum menstruus fertur humor, aut saltem earum interim corpora grauari, existimanit. Est & alius apod eũdem lib. de somnĩs cap. 2. ex 50
cuius perfectione facilè diiudices deteriori esse mulieres & statu & conditione interea dum illis flount menses. Qui sanè quando perdifficilis nobis visus est & negotium fecisse diu, longiorem nostram orationem meritò requirat & explicationem. Siquidem cùm mẽtem authoris minùs assequantur, lapsi sint in huius loci conuersiooe quotquot Aristotelis sunt interpretes. Perquirit Aristoreles, quinã fieri queat vt αἰσθητήρια, cuiusque sensus organa, minusculas quasque rerum obiectarũ differentias celeriter persentiant: ac etiam an patiendo semper, aut etiam agendo ipsa pariter afficiãtur, hoc est an (vt physici vulgò dicunt) repatiãtur. Quod dum sigillatim ipse facit & persequitur, vbi ad oculos ventũ est, visionis modum exponit argumento ab euentu omnibus euidenti maximè & manifesto. Quòd nimirum mulier à menstruis dum malè habet, illa speculum propè iospectans, summũ ipsius veluti cruoris nubecula com- 60
maculat, & labe ferè cruenta fœdat: quæ tamen in speculo veteri faciliùs longè elui, quàm in recèns polito queat. Accidit verò id (inquit) quia quum oculi non aliter quàm reliquæ corporis partes natura venis abundent, æquum quoque fuit, vt consimiliter afficerentur. Ac sic ipse tandem conficit, quòd profluentibus menstruis διὰ θερμότητα καὶ φλογμοειδίαν αἱματώδη, hoc est, quæ propter cooturbationem & æstum sanguinis effluunt, distinctio in oculis arqoe oora quædam sit & appareat necessariò; & quamquam ea noo satis sit omnibus conspicua apertáque, quòd insit re vera tamen. Est siquidem (subiicit ipse) spermatis

matus eadem ratio naturáque atque menſtruorum. Quæ profectò clarè demonſtrant, Ariſtotelem, quemadmodum & pleraque in illius paſſim operibus alia, in doctrina Hippocratis fuiſſe verſatiſſimũ, atque libros omnes vel quidem qui ad rem muliebrem pertinent, ſecus quàm multos, hoc eſt non oſcitanter, perlegiſſe. Imò verò, vt ſperamus bonis aliquando auibus comprobare, ſuam omnem phyſiologiam ab hoc auctore penè diuino, furtim (ſi effutire id palàm audemus) quantumuis ipſe diſſimularit, mutuatum eſſe. Duas igitur iſtas Ariſtoteles noſtet, vt ipſe putat, ſedulò apud Hippocratem notauit menſtruorum fluoris cauſas, turbationem videlicet ſanguinis & eius æſtum. Quæ duo volentes plutibus explicaſſemus, quando ad Hippocratis ſententiam tanti momenti videantur, niſi quonam ipſe modo agitari & cõturbari ſolet ſanguis, hîc nunc eſſemus animo complexi breuitet ex Hippocrate. In qua explicanda ratione ſcire in primis oportet, aliud eſſe ſanguinem ſemel commoueri ſimplicitet ad excretionem, aliud longè etiam id ipſum ſtatis certiſque interuallis ac ſpatiis recurrere. De poſteriori ſatis copiosè tractatum eſt à nobis, quando ſententiam Hippocratis de periodici fluoris menſtruorum cauſis aduerſus quorundam Neotericorum opinionem expoſuimus, commentario nimirum in hunc locum libri de Virginalibus: τὸ δὲ αἷμα πλέον ἐπιῤῥεῖ, *copioſior autem in vterum influat ſanguis*. Supereſt igitur tractabilis alter locus de ſimplici ſanguinis perturbatione. Ex inſtitutis verò Aſclepiadarum ipſi aliquãdo notauimus duobus modis ſanguinem in muliebri corpore temporibus diuerſis conturbari, quod eſt commoueri ad excluſionem, ἐν τῇ ὠδῖνι ſcilicet. Quando namque parturit mulier, tum aliter ſanguis commouetur: & aduentante menſtruo fluore, alitet. Illic enim concepto calore ex agitatione pueri qua ſeſe ad exitum parat exacto demum perfectóque geſtationis tempore ex naturæ præſcripto: (ſi quidem partio ſit vtriuſque actio communis) hîc ſolius naturæ conatus cõtrà cernitur, nutu ſuo ſanguinem depellentis foras propter ſolam copiam, quemadmodum eodem commentariolo eſt abundè à nobis explicatum. Quanquam alienus etiam calor ſæpenumero naturæ motionem queat accelerare, vt ſuo quoque poterit poſtea loco declarari: nimirum quando vites externi caloris proximè recenſebuntur. Quæ fluoris viſa eſt certè menſtruorum cauſa Ariſtoteli poſterior, vt eſt ſuccinctè ab eo annotatum, & parum quidem Hippocratei. Quò adumbrata igitur quaſi loci huius intelligentia animo concipiatur, ſtatui imprimis debent duo. Vt elapſum quidem humorem in oculos (ait Galenus) à capite omnes defluere fatebuntur: at quæ nam ſit cauſa propter quam ipſe repetat definito circuitu, dicere non eſt vſquequaque cuique conceſſum. Sed apud Galenum patienti naturæ hæc accidunt: nunc è contrario ſuſcipienti eidem & molienti motiones ſuas. Præcitato loco ſatis copiosè reperitiomis cauſæ menſtruorum à nobis (vt diximus) explicatæ ſunt. Commẽtitium tamen Ariſtotelis calorem nuſquam inter eas placuit recenſere, quando etſi in parturiẽdi moleſtiis, vel Hippocrate iudice, locum habere is queat, eidem denegetur ipſe quoties ſolius naturæ miniſterio periodica ſuſcipitur menſtruorum depulſio.

lib. de nat. pueri.

cap. 4. lib. 2. de diff. febr.

Τὰ φλεβία δὲ] Venulas dicimus & arteriolas veterum more loquuti, qui hoc nomine vtraque vaſa voluerunt comprehendi. Non quòd eiuſmodi maneant, quemadmodum quæ in renibus ſunt duce natura, comm. ad Aphoriſm. 79. libri 4: ſed quæ quum antea eſſent tam puſillæ, ſui ortus nimirum principio; paulatim dicto modo dilatentur magis magiſque. Præ copia namque ſanguinis qui in eas influit ad exitum, amplificantur & patentiores reddunrur εἰς τὸ κατάμηνια, ad profluuium ſcilicet menſtruale. Cur verò huic conſimilis non eſſet modò, κατὰ τὰ καταμήνια, verborum ſuperiorum interpretatio? Eſt vtrobique ſanè par æquaque ratio vtriuſque, de menſtruorum profuſione. Cæterùm vis animi quæ in cerebro conſiſtit, etſi otioſa ferietur tantiſper dum vtero puer geritur; vtraque ea tamen, tum quæ in corde per arterias, tum quæ in hepate ſedem habet, ad puellum pertinet fluitáque continenter per venas. Quæ omnes quibuſnam partibus implantantur, aliàs explicatum habebis in Apologetica partium ſcilicet corporis humani explicatione, quam paramus pro dignatione anatomes & eius deſcriptione facta ab Hippocrate, Vbi & quibus vinculis cum matre puer colligatur in vtero, exponetur abunde. Namque opinari omnes omnis corporis partes, vſum earum & connexiones non percalluiſſe Hippocratem perpulchrè, nefas permagnum cogitatu, & dictu indigniſſimum homini præſertim philoſopho, nedum medico. Ac quum etiam leuiuſcula hæc ſit oblata occaſio diſputandi de deriuatione venarum in corpus vniuerſum, eò lubentiùs tamen nobis nunc captanda eſt, quò maturiùs interea diuinum planè de venarum partitione iudicium excuſetur Hippocratis. Siquidem iam audiuerimus pletoſque iſtud in fraudem conuertiſſe. Quod non niſi contumeliæ eſſe queat ſummo Hippocrati, permagno quoque ægrotantium detrimento, & Medicæ arti magno dedecori. Quis id (inquam) æquo animo ferat, vel ſi leuiſſimè Hippocrateam doctrinam degustarit? Quam iſti prauè detortam corporis humani partitionem venarum opinantur, ad artis vſum eam tradi tam arguto & laudabili conſilio aptaſſe Hippocratem, ſi iidem nos patienter audiant, intelligent breuiter & quàm veriſſimè. Sumus namque mulcò pluribus cum eis acturi alias, quando quæ adnerſaria cumulamus ex Hippocratis doctrina & librorum eius diligenti perlectione, emittere numine diuino concederetur & impudentem eorum audaciam apologiſmo reprimere pro amplitudine Pariſienſis ſcholæ, hoc eſt huius ampla & admirabili ſapientiſſimi authoris dignitate. Ex libris de principiis (hunc enim inſcribunt vulgò) de oſſium natura, de locis in homine, de anatome, de glandibus, de natura humana, quo loco præſertim multa χρήσιμα ἐν τῇ Galeno viſa ſunt; ex chirurgicis denique quotquot illi ſunt, libris & aliis plutibus, Hippocratem conſtat apertiſſimè anatomicæ rei nec imperitum nec vllo pacto eudem habitum fuiſſe. O grande alioqui cogitatu nefas! Corpora diſſecare vel brutorum quidem, quæ Dei opera Democrito viſa ſunt, non fuiſſe illis religioſum quõdam temporibus, ſcienter audemus non negare. Sed, quæ attamen in illius ſcriptis ad chirurgiam ſpectant vniuerſa, confirmant fidem ſenſibus, humani corporis vel minutiſſimas (vt ſic dicamus) portiunculas Hippocratem diuinum non præteriſſe.

Epiſt. 17. Hipp. ad Damagetum.

Attamen obtrudunt illi vulgò & minùs ſcitè parúmque prudenter, ac turpiter quidem, toties decantatã venarum partitionem ab hoc eodem authore; quum craſſinſculas maiuſculàſque, vt perſtringamus breuiter, tantummodo & maximè apparentes in tem ægrotantium intellexerit Hippocrates, & hominum ſalutem. Nonum profectò nõ eſt, nec mirum videri debet, malè ſenſiſſe recentiores de hac artificiali venarum ab Hippocrate deſcripta diſtributione. Non huic noſtro authori, ſed Polybo in animalium hiſtoria tribuit Ariſtoteles, memoriam Hippocratis vbique ſemper cautè diſſimulans. Vbi Græcè, non, vt hîc, paria legitur, ſed quatuor venarum genera. Quæ in re quidem, etiam inter philoſophos veteres magnus ille deluſus tamen Ariſtoteles fuit. De dignißima hac notatu & præclara venarum partitione hic aliorum reuocat ad ἀκριβολογίαν iudicium. Cuius hæc ſunt nimirum verba: Πάντες οἱ ὑμὲν τῶν ἀρχαίων ἀνέβλ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ τῶ ἐγκεφάλῳ πάντα, λέγοντες ὀ καλῶς. Poſteaquam ſic ipſißima verba Ariſtoteles retulit quæ ſunt Hippocratis, ita eum ipſum quoque Latinè loquétem Theodoro Gaza interprete, ſi placet, audiamus. Hæc ferè ſunt (ait) quæ à cęteris Medicinę authoribus dicta accepimus, nomen Hippocratis ſilẽtio diſſimulans pro more ſuo. Deinde nec deſunt (ait, naturæ interpretes, qui tametſi accuratiùs perinde vt Medici non tractarunt de venis, tamen omnes earum ortũ à capite & cerebro deducunt: quod error eſt, ait. Suam hanc de Hippocratea partitione venarum ſentẽtiam tulit, ſcilicet præclarã, Ariſtoteles. Quem rogamus, liberum ſit oobis, tãri viri & philoſophi, & Hippocratis tamen diſcipuli pace, pro ſummo hoc ſuo dictatore locũ peraduum & aſperũ perpurgare. Ex animo vindicabimus Hippocratem eodẽ modo ſcientißimum & hominem planè dininum ab ignoratione anatomes. Hæc verò eios (nobis credite) ἄγνωτα ſunt. Eãdem partitionem vaſorũ apud eum ipſum & dilucidè & perſpicuè multùm deſcriptam legimus libro de oſſiũ & hominũ natura. Sed nec hîc nec illic quidẽ ortum venarũ principiúmve ex capite aut cerebro Hippocrates reperiit, qnemadmodũ parũ medicè ipſe opinatus eſt quondã, ac poſt eum plerique adhnc omnes anatomiſtæ. (Venarũ verò nullũ Hippocrati principiũ fuit, vt neque in circulo, lib. de oſſiũ natura) Siquidẽ vtroqne in loco ſcriptũ ſit ἀφανίσται, φέρονται, καὶ συμφέρονται, καὶ ἀφανίζονται: Iterúmque ἀφανίσται. Quanquã πανταχῶς ὡς τὸν λόγον ipſe ad extremũ dixerit in vtrißque libris. Etſi enim paria venarũ aliquouſque peruenĩat, aliò deferãtur ex alia parte, aut pertineãt aliquò, imò etiã in hãc vel illam partẽ alia deſinant: nnm tamen proinde ſtatim inferre oportuit, omnes iſtas à capite (ſoprema corporis parte) aut cerehro quod ibi cõtinetur. habere ortũ anthore & iudice dinino iſthoc Hippocrate? Noſtra equidẽ ſentẽtia ſpectãdus eſt perpetuò ſcopus authoris, ac cũ ſuperioribus quæ poſtea ſequuntur, quomodo inter ſe illa cohęreãt, ſumma ſedulitate animaduertendũ. Etenim ſeſe Hippocr. aliter gerit, vbi ad ſimplicẽ verámque & exqniſitã cognitionẽ corporis humani particulas quaſq; recenſet; aliter lôgè quãdo Medicinę ſtudioſos ant veriùs Medicorũ miniſtros qui nomẽ à manus indnſtria ſortiti ſunt, enumeratione craſſiotũ partiũ narrationéque erudit ad praxin & ioformat craſſiori, vt decet, Minerua. Vt hîc diſſimiliter partitionis venarũ oõ meminerit niſi ex hypotheſi. Quãdo ſiquidẽ gratia Medicorũ nõ perfunctorię euiſcerato tãtùm corpore, ſed ſingulis minnſculis particulis minutatim inſpectis omnibus, & quę viſum ferè effugiãt, vt dixit Ariſt. eſt ἀκριβολογίαν ipſe ſequutus. Pro chirurgis autẽ aliàs ſatis fuit Minerua tudiori ad vſum artis aprare, & tubos repetere oculis apertos & qui prę amplitudine ſui facilè cadãt ſub aſpectũ. Vt nimirũ integro aut corpore ſaltẽ viuo, qui hãc Aſclepiadarũ profitentnr artẽ, conſequãtur faciliùs, & in prõpru indicẽt, & imperẽt ſnis miniſtris, vnde nã in ſingulis partiũ ſingularũ doloribus morbiſve inre debeat ſanguis mitti, & id quãdo pficere tutò chirurgi queãt. Qninã denique, hinc, licet, diſcere oportebit, venarũ tubi pertũdẽdi erũt & quomodo ad outũ Medici. Nõ licet ſiquidẽ cunctos vhiuis morbotũ, nec ſanè quoſlibet ſine delectu. Omniũ rerũ natura parẽs, generi humano noluit eſſe nouerca. Quũ enim ita cõparatũ eſſet, vt iuſtis de cauſis expoſitũ obnoxiúmque pluribus iniuriis in vita redderetnr corpus humanũ; (quod eius tenellus & chariſſimus omniũ fœtus eſt) ſic bonis mortaliũ reh⁹ eriã cautũ voluit prudẽter, vt organa nõ deeſsẽt nec perplures aliquot modi, qbus moleſtias illatas poſſent ij depellere qui ſaluti ſtudẽt humanæ Medici, dũ eã tutãtur præſentẽ ex officio, aut quidẽ miſerè perditã anquirũt reſtituúntque. In iis verò tenent primas artificioſæ venarũ inciſiones, quas pro Hippocratis diuini ſentẽtia & vtiliùs & faciliùs Medicos attentare fuit ex vſu. Quaſi Hippocrates velit perficiendi ſolius negotij huius gratia aut qnidẽ poriſſimùm, naturã venarũ ramos diſperſos produxiſſe, ac eos feciſſe noo abditos, ſed manifeſtos etiam foris non adſtrictos, ſed patentes, latos, craſſoſque. Nimirum vt (hoc enim ſonat repetitum toties αἱ μὲν φλεβῶν ἀεὶ πορώτατοι, *craßißima vene autem in corporibus hominum in hunc modum ſe habent*) qnemadmodum diximus, quoties venarum ſectionis occurret in prædictis ab Hippocrate affectionibus & morbis vtilitas, faciliori negotio id & tutò magis perfici queat, in rem videlicet ægrotantis. Præuiderat nempe natura fortaſſe nos indociles & tardos fore, atque eam ob rem eadem de te nos ſic ſæpius monitos eſſe deſiderauit & quidem iuſſit. Solus enim quum is ſit vſus venarum, vt ſanguis alimentum cuiuſque partis, in omne corpus per venas diffunderetur, ſicut ſpiritus vitalis per arterias; occuli contegíque venæ poterant eodem modo qnotqnot ſunt omnes, eadem ſcilicet formatrice natura miniſtráque: atque ſic clàm eadẽ qnoque via ſanguis ad qnemque locũ etiã per tenuiſſimas venas quas vulgò Medici vocãt capillares, vel ad vngues extremos extimámque cutim peruenire. Quæ ad hãc enim ſanguinem vehnnt & portãt, ferè non ſunt conſpicuæ. Sed, vt dictũ eſt, natura ſtudioſa ſui & conſeruatrix ſemper ſedula, ita ſibi bene conſultum eſſe voluit occurrentes adnerſus iniurias. Dux etenim eſt ipſa non tantùm viuendi, ſed & rectè viuendi, optima. Eáque de cauſſa vt manus ſuum obirent citò tutóque quos ipſa delegit imitatores ſui atque miniſtros, eis micare voluit metirò venas & apparere; atque ideo quatuor craſſiſſimarum paria venarum in lucem producere & ſub aſpectum. Eademqne ipſa tatione præclarè cautum ſimiliter ac tutiſſimè ab ea eſt, quando arteriis maioribus ſnppoſitis, craſſiores enumeratas venas dux natura ſemper optimi auctórque iuſſit imponi: ma-

lib. 3. cap. 3.

poni: magnámque arteriam vel ſtatim ferè ab ortu ſui, venæ cauæ certa ratione ſuperpoſitam, rectà deſcendenti, poſteaquam bipartitò ſcilicet in crura diuideretur vtraque, in hunc vſum reflecti pariter, eidémque intus poſtea voluit tum ſic ſubúci ſubſtituíque. Id quod anaromicorum neminem adhuc animaduertiſſe, ſaltem in quem vſum molita ſit natura id, non diiudicaſſe obſeruauimus. Atque hic non Hippocratis, ſed vetiùs naturæ fœtus tenerior, temporis diuturnitate quaſi ſepultus, imò etiam inſcitia potiùs craſſiore extinctus penè, per nos, ſi placet, ooo tantùm renaſcatur, ſed in Aſclepiadeam hanc Pariſienſem ſcholam, vt in meliorem hæreditatis partem & reuocatus, & acceptiſſimus; deinceps ea gaudeat, oblectetur & perfruatur. Hunc (inquam) naturæ fœtum oeminem eorum qui in anatome humani corporis ſe putant eſſe verſatiſſimos, vt nec eorum quenquam qui ſe oraculorũ quoque naturę interpretes prædicant quaſi diuinos, agnouiſſe adhuc, flagitium prorſus eſt turpe, oedum inhumaoum, quem attamen ſummą ſe ſedulitate & ſtudio excoluiſſe, & ei etiá ſubſeruiiſſe molliter & delicatulè, cupiunt videri. Si qui verò vt affecti bene ſemper ad homioũ ſalutẽ, hos rubos variè diſperſos vſque adhuc fortè ſecuerint; erſi fortunatè id quidẽ, attamen, ſicuti dicebamus nuper, valde parũ ſcitè, vt ipſi deprehẽdimus vbique frequẽter. Quũ ſiquidẽ prẽſentẽ venarũ partitionẽ, quotquot ſunt omnes, poſt Hippocratis memoriã adhuc ignorauerint. Venas ſecãt etiámque reſecãt, eas cõſuunt & vrũt, ligãt & putrefaciũt ſæpe aliquot perplures chirurgi in corporibus hominũ: at ſæpe id quidẽ nõ ſcieoter illi magis quàm ferrarij fabri in corporibus equorum. Imò etiam de ſectiooe venarũ & modo in ea retinẽdo, ſua ſcripta multitudine obruunt commeotariorum; quæ ſi quis attentiùs perlegerit, nullius penè videantur conſilij, nec ſenſus, nec animi. Atque interea in eorum Muſeis noſter hic totus ſqualeſcit & neglectus iacet Hippocrates. Vt ipſi rem ſuã factitare cũ techois veriùs credãtur, quàm maiorũ more ſine fuco & fallaciis Hippocrateam artẽ exercere. Si quempiam attamen hoc pacto huius cõditionis viri perſanaſſe tandem videbuntur, ita eũ dilaniando; fortè id & forſuirò potiùs eoeuiſſe putetur, & melioribus rebus naturæ, quàm vlla quadam arte aut eorum doctrina prudẽtiáque. Quæ vniuerſa ſi quis dicta opinetur aduerſus hominem ſtupidum bardúmque, ſuum apud ſe priùs ille iudiciũ de homine diu perpẽdat. Is enim cõcaua fortè habet iugula. Qui tameo (vt ipſi audiuimus) ne placari vix vnquam vbique poruerit in curatione morborum, niſi ſanguinem antè exhauſerit; & viſcera crudeliter, quia (vt aiũt) nimis ignorãter, dilaniarit humana. Hic nobis, credite, oon eſt ferendus in flotentiſſima hac ciuitate, ſi eſt bene morata. Aliàs verò (vt regreſſio fiat) ſi locus dabitur & occaſio, exponemus lubentes & demonſtrabimus accuratiſſimè, quomodo κατ' ἴδιαν ſectiones facere venarum eſt idem omnino, atque deſcriptam oũc ab Hippocrate diuiſionem maiuſcularum ſequi ſecundo. Ac tum etiam apericmus & coofirmabimus, eodem tempore modóque naturã aperta vena ſanguinẽ ſeceroere purũ ab impuro & putri: atque hunc ſic data porta expellere, ac laudabilẽ retinere pro viribus inter effluendum. In venarũ namque fabrica, hoc eſt illarũ cõſtructione (quod dictũ putetur obiter) cur alioqui varia inerũt geoera fibrarũ, niſi ad varios ſcilicet hos vſus cõparata? Sed de his, vt receptũ eſt, aliquãdo ampliùs. Ad hãc verò expoſitiooem ooſtrã omnium ferè cõcurſus fiet & aſſenſus, ſi, quæ ſingulis venarũ paribus anredictis ſubiũciuntur, adſcribantur ſtatim quæ ſunt eodem loco coonexa. Oratio ergo nunc ſit Latina Hippocratis, oc tardeorur animi feſtinantes. Adde quòd ſic promptiùs omnes iudicium ferent de hac excuſatione diuiſionis venarum Hippocratis. Primo enim omnium pari à capite vtrinque ſecuodum ſpinam dotſi ad iſchium & crura progreſſo, deinde per ſuras & malleolos ad pedes extremos perucnieoti, ſubiuoxit: Oportet igitur venæ ſectionem in doloribus dorſi & iſchij, de popliribus & malleolis extrinſecus inſtituere. Deiode etiã vbi expoſuit quónam par ſecũdum pertiogat, colligit quoque ſic: Quapropter in doloribus lumborum & teſtiũ, intrinſecus de poplite & malleolo mittes ſangninem. Tandemque poſt par tertiũ quartúmque multifariam diſtributum, cõficit in vniuerſum venarum ſectiones eſſe iuxta prædictũ ſuum ſermunem perficiendas. Quæ ad praxin quidem vniuerſa & vſum omnino, vt diximus, reſerenda ſunt; non verò ad ſimplicem partitionis venarum cognitionem exquiſitámque, quemadmodum plerique parum prudenter anatomiſtarũ huiuſce temporis falsò adhuc opinantur & obſtinatu quidem animo. Cui noſtræ etiã expoſitioni euidenter ſuffragatur præceptum praxeos Hippocratis conſequens eodem loco; διαιρέειν δὲ χρὴ, &c. hoc eſt, Inſtituendæ (non verò, vt altet ille interpres, conandum) venarum ſunt apertiooes, ipſas incidendo feriendóque quàm longiſſimè à partibus in quibus aut coocitari dolores, aut ſanguis aſſueuit coaceruari. Qua longiori repetita oratione, ediſces (ſtudioſe lector) nõ Hippocratem ſolùm ab hac nimis impudenti ignorationis iniuria vindicare; ſed quoties occurret quædam ſanguinis mittendi aut ratione doloris aut ſanguincæ cuiuſdam collectionis neceſſitas, (vt & in reliquis artis muneribus) perbellè & artificioſè Hippocratẽ ſemper imitari. Videto tamen ſapienter quid returqueas, hoc alterum ex eodem authore obiicienti. Eſt ſententia quinta ſect. 6. lib. 6. epid. Purgare doloris proximum ventrem oportere, & ſanguinis ventrem, hoc eſt venam, diuidere. Hoc verò eſſe therapeuticum diſtinguito, alterum ratus prophylacticum. Quódque hoc præcepto nixus morborum canſſas propulſabis: & quòd eaſdem altero arcebis, valetudinem ſcilicet ſecundã propagaturus, auocãs naturã à ſua conſuetudine. Scriptum eſt enim eodẽ loco, ὅτιπερ γὰρ αἷμα ἢ μεταβολὴ ἴσχει μεγάλη, &c. hoc eſt, ſic enim repentè magna mutatio non fiet, ac commutata fuerit naturæ conſuetudo, vt iis in partibus deinceps ſanguis non colligatur. Quòd ſi quis à partibus Galeni veniet nũc in certamen, ac vaſa quæ inter alas interſunt & inguina, iuſtè appellari maiora deſenderit: huic etſi ex antedictis potuit eſſe antea ſatisfactum, hoc duellum opprimetur tamen ac conficietur facilè, ſi internas partes Galenus tutabitur: venas autem exteriores Hippocrates noſter ſecabit, vti me authore antea explicatum eſt. Quæ principio autem humani generis canalium ſanguinis tuborúmque deductio in vniuerſum, ſaltem corpus externũ, facta eſt natura formatrice, quondam tam bellè nota ferè fuit hppis quàm tonſoribus. Quidni nũc ergo medẽdi ſtudioſis

adeóque Medicis, dictatore hoc nunc præsertim diuino Hippocrate? Quum enim icuncula quædã quæ expressas in se habebat has quadrifariam iugatas venas Hippocratis, palam parieti affixa clauis in tonstrina vbique exponeretur, atque illa in ore & oculis omnium versaretur; qui eò quasi tunc turmatim loci confluebant, barbam demere cogitantes, aut tondere capillum, alij gratia alterius etiam, vt medicationis: illic dum priores comuntur, alij detondentur, & pectuntur alij, aut posteriorum vlcera fortè detergentur, aut quidem vulnera, atque suo quisque sic contrectatur ordine; (neque enim possunt simul omnes) nonnulli interea eodem loco otiosi olim manebant, nonnulli etiam erecti qui circumspicerẽt, & quoquouersum in officina spectantes, vt modò in sceleton, modò in ossa hæc aut illa cuiusdam cadaueris; etiamque io ipsas (vt sors ferebat) iugationes venarum in icone artificio satis, vt iis videbator, mirabili adumbratas intuebantur alij attentissimè. Atque hac fortè occasione oblata de illarum distributione inter se sæpenumero conferebãt, vt quæ scilicet in cõspectu omnium tam artificiosè depicta videretur, vt dictum est. Sanè sic tudioti notione quadam & crassiori (vt aiunt) Minerua, quam quisque etsi leuiter quidem venarum partitionem complectebatur ex intuitu, eam tamen animo cõprehensam tenebat diu. Foret id verò adhuc omnibus Medicis, nedũ chirurgiæ idiotis tyronibus perutile, vt qood nempe redundaret semper in ægrotãtium omoium salutem. Atque hoc sanè modo lippis verè diximus & tonsoribus nota omnibus tum erat & manifesta. Animo iam igitur & cogitatione, lector, causa facilitatis imaginem effingito, speciem, figuramque humanã. Fingito, inquam, esse viuo eam corpore, spoliato tamen & nudato eam esse. Quid tum? Eios præterea picturæ & conditionis esse, vt sit ὑπόμνεος, ei nimirum vt promineant venæ. Quænam tum & quot apparebunt venæ in sic affecto effictóque corpore? En verò venarum paria in promptu sunt, vt fuit tunc suimet ipsius interpres amplissimus Hippocrates, crassissimarum. Vt antem à supernis tãquam facilioribus & manifestis ducamus exordiũ; conspicitur in cubito vena axillaris, quæ est nimirum inferior. Est & superior, quæ humeraria nuncupatur quibusdam. Hanc cephalicam vulgus appellat: illam verò basilicam. Nónne hæc meritò prima statuetur in icone venarum coniugatio? Manum verò, si placet, dextram spectemus in hypothesi, hoc est ab axilla ad extremum vsque sic enim antiquitus omnes penè acceperũt primi naturæ interpretes. Quorũ vestigiis nonc quoque insistẽtes & consectati, ab inguine dextro ad extremũ vsque, si placet, inferius, hîc pedem quoque vocitemus. Quid ni sic enim? In hoc etiam pede comparebit luculentissimè intus in malleolo vena quędam interior, vt foris altera etiã quædã externa. Hanc chirurgotũ vulgus saphenam (veriùs sapheiam) vocat ineptè: illam verò ischiaticã gratia disciplinæ. Quæ hęc qnoque est secũda nępe crassiotũ cõiugatio venarũ. Quibus his dextris scilicet, si totidem dimumeres & adicias ex parte sinistra venarum cõiugationes; quis nam animo tam esse potest omisso, molli aut bardo, qui in fabrica corporis humani pro mente diuini Hippocratis quatuor paria venarũ crassissimarũ non videat? Quis etiã in posterũ cum Hippocrate ista non admittat? Magnus ille nempe delusus est, magnus (inquam) meritò, vt est ipsemet, haud cogitatè tamen loquutus de Hippocrate, Aristoteles. Polybo quidem, quòd nimis absurdè hanc opinaretur scripram esse, tribuit Aristoteles partitionem: at haud ille quidem intelligenter, quia minùs Hippocraticè. Nescinit nempe sæpenumero accõmodatam esse ad vulgus orationem Hippocratis. Sed enim hãsne demũ venas nomit Hippocrates ad phlebotomiam? Nónne enim discruciato capitis dolore ægrotanti vena recta incisa in fronte profuit? Nónne etiam in nephritide venam poplitis incidi qnoqe idem ipse iussit? Nónne in paracyoanche venam secari voluit sub mamma? Nónne eodem quoqoe loco duxit sub lingua? imò & à cubito sanguinem mittendũ voluit, si vires (ait) ferant. In capitis qooque dolore aliàs sub lingua sanguinem mittit. Imò verò & in pulmoois tumore, καὶ ὑπὸ τὴν ἀξίνην, καὶ τὰς ῥῖνας, καὶ τὰς γλώσσης, καὶ πάντα ὅσα τῷ σώματι αἷμα ἀφιέναι, & ex vtroque quidem cubito, ex naso, ex lingua, ab omni denique parte corporis Hippocrates sanguinẽ duxit. Cessent igitur, moneo, nisi eodẽ ipso sermone confiteantur ipsi omoes, se nõ versatos esse satis in Hippocratis libris & eius oratione; in posterũ cessent (inquã) inscitiæ anatomes & ignorationis phlebotomię hũc diuinũ authorẽ insimulare. Hos homines animaduersione dignos potiùs si quis putarit, q̃ cum homanitate quæ in medẽdo cõsistit, cõiunctos; verissimè omnis dixerit. Nulli morbo medẽdi rationẽ præscribit Hippocrates, vbi sanguinẽ ducere cõueniat, sine phlebotomia. At, vt disimus, parũ scitè iudicant, siquidẽ Hippocratis oracula oñ omnes intelligãt.

cap. 4. lib. 7. polit.

aph. 68. lib 5. sect. 1. lib. 6. epid.

lib. 3. de morbis.

Comm. ad aph. 9. lib. 2.

Εὐρύτερόν εἰ τὰ φλέβια, Patentiores, &c.] Quanquam ῥέω propriè sit liquidæ ac profluentis rei alicuius; atque ex Galeni præscripto, quòd ὦρα reddantur corpora quæque, non solùm cõtinentis, sed rei contentæ ratio etiam habenda sit: hoc loco tamen venarum tubos potissimùm spectauit Hippocrates. Vt par conditio vtrisque mulieribus etiam ponatur sanguinis menstrualis, siue crassitudinem tu spectes illius, siue tenuitatem. Eo tamen modo tubos iotelligе, vt non solùm ventris & quitatis eorum nos optet esse memores, sed osculorum, è quibus, id est venarum extremis, sanguinis materni reliquiæ effluunt, edito scilicet recèns in lucem fœtu. Quum enim ex hiusce sanguinis suppressione repletio causa sit, cur dilatentur magis venæ tempore gestationis, quemadmodum cuique perspicuum satis esse potest: quonam modo ipsius eiusdem sanguinis proluuium (quum sit eodẽ authore purgatio quædam) ὦρα reddat vasa, nisi cùm cõmorus is ipse sanguis foras efferetur; osculis nimirum quæ tempore suppressionis priùs occlusa conniuebant, reclusis ac dehiscentibus? Sic omnis enim, siue ea Medici artificio, siue naturæ spõte susciptatur purgatio, solet euenire. Planè nõ videmus alioqui, quomodo à partu profluuiũ meatus reddat patẽtes, quia purgationis forma hæc quædam sit. Sed attamen antea explicationem aliam dedimus.

Λοχία] Lochia non sunt, siue purgamentum à partu aut materia fluentis & exoperantis humoris; sed fluxio puerperiorum, vt fiat & simul intelligatur eorum expulsio, quæ tendit extrorsum. Est enim purgatio quędam, λοχία, ait; propterea que Latinè diximus, *Hos verò meatus effluentia puerperia facium patentes.* Sic (inquam) reddidimus, vt ipsum mobile simul & spatium quo id continetur, apertè ex Hippocratis sen-

tis ſententia complecteremur. Cui noſtræ conſentit interpretationi Galenus lib. de atra bile. Ibi Eraſiſtratum collaudat, quòd veterum opinioni conſentiens, menſtruorum excretionem, non euacuationem ſimpliciter nominarit, ſed purgationem: non ſecus quàm ea ſit quam medicamenta cathartica perficiunt. Quibus idem ipſe poſtea ſtatim ſubiunxit: Sic enim λοχίων (ait) proluuium puerperarum veteres Medici purgationem, non euacuationem abſolutè appellauerunt. Quum enim natura quæ fœtum format augéque, tempore geſtationis ad ſe ſanguinem pelliciat laudabilem puriorémque, in venis portio deteriot relinquitur, quæ edito in lucem fœtu expurgari ſolet, vt ſingulis antea menſibus & quantitate & qualitate inutilis, ſanguine verò ſecundum naturam affecto vt plurimùm nigriot. Inutilem attamen menſtruum ſaltem qualitate non exiſtimamus duce natura. Eſt & perſimilis locus alter apud eundem in Prorrheticis, vbi & vt ſignum & vt cauſſa, quàm periculosè cuiuſuis naturæ atque coloris puerperia in vniuerſum ſupprimuntur, exemplo ſuppreſſionis alborum, demooſtrat. Idem quoque ſentit Hippocrates libro de natura puelli. Ratio eius hîc nunc ergo ſubiicitur: ἡ γὰρ τοῦ λοχίου καθαρσις ἕνεκεν, quòd proſluuium à partu purgatio ſit. Purgatio (inquam) vitioſorum quæ geſtationis tempore coaceruata ſunt, abſumpto vtiliori in fœtus nutritionem, qui ex vtero depellebatur antea per ſingulos menſes, &c. Quibus ſanè præterquam quòd quid λοχία, etiam quo modo purgatio dici poſſit, declaratur apertiſſimè. Vbi autem parturiendi tempus adnentat & iam incipiunt dolores ſæuire (quod τὴ ὠδῖνι nomine ad partionem vſque perfectam in Hippocratis doctrina ſignificarur) etiamſi ante fœtum reddantur, quæ toto geſtationis tempore ſuppreſſa erant, ἀλλ' λοχίη tamen nomine eſt ea ipſa complexus Hippocrates. Quæcunque enim poſt cooceptionem iis in partibus colliguntur ex ſuppreſſione, ſine tempus pariundi effluentia antegreſſa ſint, ſiue connexa, ſiue eiuſdem conſequentia, modò ἐν τῇ ὠδῖνι emittantur, eodem nomine meritò poſſunt donari. Vide Hippocratem lib. περὶ ἑβδομάδων τῶν ἐμβρύων, quo loco τὸν ὠδῖνα ξηρὸν & ἄδιπνον, parturigioem ſiccam appellauit & laborioſam, ſi quando fœtui nimirum lnchia præmittantur.

comment. ad ſententt. 48. comm. 2. in lib. 1. cap. 8.

SENTENTIA SECVNDA.

Καὶ ἐὰν καθαρθῇ, τὰ σώματα τὰ πλησιάζοντα, μάλιστα τῆς τε χοιλίης καὶ τῶν μαζῶν, καθαρθήσεται. 1

Quòd ſi tunc *cumulatè & cum impetu vacuatio fiat, corporis quæ ſunt vicinæ partes, maximè verò ventris ac mammarum, confertim vacuantur.*

Καθαρθήσεται δὲ καὶ ὁ ἄλλο σῶμα. 2

Quinetiã vacuatur & corpus reliquũ.

Ὑπὸ τοῦ δὲ τοῦτο, εἴρηται μοι ἐν τῇ Φύσει τοῦ παιδίου τὸ ἔνθεν. 3

A quo autem id fiat, explicatum à nobis eſt in libello de natura pueruli, quo loco is in lucem emittitur ex hypotheſi.

EXPLICATIO.

MENSTRVÆ verò iſtius purgationis modum nũc ex hypotheſi propoſitum ootat verbo καθαίρω. Cuius cùm ſit varia ſignificatio, ignoratio eius vtriuſque, cur hanc variè Hippocratis ſententiam noonulli interpretes & vbique perperam reddiderint, cauſa fuit. Prius frequentiúſque eſt, vt *abrumpere* hoc ſignificet verbum. Hos locos aliquot ex plurimis notaſſe ſit ſatis eanſſa huius, ex Hipp. libello de puelli natura. Eſt ſermo Hippocratis de puerulo qui factus auctior & ſeipſo maior, plus alimenti deſiderat ad ſui nutritionem, quàm ex vtero capeſſere is queat. Id cùm copioſum non eſt, ſed deficit potiùs, ſeſe tuuc ipſe iactat, tandémque calcitrando membranas quibus continetur, ῥήγνυσι (ait Hipp.) abrumpit & dilacerat: ῥῆξαι aliàs, ῥαγῆναι, ῥήγνυται, ῥαγῶσι, ῥήγνυσι, & περιῤῥήγνυται, περιῤῥαγῶσι: vbi vniuerſa eiuſdem ſunt vbique ſignificationis: vt & ad finem libri 4. περὶ νούσων, vbi tibiæ καταῤῥήγνυνται, & vbique paſſim. Vide & comment. Gal. ad aphor. 1. lib. 4. vbi fructus qoi plantis ſuis adhæreſcũt, conferuntur cum puerulis vtero comprehenſis. Illi grandiores facti ventorum ſæpe excutiuntur impetu: ira ſiue mulier animo, ſine corpore vehementiùs commoneatur, συμφύσεις μαλλον διαῤῥήγνυται, non ſolùm laxari poſſunt repagula facilè, ſed & abrumpi, qnibus cum vtero membranæ cõoectuntur, vincula. Galenus comment. ad aphor. 1. lib. 4. & ad aphor. 37. lib. 5. Itémque apud Hippocrat. lib. de pueri natura, qnando ſemen mandatum terræ, humore madeſcit, diſtenditur & flatu rumeſcit, tandémque vis ῥήγνυσι τὸ σπέρμα, abrumpit ſemen, vnde foras folia primùm emergunt. Sunt & alij aliqoot alterius acceptionis loci, ad finem eiuſdem libri apud Hippocratem. Quos omnes, vt & locum præſentem, intelligat quiuis ſine negotio, ſi quæ annotanit perdoctè Galenus aduerſus Iulianom pro Hippocrate; (nunquam verò eos aliter) in memoriam reuocarit. Ex ſuperioribus omnibus locis & his περὶ γυναικείων libris Aphoriſmus ſequens cum aliis aliquot excerptus eſt: Γυναικὶ αἷμα ἐμοῦσῃ, ἢν καθαμένων ῥαγῇσιν, λύσις: Mulieri ſanguinem vomenti, effluentibus confertim menſtruis, ſolutio. Commentatoris Galeni eodem loco verba ſunt: Ὅτως αὐ ῥαγῇ (φησὶ) τὰ καθαμένια, λύσις ἔσται τῆς παθήματος, ὅτι φυσικῆς, ὅτι καὶ ἡμῶν τι ἐμποιούντων. Quibuſdam deinde interpoſitis ſubiunxit, quod eſt maximè notaru dignum: ἐντεῦθεν ἐπάρξω τῶν καθαμένων τὰ ἀῤῥήκτως ἐκκενοῦσθαι, ὅτως ὁ Ἱπποκράτης ἀνάγκαιον ῥαγῆναι, ἵνης ὁ ἀπὸ τοῦ ἀῤῥήκτως κινούσης ὑπερχυ-

Gal. in libello quem ſcripſit contra ea quæ à Iuliano ſcripta ſunt in Hippocrat. aphoriſmos.

ασχολίαν· ὡς οἱ καὶ ἀφ' ἑκάστου τοῦ λέξεως αἱρέσεως, Γυναικὶ αἷμα ἐμέσαντι, ἢ καθάρσιον ἀέρος ἐκτὸς ἔστω, λούσας. Qua quidem otatione voluit Hippocrates, quocunque modo menses erumpant plenè & vacuentur, sequi affectionis solutionem, siue naturæ id sponte, siue arte suscipiatur Medici, vna hæc modò conditio adsit, vt quando nimirum menstrua feruntur, excernantur ipsa confertim. Quod Hippocrates ῥηξίνεον dictione voluit esse significatum. Moris enim semper Hippocrati fuit, vacuationes effusas & confertim factas sic appellare. Quasi diceretur ad verbum, Mulieri sanguinem vomenti effusis mensibus & coofertim euacuatis accidit inde morbi solutio. Quibus verbis vix accommodatius vllum poterat inueniri, quo quid sentiebat Hippocrates clariùs eloqueretur. Quanquam nõ ita multò pòst ad ἐρρέθη καθάρσιον, etiam ἀέρος adiunxerit Hippocrates eodem loco: sed quo fortasse impetus maior sic aliquis copiáque significaretur. Idem hoc verbum, vt & quàm plurima, dissimulanter transtulit Aristoteles in sua. Vsurpauit hoc enim cap. 1. lib. 7. de historia animalium, quum nobis declarauit quo præsertim tempore virgunculis menstrua solent profundi. Ergo hoc verbum καθάρσιον modò referri oportere opinabimur ad puerperiorum purgationem, quemadmodum Cornarius putauit interpres: nos verò etiam modò vt ille alter, primùm ad partes vicinas; vt & ad mulierem quæ sit pariundi perita, & iam experta partum. Ex quo quidem sermone si non fuerit manifestum satis quàm sit transpirabile corpus humanum, quàm sit transfluxile saltem illud idem in mulieribus, hinc facilè lector intelligendo consequatur. Exposuit Hippocrates pluribus locis, quo modo semen, quod spirituum potiùs abundat copia quàm humoris, deciduum censetur à corpore toto. Cur verò par ratio non erit & menstrui sanguinis, & lochialis? An dispersæ in omnem corporis partem arteriæ disseminantur dissimiliter quàm venæ? Si, qui physicam rationem aliàs exercuit, ad ea quæ nunc ab Hippocrate notantur, adiunxerit expultricem naturam, non videmus planè quid ex iis quæ omni in alia motione vt pernecessaria physici requiruot, hic ounc possit desiderari. In primis oimirum quod illi mobile vocitant, sanguis hoc loco ponitur. Spatij vicem subeunt venæ circumscriptæ finibus suis: scilicet exteriori toto corpore, & orificiis extremis quæ in vterum desinuot. Quis etiam naturalis, quia prius & posterius ootatum in hac purgatione vider, hîc quoque temporis ooo animaduertat conditionem in Hippocratis oratione? Sic coim τῶ ἅμα καὶ κατὰ μέρος exponimus, vt ex muliehti corpore quæ sunt vtero propinqua, primùm ac maximè euacuentur confertim; confertim deinde & verisimili quadam cõsecutione vacuentur quoque mammæ quibus cum ineſt communio aperta qnædam: vacuetur tandem & corpus reliquum. Eiusdem authoris verba sunt ad finem libri de nat. pueli, dum partio fit: καὶ οἱ τὰ μαζοὶ ἢ τὰ ἄλλα μέλεα ὑπὸ τοῦ γάλακτος καὶ καθαίρονται ἢ γυναικῶν, ὅταν μὴ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ τόκου· ἔστιν δὲ οἷς οὐ πάνυ τι σπάνιον τοῦτο γίνεται, ἵνα μᾶλλον καθαίρονται ἐξαναπίμπλαται τῇ φλεβῶν ὑπὸ τῆς κοιλίας ἢ μηχίων, id est, Ac tum mammæ, tum aliæ partes quæ sunt in moliere humidiores confertim vacuantur; quanquam io ea minùs quæ primùm parit, ac in alijs deinceps quo sæpius vterum feruot, eo etiam magis confertim vacuantur, exinanitis videlicet venis à purgamentis poerperialibus. Qua eadem volebat de caussa Hippocrates libro de morbis acuris io pleuritide mutationem sanguinis spectandam esse. Etsi insit tum in venis vis retinendi longè robustior, quàm quum simul & affatim prorsus euacuatio suscipitur per depulsionem, sicuti modò hic accidit inter pariũdum. At nondum planè satisfactum puramus, et si hîc cumulatè quidem omoes, cur istæ (μάλιστα) potissimùm designatæ nunc partes inaniontur. Quia illæ sunt primæ & priores occurrunt, & propiùs quoque à pudendis absunt, via quæ foras fertur patentissima; ideo quidem debent priores euacuari: sed nunc etiam μάλιστα interpretari maluimus, vt qnòd refertæ sint & oppletæ ichoroso sanguine quàm copiosissimo, eóque pacto rationi videatur consentaneum esse, vt magnam quoque homoris eiusce copiam profundant. Etsi enim muliebre corpus totum quidem submolle & teneriusculum esse agnoscamus cum Hippocrate & quàm maximè rarum, atque etiam (vti statim prædicabitur eodem hoc dictatore) quod (ὑπόπιδνον πανυστιν) vt valde laxũ ac capacissimum promptè possit oppleri natura duce: præcellunt illę tamen conditiones quæque io vtero & partibus ei vicinis, lumbis, coxis, & io mammis præsertim, vt & ideo expleti non solùm illæ priori loco, sed & vacuati eodem modo porissimùm consueuerint duce quoque oatura. Quæ causa eáque verisimilis Plioium latens, ratione alioqui physica instructissimum delusit philosophum. Ratus quippe fuerat mulierum pudori peperciſſe natutam, quando virorum cadaueta fluitare, supina intueharut, fœminarum autem prona. Sed ita est natura comparatum, vt eat pessum quicquid est graue: affecter è contrario superna quod leue est, semper. Quisquis autè quomodo κατανέμονται αἱ πᾶσαι φλέβες καὶ διαρρέουσιν ἐς ἑκάστας, perpender apud Hippocratem libro de locis in homine, iudicabit sanè secus (quoniam noo sic sub oculos cadit) quàm vulgus anatomistarum soler de venis, quæ ab vtero ad mammas vtrinque spectant. Has venas sibi omnino esse conónuas nostrum iudicium semper quidem fuit. Quibus nimirum vel ab initio formationis corporis humani, vtero cœpit esse cum mammis apetta quædam communio ὅθεν τὸ φλέγμον ἢ ἐξαπλαμένον κατὰ τὸ φλεβῶν, vt est ipse locutus præcitato loco. Nunquam verò contiguos huiusmodi venarum tubulos esse censeamus, non esse coniunctos, vt nec variis discrepantes extremis, & qui noo etiam paribus osculis sibi respoodeant, sicuti oonnullis placitum hactenus obstinatè fuit. Propterea quòd in tanta abdominis & epigastrij totius per grauiditatem distentione, ac rectorum musculorum præsertim quibus affixi hærent introrsum illi canaliculi: si distincta disiunctáque illorum oscula suut, vti pernecessarium tum fotet, ecquo modo tam promptè ad se ipsa redeant emenso scilicet perfectóque tam diuturno gestationis cursu? Quî etiam fiet, vt tantisper dum vtero gestatur puer, ab inferis ad mammas per eas venas sanguis referatur, quum is inde & vteri ope lacteſcat? Etenim & hæc quoque antea posuimus, vt quæ prorsus fuerint aliàs Hippocrateis examinata pooderibus.

lib. 7 cap. 17.

Hipp. circa initium libri.

Ἀπὸ τοῦ δὲ γίνεται, ὑφιστᾶσι μοι ὧδε, &c. *A quo autem id fiat, à nobis, &c.*] Quasque esse statas & terminatas natu-

tas naturæ motiones libris de crisibus & diebus criticis restarum passim reliquit Galenus: sed & libro περὶ παιδίων noster Hippocrates his verbis: πῶς δ' γυναῖξι αἱ συμφύσιες τ ὑμένων, καὶ οἱ τρόποι τ καὶ οἱ πόροι οἱ ἐντὸς τῆ χώρη κείνητε, ὡ ὦ πάτερ αἱ τ τόκοι, & αἱ ὠδῖνες, καὶ οἱ διακαθαρσιμοι αἷματος τρόποι. Quæ docent luculenter esse definitum quodque munus naturæ, adeóque pariendi tempus. Partio autem quãdo communis est, vtri tribuendum videatur principium motionis huius, vterúne an ipsi puello? Sic enim & hæc verba exponi possunt, ὑπό τ δ γίνεται. Quanquam Cornarius interpres aliter libro de puellæ natura: At quũ (διὰ δὴ τὸν καθαρσιν ἀπὸ δίκης ἐν ἔστι λοχίοις, &c.) puerperiorum purgationem refundi oporteat excludiq; pro ratione & proportione dierum quibus assueuerat sanguis in vterũ primis conceptionis diebus parca quidem manu deferri, ἀρχὴ γίνεται διαίτης τῆ γυναικὶ, parturienti mulierculæ fit partionis primùm, deinde & solitæ purgationis lochiorum hoc modo principium: ἐν τῆ οἴδη τὸ αἷμα ἐφίσταται τῆ γυναικὶ, καὶ ἀναμαίνεται πολὺ ὑπὸ, &c. vt non solùm ἀποκατάστασις tunc restitutio sanguinis fiat, qui iusta de causa suppressus fuerit primis diebus grauiditatis: sed purgationis puerperiorum quale principium sit, vult repeti & intelligi ex præcitato libello. Quòd nimirum, cùm parturit mulier, in ea ad exitum sanguis commoueatur, valdéque concalescat, ex vehementi pueruli agitatione scilicet. Conturbatus sic autem sanguis, is primùm quidem exeat: deinde verò post fœtum sanies crassa cruentáque. Reliqua ex simili ducuntur, quæ sic Doctor amicus noster dictauit Ioannes Gorræus aliquãtò apertiùs quàm Hippocrates: Atque post eiusmodi vacuationem (ait) ductus quidem fit & via reliquo sanguini fluxum, sicut ab aqua in mensam effusa. Nam siquis in mensam aquam effudent, & puerorum more quasi ludens eam deinde digito ducat veluti in quosdam riuulos, siue eos rectos, siue sinuosos, aut alterius cuiusuis figuræ efficiat; quicquid postea superfuderis, siue aquam, siue vinum, siue alium quemliber humorem, defluet is certè iisdem ductibus quos antè ex aqua ille digito designauerat. Ad eundem sanè modum prima hæc euacuatio sanguinis lochialis alteri sequenti videtur facere & parare viam. Quæ tamen pro generis & sexus varietate, quamdiu fieri & durare debeat bonis puerperæ rebus, expressum legitur apud Hippocratem eodem loco. Quæ quia accidunt Natura duce simulatque mulier peperit, aut verùs in ipso partu; ideo nunc se profitetur Hippocrates dixisse de iis in libello de puelli natura sed ut lector vagetur & erret lungiùs quærendo, addidit πῶ ὁ πάις, eo scilicet præsertim loco, vbi quomodo in lucem emittitur puer, exponitur.

SENTENTIA TERTIA.

Καθαρθέντος δὲ τοῦ σώματος, ἀναγκαίη τὰς φλέβας μᾶλλον τομοῦσθαι, καὶ εὐρυτέρας γίνεσθαι ἐς τὰ καθαρμόια· καὶ τὰς μήτρας μᾶλλον τομοῦσθαι, οἷα τοῦ παιδίου χωρήσαντος ἀπὸ σφέων, καὶ βίλιν καὶ πόνον παρεχόντος.

1 *At corpore cõfertim vacuato, perneceſſariũ quidem eſt venas & arterias magis ac magis dehiſcere, & ad profluuium mẽſtruale reddi patentiores; adeóq; & ipſũ vterũ magis aperiri, egreſſo nimirũ iſthâc puerulo, qui vim* ipſi *intulit atq; laborẽ.*

Καὶ τούτεων ὧδε ἐόντων, τὰ καθαρμόια ἀκαματώτερον καθαίρεται ἡ γυνὴ, ἐπ' ἐὼ λοχίων ἔμπροσθε γένηται.

2 *Quibus ita poſitis* iam cuiq; exploratũ exiſtimamus, *quòd minùs moleſtè à menſtruis mulier purgatur, ſi purgationem à partu fuerit experta.*

EXPLICATIO.

Væ φλέβια erant antea, nunc φλέβες Hippocrates venas appellauit notanter; siquidem purgatione lochiorũ factæ sunt magis hiatulæ atq; patẽtes. τομοῦσθαι autẽ quod aperiri & fatiscere est, ad oscula retulit venarũ Hipp. & arteriarum: vt & εὐρυτέρας ad illarũ tubos & amplitudinem eorum, per quos dimotus ex toto corpore propulsari solet in vterum sanguis menstruus, eiusce gratiã euacuationis, quæ est in hypothesi. Vt hæc intelligatur institûta ab Hippocrate disputatio de profusione semper, non autem suppressione menstruorum. Ἀναγκαίη καὶ φλέβες] Assumptio ergo hîc est, cuius connexione firma, eius quod est ab Hippocrate propositum veritas illustratur. Quando verò, quæ est sanguinis menstrualis ratio ad venas & orificia eatum; eadem est quoque pueruli ad vterum & eius oscul um per quod ei via ad egressum patet: imò verò ex hoc posteriori certior cuique fides potest esse notióque (siquidem id oculorum intuitu facilè diiudicetur) si vtero puer egredicus vim molestiámque primo partu intulit multò maiorem, propterea quòd cæteris viam aperuit amplificauitque; nõne similiter periodicam menstruorum purgationem in posterum mulier tolerantiùs ferat, si quando experta priùs fuerit puerperialem? Videto quid Hippocrates sentiat ad extremũ libri de natura puelli, de huiusmodi purgatione. *lib. de natura pueri.*

Καὶ τούτων ὧδε ἐόντων, Atque hu ita conſtitutu] Hæc nimirum ex antecedentibus, vt statuta logica ferunt, conclusio sequitur de profluuio menstruorum, quod erat initiò propositum ab Hippocratẽ. Nam si partum expertis (ἀκαματώτερον) minùs laboriosè (vtrisque enim non sine labore) menstrua fetuntur: è contrario, vt consentaneum est, grauior iis longè menstruorum cursus erit, quæ nunquam pepe-

peperterunt. Quæ enim est par conditio æquàque consequutio oppositorum, istud iobet. Sed nuper κεκαρήνηται καὶ τὸ ὑγρὸν σῶμα, quòd totum confertim corpus vacuabatur, dixit alio quoque loco, quòd non solùm à partibus vicinis, sed interuallo longiori dissitis ὕστερον αἱματώδης, cruentus humor, in partu scilicet tam ex capite emanat quàm ex reliquo corpore; qui vi (inquit) & dolore & calore excernitur. Quódque maius est aliquantò, quum quæ parturit, toto corpore laboret vehementiusculè eodē authore, μάλιστα ὑπὸ ὀσφύϊ τε καὶ ἰσχίοις, ac præcipuè tum tamen lumbos coxásque dolor occupet; & quæ nam esse possit tam acerbi doloris causa, iure hoc loco quæreretur, si in promptu proposita ea non esset eodem modo ab Hippocrate. Ita verò tum est ipse loquutus, διίστανται γὰρ ὀφύες τε ἰσχία, nempe quia illis præsertim diducuntur coxæ. Quod doctus interpres Cornarius *dissentantur* reddidit appositè. Ex membranarum (credimus) tendinum & partium natura conoexarum inter se, distentione summa, istud euenit. Cæterùm præclara eorum opinario est, & laude condigna scilicet, qui os transuersum pubis per medium diduci distinguique putant, & velut exarticulari inter pariendum. In quam sanè partem eadem ratione prorsus etiam caderet dolor. Quod ooo solùm est a ratione alienum, sed ab omni abhorret sensu & oculorum conspectu quàm loogissimè, quemadmodum sub finem postremi in hunc priorem librum commentarij demoostrabitur amplissimè. Nihil etenim frustra quic quam moliatur vsquam natura. Quod vsquequaque ipsi ignorant. At probādus est eorum conatus quidem, modò opinioo sui eò non trahantur. Quorsum verò istud (vt quiddam raptim etiam obtrudamus) si posticæ partes retrorsum magis in hanc rem dilatentur, & sic à sese satis diducantur, si non vt exeunn puello cedant? Videto, si placet, Hipp. lib. de natura pueri, & Galenum de naturæ commentis cap. 7. lib. 15. de vsu partium etiam hac de re consulito. De qua qui dissideot, de omni ratione secādi sanè dissideant.

SENTENTIA QVARTA.

Quòd si quædam affectio mulieri quæ iam peperit obortа sit, vt aduentantia mēstrua non possint bene purgari; hæc longè faciliùs dolorē ferat q̄ si nūquā peperisset.

Εἰ δὲ καί τι πάθημα τῇ γυναικὶ ἐγένετο τῇ ἤδη τετοκυίῃ, ὥστε καθαιμύια μὴ δύνασθαι ἐλθόντα δὲ καθαρθῆναι, ῥηϊτέρως τὸν πόνον οἴσει, ἢ εἰ ἄτοκος ἦν.

Etenim assuenit in hac *vterus* repletioni, *totúmque adeò corpus habile* ad eā *est & opportunū, tanquā quę vtero gestat.*

Ἡδίης γὰρ αἱ μῆτραι, καὶ ὁ σῶμα ὀπτιτήδεον πληρώσθαι, ἅτε ἐν χερσὶ ἐχούσῃ.

Adde quòd magna eodem pacto *cō parata* tunc *est in* toto *corpore amplitudo & capacitas: maior verò sit & sanguini viarū libertas & laxitas quando peperit, toto vtpote cōfertim euacuato corpore.*

Καὶ ἅμα διϋγρασία πολλὴ ὀπτὶ ἐν τῷ σώματι· πλείων δὲ ἡ διϋγρασία ἔσται καὶ τῷ αἵματι ἐπὶ λοχείῃ, οἷα ἐκ σώματος κεκαθαρμένου.

Quúmque eius quæ peperit *corpus ampla habeat in se spatia*, suppressionis damna *minùs molestè ferat, nisi extra modum expleantur venæ & nimis condoleāt.*

Καὶ ἐν διϋγρασίῃ ἐοῦσι ὁ σῶμα, ἀπονώτερον ἔσται, ἐὰν μὴ ὑπερπιμπλῶνται αἱ φλέβες καὶ ὑπερπονέωσιν.

At verò ei quæ nunquam peperit, quū nondum sit assuetū corpus repleri; *si fortè oppleatur, idémque gracilius sit, angustius, densiúsque, quando nunquam experta puerperia est, atque os quoque vteri sit minusculum & minùs patens; paulò molestiùs prodeunt menses, & affectiones plures occurrūt, vt etiā mēses explicatis de causis sępe sistātur ei quæ nūquā peperit.*

Ἀλλὰ δὲ ἐύσῃ, ἢ τε σῶμα ὀξυπόρους ἐοῦσι, ἐπὶ ἐὰν πληρωθῇ, καὶ ἰσχνοτέρου τε ἐόντος καὶ πυκνοτέρου ἐόντος, ἐπὶ ἐὰν λοχίων ἄπειρος ἦσῃ, καὶ τοῦ μητρέων ἀτμοτέρων ἐόντων· ἧσσον ὀπτιμύια ὀπτιπονώτερα χωρέει, καὶ τὰ πάθηματα παρεσπίπτει πλείονα, ὥστε καὶ τῶν τὰ καθαμύια ἀποφράσσεσθαι, ἐπὶ ἐὰν ἄτοκος ἦ.

Atque sic se habet quod erat initio statim dicendi nobis propositum.

Ἔχει δὲ ὧδε, ὡς μοι καὶ προείρηται.

EXPLICATIO.

Dvo in mulieribus quærebamus nuper, & eas (vt decet) menſtruales ſcilicet eſſe, & rebus Venereis vti. Ac cooſerebatur illę initiò in re illa priori, quemadmodum hactenus expoſitum fuit à nobis. Deioceps è cootrario ſymptomata quædam moleſtiæque nuoc recenſentur, quæ per mẽſtruorum ſuppreſſionem ſolent euenire: Id verò etiam ex comparatiooe. οὐ γὰρ ἁπλῶς πάθημα ἡμῖν] Hæc ab euentu ergo petita probatio fidem facit eas eſſe ſecutiori mulieres conditiooe, quæ aliquando pepererũt, quàm quæ ounquã. Atque quum pluribus de cauſis meoſtrua ſupprimantur, ounc ex hypotheſi, ſi placet, ipſa quoque reſtiterint: ea tamen conditione vt hæc ſint copioſa ſemper. Ne quis nimirum ſubſtitiſſe ea opioetur, menſtrualis materiæ copia deficiente, vt poteſt accidere in inedia pleruoque, mœrore, quartana febre, & hæmorrhagia, pathematiſque aliis compluribus. Quod tum ouoquam citra valetudinis detrimentum eueniat. Io quod ſi fortaſſe tamen incurrant quæ pepererunt, minori id loogè perpetiantur cum periculo & anxietate, quàm quæ ounquam pepererunt. Et his quidem iuſtioribus de cauſis.

Ἠιθέως τὴν αἱ μῆτραι, &c. *Aſſuenit enim vterus*] Nunc à conſuetudine vteri prima ratio petitur, vt ſequens altera à totius corporis ad repletiooem opportunitate. Ἁτε ὑγιοῖ ἐχούσῃ, *tanquam quæ vtero gerat*] Eiuſce portò cõſuetudiois cauſſà eſt, quòd habeant tum ita ſe mulieres, ac ſi vtero gererent: quemadmodum opportunitatem illa fortè præbuit quæ ſimul & eodem modo parta tum fuit veoarum ὑστεροκήλης & corporis totius laxitas & amplitudo. Quæ quidem etſi procuretur tefuſione ſangoinis qoi in vteruin & partes ei propinquas primùm tempore grauiditatis coofluere & refluere ſolitus erat, deinde per omnes randem corporis venas; (πλείων ἢ ὑστεροκήλη γίνεται) ea quoque iure io venis augeatur, motiooe ſcilicet eius ipſius quoque ſanguinis, qui à partu confertim & cumulatè ſolet à toto euacuari, vti ſuprà ab eo poſitum fuit. Vt hæc duplex nuoc ootetur in toto corpore cauſſa amplitudinis & capacitatis. Quæ vniuerſa dum ioſtę amplitudinis cauſſas ioeſſe io toto ipſo corpore ſub oculos ponunt, quare κατὰ πόνον γίνεται, quod ἀκμαπόνον priùs dicebat, tolerantiùs ſuppreſſionis anguſtias hæ qoàm aliæ feraot, aperium faciunt cuique eodem modo. Excipit tamen boc vnum Hippocrates, modò ſcilicet ooo ὑπερμεγέθεις αἱ φλέβες, ſupra modum & non nimis expleantur venæ, vnde ὑπερτείνωσιν, in toto etiam corpore capiat incrementum dolor. In quibus verbis exuperantiæ ootam vtrobique (lector) attendito. Quod qui vitio dabunt, ridiculi aut arguendi potiùs & ſuo quidem merito putentur, qui quòd eandem ootam non ita multò pòſt in verbo ὑπερδρώσῃσι haud animaduerterint apud Hippocratem, ac neſciueriot authoris aſſequi mentem, nec quomodo verè ſtatuerit ipſe mulieres eſſe calidiores viris, percipere. At eiuſdem ipſius voculæ ootatio animaduerſióque oobis germanum Hippocratis ſenſum peperit, quem is demum callebit pulchrè belléqoe, qui ooo ipſum percurret, ſed quæque ſiogula (quaodo nihil in eo redundat) ſummo expeoder ſtudio diligentiáque. Eſt hæc igitur (καὶ ἐν ὑστεροκήλῃ τὸν τὸ σῶμα, vbi Helleoiſmus eſt) alia concluſio ex ſuperioribus, cum præoccupatione coniuocta. Si enim omois quæ peperit mulier, amplos ram habet receſſus in corpore, & dilatata tanropere ſpatia quæ excipiendo ſanguini & cootinendo ſatis eſſe qneant; qoid veriſimilius quàm vt aut in oullam aut tolerabilem (quum ſit minima) mulier incurrat ex ſuppreſſione moleſtiam?

Ἀτὰρ ἥ γε, ἥ τι ἔμαθεν, &c. *At verò ea quæ nunquam peperit*, &c.] Nuoc qooque ſuperioribus oppoſita obtruduntur. Diſſident enim, vt ſunt inter ſe in iiſdem diſſimiles, quatuor io rebus mulieres quæ iam pepererunt, ab illis quæ omnino ounquam. Quòd in primis illæ dolorem qui ex meoſtruotum ſuſcitatur ſuppreſſione, qua aſſueuerint, facilè ferant: quum bis multò moleſtiùs menſes ptodeant; tantum abeſt, vt inſolens eotum ſuppreſſio ooo ſit moleſta. Alterum eſt, quòd corpota ſuor illis accommodatiſſima ad repletiooem, ſi quaodo hæc à menſtruotum ſuppreſſiooe ortum habuerit, quando oimirum muka illis in corpore ampliſſima ſpatia inſuot. His cootrà mulierculis corpus totum eſt gracile, anguſtum, compactúmque, vt non agant niſi anxiè & ægrè plurimùm ſe habeant, quoties iis menſes effluuot. Siquidem ooodum expertæ fuerint purgatiooem à partu. Non enim hîc ὕστερος cum vtroque interprete alioqui perdocto, quio potiùs ἄστερος legendum tenemus. Diſcrepant hoc quoque tertio, quòd exitus via (ſic enim dictum fuit lib. de virginalibus) quod vteri oſculum eſt, fit amplior ſanguinis in reliquum vitæ. His cootrà perpetuò os vteri minùs dehiſcit patétque. Quódque eſt poſtremum, in plura longè hæ incurruot pathemata, iiſdémque ipſis de cauſis (κατὰ φύσιν ἔσται) iis facilè menſes intercluduotur atque ſubſiſtunt, quæ oooquam pepereruor. Contrario autem illæ modo affectæ tuoc ſunt, quemadmodum demooſtratum eſt ſuprà ab Hippocrate.

SENTENTIA QVINTA.

Φημὶ τὴν γυναῖκα ἁπαλωτέρην καὶ ἀραιοσαρκοτέρην εἶναι, ἢ τὸν ἄνδρα. 1

Mulierem rariore & teneriore eſſe iudicamus carne, quàm virum.

Καὶ τούτου δὲ ὧδε ἔχοντος, ἀπὸ τῆς χειλίνης ἕλκει τὴν ἰκμάδα καὶ τάχιον καὶ μᾶλλον τὸ σῶμα τῆς γυναικὸς, ἢ τοῦ ἀνδρός. 2

Atque ea de cauſa & citiùs & copioſum magis ex aluo ducit humorem corpus mulieris quàm viri.

Etenim si quis supra aquã in loco humido duos dies ac totidẽ noctes lanas puras exponat, & purũ & strictè contextum vestimentum æquali cum lanis pondere; ex his sublatis longè grauiores lanas ad sta teram ipse comperiet, quàm vestimentum. 3

Καὶ γὰρ εἴ τις ὑγρᾷ ὕδατος καὶ ἁλμυρᾶς χωρίῳ ὑδρηλῷ δύο ἡμέρας καὶ δύο ἀφέσ-νας ἡίπ εἴεια καθαρὰ, καὶ εἶμα καθαρὸν, καὶ βεβυσμένον, συσάθμως ἴσον ἕκάστοις εἰείοισιν, αἴψιον ἀνίσῃ σήσας πολλὸν βαρύτερα τὰ εἴεια ἢ τὸ εἶμα.

Id autem quia fit, ab aqua quæ inest in vase patentis osculi, perpetuò aliquid sursum decedit longissimè. 4

Οὐ γὰ τοῦτο ἔστ, ἀεὶ ἀπιχωρέει ἐς τὸ ἀέρος ἀπὸ ὕδατος ἐν ἀγλεινῷ ἀνυτόμῳ ἐόντος.

Et quòd, cùm sint raræ & molles lanæ, hæ susciplent plus secedentis aquæ. 5

Καὶ τὰ μὲν εἴεια, ἅτε ἀραιά τε ἐν μαλθακὰ ἐόντα, ἀναδέξεται τ' ἀπιχωρέοντος πλέον.

Vestimentum illud autem, quandoquidem oppletum iamque est, & contextũ strictè; saturatum quoque explebitur, sed non multum excipiens secedentis humoris. 6

Τὸ δ' εἶμα, ἅτε πλῆρες ἐὸν καὶ βεβυσμένον, ἀπὸ πλήρωσιν μὲν πολλὸν ἐπιδέξεται δ' ἀπιχωρέοντος.

Sic iam etiam mulier, quippe cùm sit rarior, liberaliorem ex aluo humorem ad corpus alliciet & citiùs quàm vir. 7

Οὕτω δὴ καὶ ἡ γυνὴ, ἅτε ἀραιοτέρη ἐοῦσα, ἑλκύσῃ πλείονα ἀπὸ τῆς κοιλίης ἐς χρῶτα τ' ἰκμάδα καὶ θᾶσσον, ἢ ὁ ἀνήρ.

Atque tanquam teneriori carne mulieri, ubi sanguine corpus expletum saturatúmq; erit, nisi is decedat, ab ipso carnibus expletis ac cõcalefactis, oboritur dolor. 8

Καὶ ἅτε ἀπαλοχρόῳ ἐούσῃ τῇ γυναικὶ, ἐπ' ἐὼν πλησθῇ τὸ αἷμα τὸ σῶμα, ἐὼν μὴ ἀποχωρήσῃ, ἀπ' αὐτέων πληρουμένων τῶν χρῶν καὶ θερμαινομένων, πόνος γίνεται.

Etenim calidiorem habet sanguinem mulier, ac nunc *ob eam causam dicitur esse viro calidior.* 9

Θερμότερον γὰρ τὸ αἷμα ἔχει ἡ γυνὴ, καὶ διὰ τοῦτο θερμοτέρη ὀνομάζεται τοῦ ἀνδρός.

Quòd si copiosior qui accedit augetúrque sanguis, exitum habet; nec dolor concitatur, nec à sanguine calor. 10

Ἢν δὲ τὸ πλῆθος ὑπερχόμενον ἀποχωρέῃ, οὐ γίνεται ὁ πόνος, καὶ ἡ θέρμη ἀπὸ τοῦ αἵματος.

At verò vir, cùm sit carne dura & solidiore quàm mulier, in superiori ventre non vsque adeò sanguine oppletur supra naturæ modum, vt nisi aliquid sanguinis decedat per singulos menses, inferri dolorẽ oporteat. 11

Ὁ δὲ ἀνὴρ στερεοχρότερος ἐὼν τ' γυναικὸς, ὅτε ἐμπίμπλαται τοῦ αἵματος ἐς τὸ ἄνω τῆς κοιλίης τόσου, ὥστε ἐὼν μὴ ἀποχωρέῃ τι τοῦ αἵματος καθ' ἕκαστον μῆνα, πόνον χρὴ ἔσεσθαι.

Trahit quidem quantum satis sit sanguinis ad nutritionem: itaque cùm ipsi nõ sit tenellum corpus & delicatulum, *non afficitur immodico dolore; non etiam vt mulieri à plethora nimiùm concalescit.* 12

Ἑλκὲ δὲ ὁκόσου ἐς τροφὴν τοῦ αἵματος, τό τε σῶμά οἱ οὐκ ἀπαλὸν ἐὸν, οὐκ ἐμπονέεται, οὐδὲ ἐμθερμαίνεται ἀπὸ πληθώρης ὡς τῇ γυναικί.

Viro præterea ad id maximè cõducit, quòd duriter magis vitæ suæ conficiat cursum quàm mulier. Omnis enim qui premit *labor, dissipat sẽper nõnihil humoris.* 13

Μέγα δὲ ξυμβαίνεται ἐς τοῦτο τῷ ἀνδρὶ, ὅτι τραχυπορέει μᾶλλον τῆς γυναικός. ἡ γὰρ τραχυπορίη ἀπάγει τι τῆς ἰκμάδος.

EXPLI-

EXPLICATIO.

Γίνεται ἢ τὸ νόσημα τῶν μάλιστα, *hic morbus potiſſimùm eas prehendit*, &c.] Cùm occluſio oris vteri, eiuſdem que diſtortio, ac inuerſio muliebris pudendi (quæ tria ſunt, in quibus, vt dictum eſt, vbique vitium conformationis adeſt) eonſequntiooem adferant occultationis menſtruorum; quis idiora vel quàm maximè rudis apertè non diiudicet, modò intellexerit quænam fuerit antea naturalis conſtimtio cuiuſque eorum; vnomquodque ſuo loco reſtimendum eſſe, ne menſtrua exitu prohibeantur, quæ ounc ex hypotheſi ſtant in occulto? Noo ſatis enim eſt, vbi complures cauſæ ſtatuuntur, quandam expugoare earum,

Commenr. ad aph. 57. lib. 5.

Aph. 51. & 54. lib. 5. Hipp.

tum, quin eundum est porrò, nec consistendum priùs quàm ἔξω τῆς παρθένου τὸν ὄχλον, vt est locutus Hippocrates, ad causæ principium vētum sit, sicuri postea pluribus exponerur. Modò autem virio non dent (quod faciunt maleuoli) breui innotescet quo sequitur modo sententia Hippocratis. Vt quod enim est cauum, vulgo non facilè percipi potest, nisi ex ratione & perspicientia solidi: sic nihil cauum natura est comparatum vnquam in humano corpore, nisi vt quod est solidum, posser pariter cōptehendi conrinerique, qnoties volet vlus, eadem duce. Factum inde adeò est, vt non solùm vteri ceruix ad externum vsque pudendum muliebre promissa æquet penicillum virilem longitudine etiámque amplitudine, & quod illi rectitudine etiam respondeat; atque vt sic excipientis & eius quod admittitur, sit quidam consensus & æqualis proportio quædam sed vt vteri orificium diffundatur támque latè pareat eadem natura formatrice, quantùm sit satis excipiendo summo penis extremo. Quò nempe faciliùs & tutiùs sine frigoris iniuria vlla semen intromitti posset causa permixtionis ad generationem. Suaui hac enim vtriusque parentis consuetudine per singula, hominum species conseruanda fuit traducendáque posteritati. Licet enim nobis (credimus) veritatis qunsque perscrutatores & speculatores naturæ his verbis affari. Quid verò hinc rei cedit humano generi? qnis fructus inde sequitur? Vt intelligamus quòd quemadmodum è vito semen coniectum, nunquam alioqui excipierur vteri cauo in hac hypothesi: ita quòd nec periodicè vnquam menstrua ex vtero excludentur (etsi ad fores etiam appulerint) nisi vtrobique vteri os iustè patebit rectaque respondebit suo pudendo, (quæ duo priora ipsi vtero propria sunt) & quod est tertium, nisi liber & rectus maneat sinus ille pudoris. nimirnm vt μὴ ξυστραφῇ ὑπὸ τῆ αἰδοίη, nulla omnino ex parte hoc pudendum inuerti intelligatur. In quo statu cōstitutum quoque nunqnam dici verè poterit, si maneat innersum, vt est in hypothesi apnd Hippocratem. Nūc siquidem ceruix iacet extra pudendum. Αἰδοῖον namque, muliebre scilicet pudendnm, id demum propriè appellari opinamur, quod nndato corpore oculs statim detegitur, extra quod si ceruix exciderit vteri, vt est apud Hippocratem, apud te iam sæpe & accuratiùs (lector) exengira, ecquo pacto id, nisi endem modo ceruix inuertatut, euenire queat. Non sanè vllo modo potest, si nosinenipsos iudicium non fallit magnopere, nisi per inuersionem. Vt nèc ceruix alitet inuerti potest, nisi eadem ipsa extrudatur extra pudendum, aut ad hoc propiùs accedat aliquantò. Sic enim ξυστραφῆ ὑπὸ τῆ αἰδοίη exponimus, etiámque τὸν αὐχένα πρὸς τῆ αἰδοίη εἶναι, vt statim hìc postea consequetur. Optamus, lectores, boni consulite, si sic modò hac ardna de re apertiùs vobiscum colloquamur; quando viros etiam magni nominis decepisse hic locus queat videri. Pudendi huius ergo fines duo primùm ponantur. Interiot, qui osculo terminarur vteri, & vnde eiusdem cautas ab interno exordiū ducit. Terminus alter erat exteriot, scilicet pudēdum, extra quod quum ceruix excidit, qui hinc delapsus egressusve sequitur, quandam perpetuò necessariòque connexam habet eius ipsius ceruicis inuersionem. Quæ duo elapsum quoque vteri foras semper præcedunt. Sed de iis postea suo loco. Qua ratione aurem hìc morbus γίνεται μᾶλλον τοῖσιν, οἵτινες συνεχῶς τὰς μήτρας ἔχουσιν, eas prehendit porissimùm quæ sunt angustiore vtero? Hìc enim nos minùs præterit, quòd quibus aut plus æquo, aut diutiùs menstrua feruntur, itémque & quod sæpius quoque puerperis accidit, osculum vteri soler tum distorqueri & occludi; quódque eius collum potlit etiam faciliùs longè omnibus iis iouerti. Quarum omnium si nunc immemor cuiquam author noster videbitur, fecit id de industria (credite) Hippocrates. Meminisse namque earum duntaxat is voluit, in quibus vitio solùm conformationis sicca sunt omnia, tantùm abest vt consimili cum nuper commemoratis, affectæ nunc statuantur. Etenim propositum huius est diuini authoris, mulebres describere morbos & calamitates, in quas nimirum ratione sui generis, hoc est sexus, mulieres incurrunt. Ad quod quum non sine quadam methodo accingat sese, a simplicibus & iis quæ communia omnibus esse queant, exordium duxit. Mésttua sunt autem, qnæ, si placet, inprimis supprimantur. Est hæc enim nūc hypothesis Hippocratea. Huic verò menstruorum suppressioni, quæ conformationis vitio euenire consueuit, illæ procliuiores erunt præsertim (mos enim adhuc fuit Hippocrati, omnia percensere per enmparationem) qnæ sunt vteto peranguſto. An isthæc autē faciant ad interpretationem posterioris saltem partis aphorismi 57. lib. 5. ipsi videritis. Quia enim ant plus æquo menstrua feruntur, inde morbi accidunt: aut ipsa quidem quia supprimuntur, ideo quoque ab vtero morbi cōnngunt. Hos morbos per sympathiam Galenus exposuit & perbellè quidem in suo ad hunc aphorismnm enmmentario. At hos interea affectus qui ex deformi partium constitutione apud Hippocratem principia ducunt, Galenus non recensuit. Quos ergo quàm iustè prætermiserit, vt æqui iudices, boni consulire. Inter menstruorum quidem suppressionis causas ipse quasdam endem commemoranit cōmentario, quæ conformationis etiam susciranrur errore; sed earum ibi tum solummodo partium quæ menstruum sanguinem ad vterum deriuate consueuerunt, quæque ipso vtero sunt superiores multòq; penitiores. Immemor interim ipse fuit deformis vteti & deformati eiusdem orificij, atque adeò inuersi eius pudendi; ista nempe (si vera suspicio est) vitia ratus nullis inesse duce natura magistráque, quum hæc illis non nisi perrarò eueniant. Quo si quid accommodatius potest cogitari, expendite, Hos quidem errotes non fert natura bene morata. At qunm seminis paupertas aut veriùs imbecillitas & ignaua vis eins vterum ampliorem effingi in mulierculis aliquando non patiatur, obscura & incerta de causa; ad susciptenda hæc tria quæ modò superiùs enumerata sunt habilitas, inde tum vtero sæpe innascitur. Atque ex iis priora duo præsertim hìc nunc intelligi desideramus. Quibus si fortè tertium iūgatur, perquam necessarium videtur, vt etsi anguſtior vterus est pro hypothesi Hippocratea, ipsius tamen collum magis dilatetur amplificetúrque, quò faciliùs per huius amplitudinem illabés vterus aliquonsque, inuerti pudendnm simul possit aliquo modo. Sic enim & ξυστραφῆ ὑπὸ τῆ αἰδοίη placet iterum hoc loco interpretari. Quæ quidem eò longiùs perplacuit oratione nostra persequi, quò ardna magis videbantur, & minùs attamen explicata à veteribns. At extra parturiginem vterus ipse excidit laxatis vincu-

ad finem sect. 4. lib. 2. epid.

lis,vt & aliàs imbutis humore exuperanti membranis pudendum quoque inuertitur. Ne quis nimirum cõiunctim hæc legens obiter, στενοχωρίαν περὶ τὸν αὐχένα, angustiam spatij ad collum vteri etiam referri putet oportere, vt prius ad ipsum vterum: In mulieres scilicet opinatus molestias superiores facilius incidere, & euenire id non solùm ob eam causam, quòd illis obtigerit vterus angustior, sed & quia aliquantò arctiot sit ceruix vteri. Est Hippocratis oratio huiusmodi, αἱ γὰρ στενοχώρους τὰς μήτρας, ἢ τὸν αὐχένα. At hîc quanquam coniunctio insit, non ibi tamen subsistit nec desinit oratio, sed cum αὐχένα continenter statim legendum, eadem nimirum verborum serie, περὶ τὸ αἰδοῖον κύμασιν. Nempe vt intelligatur in hypothesi ad suppressionem menstruorũ, aliàs sitam esse ceruicem ante aut extra pudendum. Quonam enim modo id eueniat nisi per inuersionem: aut non nisi vt longè, ita & latè, diffusa & amplificata ceruice? Non ergo angustiam ad collum referre vllo modo oportebit. sed angustum excidisse vterũ per ampliorem locum, scilicet per ceruicem, arctè defendendum. At, quod principio quæri oportuit annotationis huius, cur orsus est suam potiùs disputationẽ Hippocrates ab iis calamitatibus, quæ formationis errore contingunt mulieribus, quàm quæ vitio aliorũ, vt eorum quæ continentur? Vtroque sanè modo menstrua & recondi possunt & occultari. Quòd nempe duce natura organicæ partes prius finguntur, quàm id cuius gratia eas cõformauit natura. Quæ verò ab hoc mobili suppressionis causæ solent suscitari, Galenus eas abunde exposuit comment. ad aphor. 57. lib. 5. Quum autem in mulieb ribus iis quoque partibus, quas quinis etiam iustè intet πενταζώνοις possit recensere, & modus & ordo quidam teneatur; affici nunc os vteri in primis hic ponitur, etiamque pudendum. De vtero autem proximè est acturus, qui quidem quòd post explicatas partes sequatur, dictus Græcis ὑστέρα fuit. Haud primùm igitur nunc quæritur, an viarum, per quas effluxurus foras sanguis coniici in vterum consueuit, vlla conditio desideretur, aut materiæ etiam menstrualis. Non hic similiter etiam quæritur, an vis quædam aliquo modo deficiat depellentis naturæ. Adpellit ad vteri fores vsque sanguis menstruus ὡραίως tempestiuè & duce natura: Occultus attamen ipse manet tectúsque his tribus de causis non ita pridem enumeratis ab Hippocrate.

Ἢν δὲ πυκνὸν ὑπάρχῃ ἢ, καὶ μὴ μίσγηται ἡ γυνὴ τῷ, *si enim ex ijs adsit alterutrum, & non misceatur*, &c.] Quamuis legi possit vtroque modo, attamen maluimus per disiunctionem, quasi hoc sit tertium quiddam, quàm coniunctè Hippocratis orationem interpretari. Alioqui tertium quartúmque superioribus vtrisque seorsum adiungi oporteret; atque hoc pacto non posset satis esse alterutrum ad distortionem osculi, quod hypothesi Hippocratis superiori repugnat & non obscurè quidem. Dicamus igitur cum Hippocrate, quòd si mulier viri non gaudeat consuetudine, aluúsque fuerit solito longè profusior (hæc enim duo simul ipse connectit) fore aliquid satis abunde, quod à suo tramite diuertat orificium vteri, versus saltem posteriora; quod autem obluctetur retrahátve ac suo idipsum loco statúque contineat, prorsus tunc etiam desiderari, oratio ponit Hippocratis. Id autem nihil paritet præstare nec tam strenuè potest quàm penis, vt minimùm duplici ratione. Namque Hippocrates postea, quò osculum vteri suo contineat arctiùs statu & loco, scillam penitiùs intromitter aut similis formæ pessarium aliquod. Id ergo virile pudendum æqualitet omnino præstabit, & quidem potentissimè. Adde quòd tãta in congressu ex semine quod auidiùs appetit, fruitur, vterus voluptate; vt torus pariter & æqualis ad eius complexum, æqualitet quoque & ex omni parte rapiatur; vt in neutram sic partem magis propendeat, vi scilicet, quasi dicamus, concupiscibili & attractrice, per bũc vniuersum & partes eius singulas æquè diffusa.

Καὶ κενοῦται ἡ κοιλὴ μᾶλλον τῇ κεφῇ, *& vacuetur aluus plus æquo.*] Annexa nimirum vteri ceruix insidet intestino recto, quod alui profusione labascens totum concidit sibi, quadamque cõsequutione ceruicem conuellit ad sese & incuruat orificium vteri, vnde eius distortio sæpe consequatur.

Οὔτε γὰρ ἰκμαλέαι οὖσαι αἱ γυναῖκες, *neque enim eius mulieris quæ se continet à Venere, ex se uterus madescit.*] Quibus modis humescit vterus, quémque etiam impensè siccatus ipse, dolorem infert toti corpori; si nunc audies ex hoc antbote, audies iam eadem modo quæ pleniorem hanc orationem reddãt Hippocratis. Ait ille lib. περὶ γονῆς: τῶν δ' γυναικῶν αἱ τῇ μίξει τερπόμεναι τῷ αἰδοίῳ, καὶ τῇ μητρίῃ, &c. hoc est, Cæterum quando mulieribus coeuntibus pudendum cõfricetur & commouearur vterus, huic quidem accidit velut quædam prurigo, ac teliquo corpori voluptas vnà cum calore adsciscitur. Emittit quoque semen mulier è corpore, mndò quidem intra vterum (αἱ δ' μᾶτραι ἰκμαλέαι γίνονται, & ex eo, ait, vterus madescit) modò extrà, si nempe hiarit vterus plus æquo. Tandem verò longiori habita paulò oratione, qua pro more suo comparare docuit, ex coitu vtrique volnptatem inferri; quòd mulieri plurimùm cõducit Venus ad valetudinem, sic idem quoque scripsit. Quin hoc etiam ita se habet, si mulieres habeãt rem cum viris, meliùs longè degunt: sin autem Venere abstineant, minùs bene. Subsequitur statim hæc ratio eodem loco, ἅμα μὲ μᾶτραι ἰκμαλέαι γίνονται ὑπὸ τῇ μίξῃ καὶ ὁ ὑγρὸς εἶναι μᾶλλον τῷ κεφῷ, συρρέοντος ἰχῶρος. συρρεόμενος ὁ ἰχῶρος, πόνον τῷ σώματι παρέχει. Siquidem coeundo vteri humidiores fiant. Quòd si iusto reddantur ficciores, maximè distorquentur. Perdoctus Doctor Gortæus vertit *conuelluntur*, intentus ipse in conuulsionem quæ ortum habet à nimia siccitate. De qua suam sententiã pleniùs Hippocrates mox aperiet comment. secundo, vbi de vteri dicet ascensu ad hepar & hypocbondria. Atque hæc est reuera conuulsionis aliqua species. Qui verò vteri multùm distorquẽtur, (vt est eodem loco) toti corpori creant dolorem. Ac credimus sanè nos facilè, quòd illi non secus quàm antea inferunt voluptatem. Vt non solùm quod est hîc ab eo notarum, detrimentum id inferatur quod pendet ex distortione oris vteri. quo nunc nempe occultantur menses: sed inde etiam toti sæpe corpori acerbus quidam suscitetur dolor. Felicitet igitur vterus madescit titillante Veneris voluptate: ac eiusdem abstinentia, aluo attamen profluente, sæpenumero solet tantopere exsiccari, vt hac de causa distortionis aut conuulsionis consequutio nõ modò illius adferatur, sed occultationis menstruorum, ac totius deniqne corporis sensus tristis, hoc est doloris. hæc enim vniuersa solent sibi esse consectaria gradatim ex hypothesi superiore.

Περιοχεῖα

Εὐροχωίη τε οἵη ἔστι, ἄτη, &c. *sed & vtero amplitudo*, &c.] Et opportunitatem ouoc quoque proponit Hippocrates ad maiorem dimotionis facilitatē. Quantumuis enim superiores quotquot sunt causæ fore satis queant videri ad diuersionem; haud accidet hæc tamen, nisi loci conditio planè ferat & patiatur. Ideóque iam Hippocrates hanc quoque constituit, vt nihil omnino ad motionem deinceps desideretur. Namque in fabrica corporis humani industria summa naturæ comparatum esse ita animaduertimus, vt circumpositarum partium mediocri & apta collocatiooe suo quæque pars secundum naturam statu teneatur manéatque loco; neque huc nisi ex errore potiùs diuertat quàm aliò. Si quid illarum aliorsum labascat, quòd suo quoque collapsu partem vicinam sibi coonexam aut insidētem secum pertrahat; præsertim verò quoties huic vicinia loci consentit. Hac sæpe via & ratione, cuiusque partis situs si immuretur, inde eius quoque cooformatio peruerti soler eodem modo. Adstrictæ siquidem & colligatæ sibi sunt inter se corporis vniuersæ partes. Iuxta intestino recto ceruix vteri etiámque orificium eius incubat. Quam ob causam (vt demonstratum suprà ampliùs fuit) aluo profusiore & nimis vacua, saltem retrorsum vterus diuertit & facilè intorquetur. Illic siquidem, quum amplum spatium adsit ex hypothesi. Ergo profusioue concidit aluus sibi. Quò etiam versum vterus facilè sequitur, vt boc pacto posse nimirum distorqueri iutelligatur.

Καὶ ἔστιν ὅτε συμβαίνει σφῶν πρηχείη τὸ εἶμα αὐξῆσαι. *Accidit verò nonnunquam, vt ipsomet vtero distorto, eius orificium*, &c.] Arduus est hic locus ad iutelligendum. Et quò dilucidior oratio fiat authoris, rtium meminisse oportet, quorum occasione menses antea latitabant. Prima eáque simplex huius statuebatur causa, occlusio oris vteri, quæ minùs nunc ad rem pertinet; vt nec distortio, quæ altera causa fuit; vt erat etiam postrema, alicuius partis inuersio ceruicis pudendi. Quo loco tantopere ponebatur inuerti, vt promineret ceruix extra pudendum. Hæc portò sic oonnunquam potest euenire, vt oon æqualiter ceruix inuertatur ex omni parte; sed in banc partem magis diuertat quàm illam, eóque etiam modò eueniat, vt eius orificium eodem deflectat quò ceruix potiùs ioclinabit. Verbum verbo reddiderunt quotquot sunt interpretes, minùs interea de re soliciti. Nunc verò ex simili otatio illustretur Hippocratis. Vt quemadmodum nonnunquam bumoris alicuius, verbi gratia, frigidioris ad id illapsu lento; aut sanguinis feruidioris orgásmo simul & semel aliàs intumescit alterutrum vteri cornu præter naturam, vnde eiusdem distortio consequitur siue coouulsio: sic quoties aliquid bumoris illabitur in aliquam buius ceruicis partem, ea ipsa pars quoque attollatur, vnde etiam vteri orificium tādem distorqueatur tanquam conuulsum. Si enim partis oppositæ resolutio ad coouulsionem alterius sequitur; eo quo pacto queat diiudicari, quòd totus vterus distorquetur, nisi aliquorsum vteri orificium simul verti iorelligatur? Quæ quidem duo si quis couiunctè animo complectitur, iam quomodo distortio vteri, cum distortione oris consistit eiusdem, percipiat eadem cogitatione, & quidem facilè cooſequatur. Idque eueoire tum demum consueuit, quum tam liberalis támque copiosus eò confluit bumor tantáque copia, quæ vteri promittendæ ceruici sufficiat extra pudendum.

Ἡ γὰρ ἰκμαλέη ὑγρη αἰ, &c. *Et etenim vterus*, &c.] Ampliot huiusce rationis reperenda explicatio est è superiotibus; vbi de bumectatioue vteri dictum abunde fuit. Hic artamen addetur & illud, quòd nimirum, si exercitatione Veneris vterus madescat, tunc desideretur præparatio subiecti ad distortionem quæ in ametria sicciratis consistit; καὶ κενία μὴ ἐνῇσιν, abfuerit quoque vacuitas seu amplitudo loci in quam vterus diuertat, scilicet ex distortiooe. hæc enim duo fert sequens hypothesis è contratio. Quibus de causis non ita facilè tum, vt ptiùs erat apud Hippocratem, possit distorqueri.

Τῶν' οὖν ἄμοιρον γίνεται ὧδε αἰτίης ξυμπίπτει &c.] Accidit hinc ergo vt vterus concludatur, nimirum quòd viri consuetudine mulier non perfruatur. Habet manu scriptus codex, τῶν' οὖν ἄμοιρον γίνεται ὧδε, &c. vbi fortasse legendum fuerat, τῶν' ὧν, &c. Quasi esset eadem ratio aut etiam causa, cur, etsi suot duo, vterus claudatur scilicet & distorqueatur. Id discriminis tamen potest obseruari, quòd hîc oon fertur aluus plus æquo: illic contrà, vti positum antè fuit. Credimus sanè aluum adstrictam non minùs conferre ad conclusionem vteri, quàm huius distortionem promoueri ipsius profusione. Siquidem par videatur ratio vtriusque. Datur hîc nempe locus quò vterus diuertere queat. Illic si aluus adstricta non comprimit orificium vteri, vode hoc ipsum conniueat; saltem quamdiu in otio vterus erit, hoc est à Venere cessabit, quasi genio fraudatus & inutilis, tum ipse conniuebit & concludetur facilè. Etenim vterus etiam natura duce noo debuerat patere ad exclusionem menstruorum nisi ex accidenti. Quum siquidem primum uaturæ votum fuerit, vt osculum vterus modicè patefaceret semini excipiendo tempestiuè causa generationis. Cui consectarium quoque omuino erat, fœtui in lucem posthâc emitteodo, vt definito eempore etiam dilataret sese quàm maximè, vt antea explicatum est. Quod quādo alterutrum non fiet, ve moderatè dehiscens in periodorum menstrualium interuallis scilicet, id maneat necesse est, quò ad valetudinis securitatem menstrua erumpant. Namque coocubitus calefaciens sanguinem & bumectās, πολὺ ὑδὼρ ἐπιῤῥεῖ, munit viam & faciliorem reddit ad profusionem meostruorum: quemadmodum & eorundem suppressio facit quoque mulieres obnoxias affectiouibus plurimis lib. περὶ γυν. Valde conseneaneum etiam sic est, vt quibus frequens non est Venus, iute vterus quoque conniueat & concludatur. Quod (grande scilicet) vt auertant declinéntque malum mulierculæ, consuluit Hippocrates vsum Veneris. Quod est duellum qnidem dulce etiam inexpertis, & tolerabile remedium. Imò verò ipsomet auehore eodem loco (quod etiam æpiuscule, vt quiddam periucundum, si placet, repetatur) si rem mulieres habebunt cum viris, babebunt & hæ quàm bellissimè: sin autem abstineant Venere, minùs bene.

SENTENTIA SEPTIMA.

Cæterùm quibus trimestris spatij materia menstrualis rediens, eam quæ priùs inerat, educit propellítque foras, *perbellè quidem cum illis agetur: sin verò minùs, in hæc mulieres vitia incurrent.*

Ει δὶ τῶι τετράμησι ἀρίςα μὲν πίσσαι, ἰῶ οἱ κατειλθόντα ἐξαγάγῃ τὰ περιττώματα· εἰ δὶ μὴ, πίσσαι πάθι ἡ γυνή.

Interdum illas opprimet suffocatio, ac sæpe febris prehendet, & horror, etiámque lumborum dolor.

Πνίξ τέ οἱ ἀνῶτε καὶ ἀνῶτε ξυμπίσσαι, καὶ πῦρ λήψεται ἀνῶτε καὶ ἀνῶτε, καὶ φρίκη, καὶ ὀσφύος ἄλγημα.

Atque hæc quidem in trimestris materiæ menstrualis suppreßione mulieres ferent, nisi tum ipsis erumpant.

Ταῦτα πίσσαι ἐν τῶι τετράμησι ἐπιμηνίοισιν, ἰῶ μή οἱ ἐξίῃ.

EXPLICATIO.

Qvæ enumerata hactenus pendent symptomata ex suppressiooe menstruorum, iis enenire intelliguntur ab Hippocrate, quibus vt breuissimùm vna tantùm, aut altera quidem periodo, vt longissimùm, menstrua subsitterunt. Ergo superiùs vbi dicebatur ἐμφαίνει τὰ ἐπιμήνια, acceptum sic oportuit menstrua delituisse, vt pro minimo dontaxat vnum restiterint; aut duos menses, vt longissimùm. Quando enim suppressionis tertius quidem appulerit mensis eorum, (quod tempus bis sequentibus verbis significatur ἐν τῶν τετράμησι) vt tum apparebunt alia signa, sic alia tunc quoque mulierem opprimét symptomata. Hoc ergo caput (vt aliquo ordine progrediatur eius disputatio) instituit Hippocrates de molestiis quæ exercere soleot mulieres ex suppressione menstruorum. Vt verò ea suppressa valde differunt diuturnitate temporis & vetustate: ita quoque noo parum inter se discrepant quæ symptomata inde consurgunt; siue tu numerum ipse spectabis, siue vehementiam eorum. Præsens enumeratio symptomatum quæ ex trimestri menstruorum suppressiooe ortum habét, satis apertum facit quomodo ea quæ hactenus de calamitatibus earum recensuit Hippocrates, accipi oportuit, vt est à oobis præootatum, de vnius tantùm aut alterius periodi suppressiooe. Singulas enim percensere suas ex ordine cuiusque mensis molestias, est nunc authoris propositum. Ergo vtqoe antehac dictom sit de symptomatis quæ ex maturis primis mensibus suppressis contingunt: consequenter modò ea repetitur in quæ (ἐν τῶν τετράμησι καὶ πενταμήνοισι) mulieres incurrere soleot tribus exactis mensibus à suppressiooe, item & quæ mulieres perpeti consueuerunt quartum iam suppressionis mensem agentes. Sanis mulieribus menses effluunt singulis meosibus, ac si in corporibus earum peculiarem vim quisque mensis habeat, lib. de partu septim. apud Hippocratem. Non habet autem mensis vllam certè propriam. Itaque ὡς ἔχει Hippocrates dixit de industria, & quidem significanter. Neque enim ille existimaoit qoòd hęc menstruæ purgationis vicissitudo Naturæ sortitò obtigerit: sed potiùs quòd hunc recursus ordinem per septenarios, ipsamet in perpetuum summa eáque diuina prouidentia (vt administrantur vbique omnia semper diuinitus) eadem sibi delegit institultque. Naturæ enim bîc adhuc detenti sepris, oon egredimur, sed physica perpetuò cooſectamur. Enimuero earum corpora plurimis affectionibus solent opprimi, quoties menstrua minùs respondent eodem authore lib περὶ γονῆς. Namque copia sanguinis qui amplior trahebatur & citiùs quidem quàm in viribus, mulierum corpora primùm oppleri, deinde opprimi antea pooebatur; tum etiam aliàs incalescere plus quàm virilia, ac dolore affici, & denique ægrotare, ex vnius taotùm mensis (vt dictum est) aut etiam alterius materiæ menstrualis suppressione. Vbi autem tertius mensis appulit, si illius vtriusque materiæ præcedentis ooo leuetur ac compensetur per profluuium sanguinis suppressio; quàm seditiosa tumultuosáque mulierum vita futura sit in posterum, Hippocratis oratio sequens demoostrat. Hæc voiuersa tamen ouoquam cuiquam euentant symptomata, si vtroque priori mense sanguinem suppressum suo ordine tertius aduentans primùm conturbet mouearque, & eum deinde secernat, vt ipsum tandem foras propulset. Hoc enim verbum ἐξαγάγῃ Hippocrati sonat. Quando ad rem præsentem plurimùm conferre possit, vt & ad cooseqoentem; quod huic cooſentit scriptum Hippocratis, transferatur in hunc locum, si placet, ex lib. de puelli natura; fiat tamen priùs sic Latina eius oratio. Quum (ait) agitatus secretúsque sanguis foras *periodicè* oon propellitur, sed vtero clauso retinetur, bic vtique sanguine diutiùs immorante concalescit & reliquo corpori calorem immittit. Nonnunquam etiam in venas refundit sanguinem, quo tunc illæ redundantes laborant, ac tumores inde etiam concitantur plerumque. Periculum est autem aliquando ne eo malo claudicent. Quinetiam sæpe io vesicam decumbit & eam comprimit, (καὶ πιέσει, non κάμνει, vt cæteri quique legunt, hoc est, claudit, non autem adurit, vesicam, etsi hæc lectio & interpretatio alioqui tamen possit retineri) & inducit stillicidium vtinæ. Quandoque verò vterus sanguine redondans in coxendicem ilıúmve impiogit, atque sic qnoque ciet dolorem. Deinde subiũgit, quæ etiã adscribemus, quum futuram quoque disputationem longè faciliorem reddant, & esplanent Hippocratis sententiam: Est & quum sanguis

quinque

quinque menſibos aut ſex in vtero perſeuerans putreſcit,& in pus conuertitur. Et id quidem nonnullæ (ait) per pudendum excernunt. Quibuſdam verò phymati perſimilis excitatur in inguine tumor,qui illic conuerſus in pus,euacuatur. Aliíque pluribus ſanè eiuſmodi malis mulieres tentantur;quæ hoc loco (dicit idem) quid opus eſt recenſere? Siquidem de ipſis (ait quoque) dicetur in libris de mulierum morbis. Sed enim vnde ſum digreſſus,ait Hippocrates,reuertamur.

Πνῖξ τὴ οἱ δύρη καὶ, &c. *Suffocatio,&c.*] Hic noo eſt perpetuus explicationis modus Hippocratis, Cauſas priùs propooere, vt inde ſcilicet effectus eluceant; morbi nempe prodeant & ſymptomata conſequantur. Quinimo cius mos eſt iſque frequentior, ex ſignis & ſymptomatis compatentibus ad cauſas tranſite & inquirere in eas, vt quadam artis coniectura eas ipſe cooſectatus ſcilicet à poſterioti, temeet & ſeſe referat deinde ad priora tatiocinando. Ex hypotheſi (ὡὺ μὴ οἱ ἐξίη) attamen ſi menſtrua oon fetantur,quid inde ſequitur? Reſpõſum hoc accipe lector,ſi placet,in vnioerſum ab hoc authore. Quum menſibus ſingulis natura propellente cumulatiot factus ſanguis ad exitum commoueatur,ſi is exitu periodico prohibebitur,ſuſcepto nempe ex inſtituto naturæ,αὐξάνων, reſilit ſurſúmqoe refertur, quemadmoduni ſcriptum legimus in fragmento de Virgioalibus apud Hippocratem; ac pro varia conditiooe atque natura partiũ io quas ſanguis ipſe refluit, aut qoidem huius peringit calor: varia io illis ſymptomata conſurgunt & apparent, ſed erratico fortaſſe quodam modo. Id enim eſt qood toties io Hippocratis oratiooe,δύρη καὶ δύρη, his verbis *aliàs aliáſque* videmus repeti & declarari ab eo. De ſymptomatis autem eorúmque cauſis nihil hoc loco, quandoquidem paulò pluribus de illis agetur poſtea. Satis nũc fuerit quatuor notaſſe quæ ſibi annexa habet trimeſtris materiæ ſuppreſſio menſtrualis. Nam qua arte quibúſque remediis profligari hæc debeant, poſtea explicabitur ab eodem Hippocrate. Cæterùm an ſuffocatiooem hoc loco intellexerit Hippocrates hyſtericam, iure dubitaretur; quom cauſa nunc ponatur copia ſanguinis exuperantiáque ex ſuppreſſione ſcilicet menſtruorum, ooo autem ſit borum putredo,vt oec pernicies quoque ſeminis,ſicut ſolent cæteri aliàs comminiſci iure, niſi ſimplicem arbitraremur oppreſſionem hoc loco intellexiſſe Hippocratem in hypotheſi; quæ ſit moleſta nimirum inſtar ſuffocationis. Facti oempe ſumus ipſi memores eorum quæ notauerat Hippocrates in fragmento de Virginalibus. Eius ſunt verba, ὑστὸ δὲ τῆς ἀδὲ τὼν καρδίων πίδρος, ἀσχάνει πράγματα. Vt ooo ſecus quàm virgunculæ præ oppreſſiooe partium quæ cordi adiacent,ſuffocaſſe ſe quædam laqueo viſæ ſint aliquando:ita tantopere ſeſe opprimi mulieres nunc paritet perſentiant ex conſimili ſuppreſſione menſtruorũ,vt hinc ſibi videatur præſens quoque periculum imminere ſuffocationis. Noo ſanè Galenus diſſimiliter loqoebatur de aëris æſtu lib.1.ad Glauconem,quum in eo calidiote & πυρώδη, qui ſuo æſtu ſuffocat,nõ immorari ſuaſit oportere. Hoc loco nunc pari de cauſa ab æſtu & calote ſanguinis,imò etiam huius præſentia, ſcilicet per refluxum ad partes ſupernas, πνῖξ τὴ οἱ δύρη καὶ δύρη, ſuffocatio euenire nonnunquam poteſt. Namque priuſquam ſanguis ſuppreſſus putredinem coocipiat, copia ſola primùm moleſtus, quemadmodum & poſtea commentario ſecundo vterus mole ſua præſentiáque oppreſſionem facit circa præcordia,ac infert ſpeciem quandam ſuffocationis,depulſus ſcilicet ad partes ſupernas. Tãdémque etiam nimiùm incaleſcens hileſcit & errat,sicque inæqualiter dimotus horroris infert conſequutionem, vt & febris,nempe per putredinem. Quam verò ſuppreſſus ſanguis concitat tuoc ſpeciem febris,ex perdocto repetes (ſi placet) Galeni commentario ad ſecundam ſent.1.ſect.lib.6.Epid. Ne nimirum huc perpluta cogantur. Quòd ſi ad poſteriora hæc duo ἄσιτ πεφυκότων, cibi accedant quoque faſtidia,hinc probabilis coniectura enaſcetur de grauiditate,pro hac ſententia Hippocratis: Ἢν γυναικὶ καθάρσιος μὴ γενομένης, &c. ſi mulieri ceſſent purgationes, oec febris nec rigot ſuperueniat, & cibi faſtidia incidant, iudica eam in vtero habere. *in comment. ad aphor. 61. lib.5.Hipp.*

Καὶ ὀσφύος ἄλγημα] Sed vnde nunc lumborum exoriatur dolor? An quemadmodum longa eáque erudita oratiooe Galenus demõſtrauit, quòd hîc ad lumbos partem vicinam, vt aliàs deponit oatura onus ſuum ad alias partes corporis? Etenim hac ratione ὀδύνη ἔσται ἢ ἐν ταῖσι στήθεσι, &c. aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua; hoc eſt banc vel illam partem cauſa præſente ſolet ſempet infeſtare dolor. *Comment. ad aphor.53. lib.5.*

Τοῦτα πίνεται] Hæc quidem ſunt quæ tertio ſuppreſſi onis menſe menſtruorum iure mulieres perpeti poſſunt: ſed quibus tamen pluta inde ſæpenumero eueniant, pro copia aut qualitate eorum quæ ſuppreſſa manent & ægrotantis natura.

SENTENTIA OCTAVA.

Ἐν δὲ τοῖσι τεταρταίοισιν, ὡὺ μὴ οἱ ἐξίοντα τοῖσί τε προτέρεσιν ἔξοδον ποιήσῃ, καὶ τότε μᾶν τὰ πονήματα πάντα μᾶλλον ποιήσει, καὶ μάλιστα ἐν τῷ χρόνῳ τῷ καταμηνίων ἔφοδα ἦσαν.

1 *Cui autem quadrimeſtris mẽſtruorum ſuppreſſio erit,niſi exeuntia mẽſtrua prioribus iter fecerint viámque foras, tunc trimeſtris etiam ſuppreſſionis omnes moleſtiæ eam vrgebunt magis magíſque, potiſſimùm verò quo conſueuerunt tempore menſtrua dimoueri: poſtea quidem minùs.*

Πολλάκις δὲ καὶ ὀδυνέῃ ἄπονος ἔῃ).

2 *Ac ſæpenumero omnis doloris etiam expers videtur.*

Quinetiam & hæc quarto ſuppreſſionis menſe elucebunt.

Vrinã reddet valde craſſã aliàs aliáſque: vẽter huiuſce & durior & amplior sẽtietur quàm priùs: ſtridebit dentibus, cibum faſtidiet, & inire ſomnum nõ poterit.

Atque iſta perpeti mulier ſolet, cui ſunt quatuor menſes menſtrua ſuppreſſa: Ab his tamẽ cõualeſcit, ſi eius cura ſuſcipitur.

Εσαι δ' ὅτι τοῖσι τεταρταίοισι καὶ πάλι τὰ σημεῖα.

Οὐρήσει τε πολὺ παχὺ ἀνίοτε καὶ ἀνίοτε· καὶ ἡ γαστὴρ αὐτῆς σκληρὴ ἔσται, καὶ μείζων ἢ τοτὲ ἐόθει· καὶ βρύξει τοὺς ὀδόντας, καὶ ἀσιτήσει, καὶ ἀγρυπνήσει.

Τοιαῦτα πείσεται ὅτι τοῖσι τεταρταίοισι καταμηνίοισι· μελεδαινομένη δὲ καὶ σὺν τούτοισιν ὑγιαίνει.

EXPLICATIO.

ARGVMENTVM videtur & conſentaneum rationi quàm maximè, quando ex hypotheſi ad ſanguinis ſuppreſſi menſtrualis copiam acceſſio quoque fit eius qui alioquin effluereret menſe ſequenti; vt præterquam quòd enumeratæ quotquot fuerant priori loco moleſtiæ, quæ modò in hypotheſi ſuperiore mulierem exercebant, eædem ipſæ oouis augeantur ounc quoque damnis ex ſuppreſſioone menſtruorum menſis alterius, hoc eſt conſequentis. Hic autem nunc ordine ſuo quartus eſt. Nónne effectus vulgò intendi ſolent, auctis eorum cauſis, ac pro ratioone illis reſpondere? Quas quidem ob cauſas συνήθως πάντα μᾶλλον πόνει, grauiùs tunc periodicè mulieres iure diuexabuntur, ac magis quàm aliàs laborabunt. Sic, ſi modò vobis moleſtum non ſit, interuos ratiocinabimur. Quibus in aliquem ſcopum cœpit natura ſemel vti periodis, ſi bene morata eſt & potens, iiſdem inſiſtit ipſa ſemper, hoc eſt pro viribus, ſiue quid ad ſe pertrahat quod eſt è te ſua, ſiue excrementum, vt quid hoſtile, foras propellat. Sanguinem menſtruum ſola copia noxium eſſe poſuimus & probauimus noſtro commẽtariolo in libellum de Virginalibus cum Hippocr. Ergo hnnc ſi fortè attẽtarit natura primùm per ternione ſeptenarios, aut quidem quaternioones foras propellere; iiſdem periodis vtens pro viribus inſiſténſque molietur idem ipſa ſemper & eodem modo. Quæ quum ita ſint, ſi quibuſdã moleſtiis perpetuò mulier cruciabitur propter ſuppreſſioonem menſtruorum, an alieoom iuſtè reputabitur, ſi recurreoribus fruſtra conſequentibus periodis, tum deteriùs cum ea agetur? Quidquid enim ad excretioonem commouer natura, ac citatum oon excluditut, id oppreſſionem cuique facere conſueuit, quemadmodum ſemper intelleximus ex Hippocr. doctrina. Quiuis igitur parum id admodum veriſimiliter, aut nouilunio tribuat, aut plenilunio, vt ſolet vulgus; quod ab Hippocr. ſententia diſſidet quàm longiſſimè. Quòd ſi addubitarit aliquis cur nunc μάλιστα ἐν τῇ χρόνῳ τῇ καταμηνίων, hęc potiſſimùm ſæuiant periodo menſtruorum recurrente, fruſtra tamen, quia natura non profundente, agnoſcat ipſe naturã tum demum aut quidem maximè pro incœpto moliri conatus ſuos. Quos quum gratia alicuins ſemel aggreſſa ſuit, quòd etiam eodem eos ordine & pede pro virili parte ſemper proſequitur. Quapropter (ἴσῳ χρόνῳ) tempore poſtea proximè ſequenti id minùs facit, quamquam otioſa nunquam ſit oec ſeriatur. Attamen eius tum ceſſat morionis periodus aggreſſióve. Sed hac definita tandem cur non ita acerbè, vt priùs, ſæuiunt ſymptomata? Ratio, ni fallimur, eſt, qnòd natura ſui ſtudioſa ſemper cooſeruatrix, vt aliàs quoque fœtus, inter iſtas periodos ab hoc ſecernendi propulſandiqne munere volẽs ceſſat, etſi non deſinat interea quaſi graria huius, ſi nihil conceptũ eſt, ſanguinem conficere. Suas verò motiooes eſſe ſtatas finitáſque ipſa voluit quidem & iuſta de cauſa & ſumma cum ratione, vti aliquando demonſtrauimus. Inter has periodicas igitur naturæ cõmotiones non tot nec tam acerbis diſcruciatur mulier laboribus ac moleſtiis. Quomodo? Nónne quia tum ſanguis menſtruus ſaltem per ſe copia tãtùm, ideóque & ſola mole & oppteſſione moleſtus eſt? Præſertim autẽ ſi quietè mulier degat, ſine immoderata ſcilicet corporis exercitatione & animi ægritudine intemperanti? Si alterutro enim hoc modo mulier ſe gerat intemperanter, incurrat hæc quoque facilè in aliquam moleſtiam. Hac ratiooe (πολλάκις δὲ καὶ ἄπαις τῦ) & ſæpenumero addidit, & ſine dolore tantùm videri, oon *eſſe*, ſcriptum reliquit Hippocrates Verùm enim verò nondum quomodo ἐξιόντα τῶν ἀγγείων ἔξοδον ποιῶνται, quæ menſtrua conſequenter feruntur; prioribus, hoc eſt antea ſuppreſſis ex hypotheſi, viam faciunt, eſt expoſitum à nobis. An quia vt cibus pituitoſus pituitam primùm auget, & eam deiode trudit; & bilioſus bilem, initio ſtatim lib. 4. ἀεὶ νίκων apud Hippocratem: ita mẽſtruus recẽns cumulatus ſanguis veterem & coaceruatam proximè antehac materiam depellit menſtrualem? (Quæ hîc verò περίττωμα, ouper περιττώματα appellabat) Si ſanguis menſtruus venis continetur, ac proinde fluit trãsfluítque ipſe totus prior cum poſteriore, & permiſcetur cum reliqno, vt de humoribus qui concluduntur vaſis maioribus, opinabatur qnondã Galenus, nónne iiſdem rubis cootioetur vterque & qui ante duos menſes ſuppreſſus coaceruatur, & qui in vterum quoque modò confluxit ſuo ſcilicet periodico tẽpore, quaſi foras effluxurus? Minimè verò. Quanqnam enim cõmunicent confluántqne veuæ omnes inter ſe mutuò, lib. de locis in homine apud Hippocratem, quod oatura formatrice eáque magiſtra effectum eſt; in omnibus tamen venis ineſt libratũ omoe genus quibus familiarem & amicum ſibi ſanguinem alliciant tenciántque, & alienum quoque à ſe propellant, quoad ventum ſit ad maximè imbecilles. Si per duos menſes aut plures facta nunc ponitur ira meoſtruorum ſuppreſſio, vt oihil omoino interea foras exciderit; non deſiit tamen ſanguinem in vterum rempori natura propulſare, preſertim autem ſi ſui compos & potens

cap 12. lib. 2. & cap. 7. lib. 1. de diffor. febr.

& potens satis ipsa fuit; quemadmodum intelligetur ex sequentibus. Quòd si ita est, vti est re vera, alienúmne meritò videatur, si quæ ad expellendum sanguinem solæ copia noxium natura excellunt, sufficiat hæc quoque ad prohibendum quò minùs is ad superna suum cursum reflectat? In hoc nimirum virtus etiam consistit partium superiarum. Nec sanè satis esse intelligas, quod non est amicum, pessum dedisse; nisi & exitu ei negato, vis eadem obluctetur impediatque & omni quidem conatu, quò minùs eodem ipse sanguis cursum reflectat, vnde depulsus antè fuit. Has ob causas postea ex suppressione sanguinis menstrualis (γαστὴρ συμπίπτει καὶ μᾶλλον ἢ πρόσθεν) venter obduruisse dicetur & euasisse ampliot quàm priùs. Etiamque certò quidem recordamur, quòd statim huiusce disputationis principio, hac eadem ratioone quæ erant partes ventris & mammarum vicinæ, primùm ac maximè euacuabantur consertim, & consequutione quadam tamen, quòdque confertim quoque vacuabatur καὶ ἡ ὑστέρα, & corpus reliquum. In quadrimestri igitur menstruorum suppressioone elucent iure omnes molestiæ, quas trimestris sola illa per se quidem antea producebat ex hypothesi. Nullane præterea huic quoque quadrimestri attribuentur propria?

Καὶ ἕδρη τὰ σημεῖα] Ad antè commemorata suppressionis prioris symptomata accedent & alia, vnde & hæc quoque peculiariter auctioris materiæ apparebunt signa certissima; quæ res nimirum significata perpetuò arguant incusénteque. Si circumseptus ergo menstrualis humor retinebitur inferioribus locis, præ copia sanè primùm diffuodetur per venulas communes quasi per cuniculos in partes viciniores, Cuique Medico etiam rudiori notam spectatamque existimamus naturam vteri eodem. Quidni io ius vterus habeatur, quæ apud Hippocratem τὰ περὶ τὴν κύστιν πάθη, hoc est, vesicæ partes circumiectę dicuntur cruciari dolore? De quorum omnium ferè aduersa valetudine hoc ab Hippocrate indicium certum statuitur, quòd tum in hypothesi sanguinem laborantes micturiant. Vide quid etiam aphor. 38. lib. 3. Amplius verò de iis postea. Est interpretatus tamen isthunc locum de instrumentis quæ vrinæ seruiunt, in comment. Galenus.

Comment. ad sentent. 24. comment. 3. in 6. Epidem.

aphor. 20. lib. 4.

Οἷσιν δὲ καὶ παχὺ, ac vrinam reddet multam, crassam] Addet noo ita multò pòst, ἢν τὸ ὑπερκάθαρμα ἰσχυρὸν, Vt non solùm valde crassa vrina reddatur in hac suppressione menstruorum, sed & rubens; imò ſæpe etiam nigra. An verò tum per emulgentes dicta refundatur, apud te penitiùs (lector) cogita & iudica. Verisimilia hæc enim magis videantur, quàm opinari id, vt viris, nũc accidere mulieribus communiter, à perturbatione seri scilicet quatuor humorũ qui venis cõtinentur, aut quidem à permixtione alterius, quàm sanguinis, materiæ, vt lentioris cuiusdam pituitæ. Vanum quoque est suspicari vrinas hoc loco crassescere à critica perturbatione aut spiritu flatulento, qnemadmodum vsuenire aliquandò consueuit in febribus acutis. Quòd si eadem menstruorum suppressionis ratio est quæ lochiorum, videro quid Epid. 6. de ea quæ apud frigidam decumbebat in Thaso. Cui si, vt erant nigræ, pro tenuibus effluxissent crassiusculę, vtique euasisset ea vitæ discrimen, in quod incurrit. Symptomatica verò ei successit euacuatio. Nouerat qnandam Galenus in commentario, quæ à crassioris consistentiæ vrinarum profusioone non mediocre sensit leuamen. Doctus Medicinæ professor Fuchsius testatur vrinas cruentas reddi mulieribus, quibus sunt suppressi menses. Atque aliquot ipsi vidimus quibus quum præmaturè omnis menses subsistirent, per certas periodos reddebant vrinas crassiores copiosas & quidem nigricantes. Veniebat id autem, credimus, à sanguinis cum vrina refusione & permixtione.

Comment. ad aphor. 75. lib. 5.

Καὶ ἡ γαστὴρ πάντως σκληρὴ ἔσται καὶ] In hypothesi venter maior euasit & duriusculus. Quamquam verò huius vtriusque symptomatis eadem sit causa, attamen propterea quòd quadrimestris materiæ copia venter oppletus per suppressioem distenditur; in molem quoque assurgit ipse soliti maiorem, indeque etiam euadit durior eodem modo, non contrà. Namque non quia durus, ideo fit maior. Imò etiam seipso aliis aliis de causis durior reddi queat sine insolenti mole ac magnitudine, vt in sequentibus explicabitur ab Hippocrate.

Καὶ βρύξει πάντως ὀδόντας] Reliquit scriptum Hippocrates primo prognost. & in comm. suo Galenus, quid in febribus portendit stridor. Mulieribus hunc accidere ounc, fit verisimile, quòd commoueantur quodam coouulsioois modo musculi temporales, aut producta sciliçet sursum materia menstruali, aut vapore potiùs sanguinis suppressi, qui caput oppleat. Sic igitur suscitatur conuulsio musculi temporalis ab oppletione, quem dentium consequatur stridor.

Comment. in aphor. 17. lib. 4.

Ἀσιτίαν, oblatos cibos refugiet] Etsi ooratore Gorræo Doctore, voluerit Galenus πρὸς ἀσιτίαν in Hippocratis familia idem significare quod ἀνορεξίαν; quadrimestres nunc tamen crediderim oon solùm laborare cibotum fastidio, vt sic refugiant cibos oblatos: sed planè eas ἀσίτους esse, quasi sese contineant ab omni cibo, & vitam ferè io inedia degant, ita ipsæ opprimi videntur sibi. Ἀσιτῶν ergo verbũ vsurpauit, vt quum minimùm ebi capiant, nihil ferè videantur assumere.

At cur ἀγρυπνέοντ, manebit mulier peruigil, vt noctes diésque ducat insomnes? Ne quis scilicet ductus muliebri consuetudine, somno diurno nocturnas vigilias hic suspicetur iri pensarum, vt nos monebat Gal. comm. ad sent. 11. lib 2. Prognost. Vigiliarum porrò causa sufficiens est refluus humor calidus & ad superiora refiliens, quamquam alio modo & aliàs alia de causa. Vide comment. ad aphor. 3. lib. 3.

Μεθοδευτέον δὲ] At quonam modo eam Medicina sanabit? Debellando pugnandòque accommodatis remediis aduersus causas. Varietatem enim curationis inducit omnino causarum diuersitas. De hac autem postea. Persanari verò sic affectam posse Hippocr. prædicat, facta eius collatione cum illa quæ peruenerit ad sextum mensem suppressionis menstruorum, quæ visa fuit prorsus Hippocrati ἀίατος, curationi minùs opportuna, ob eas causas quæ suo loco explicabuntur postea.

SENTENTIA NONA.

Nisi verò etiam quinto suppressionis mense ipsi copiosa menstrua descendant, fundanturque foras, vehementior accidet ex symptomatis labor.

Καὶ ἐν τοῖσι πεμπταίοισιν, ἢν μή οἱ πουλλὰ τὰ ἑπιμηνία κατίῃ, καὶ ὁ πόνος ἰσχυρότερος γενήσεται.

Quòd si ad sextum usque mensem perdurarit ipsa suppressio, iam persanari mulier non poterit.

Ἐν δὲ τοῖσι ἑκταίοισιν ἤδη αἰεὶ ἔσται.

Atque superioribus quidē signis, hoc est symptomatis, mulier grauius affligetur; deinde verò hæc quoque eā exercebunt.

Καὶ τῇ μὲν πρότερον σημήια μᾶλλον ποιήσει· ἔπειτα δὲ ἐπ' αὐτοῖσι καὶ τάδε.

Anxia erit, ac iactabit se quoquouersum, lipothymia correpta exanimabitur, & pituitam vomet, ac vehemens vrgebit sitis & inexplebilis, ventre incendio nimirum conflagrante ex redundantia sanguinis qui in vtero est.

Ἀλύξει τε καὶ ῥίγεϊ ἐωυτὴν δόξει ἄγειν καὶ φέρειν, καὶ λιποθυμήσει, καὶ ἐμέσει φλέγμα, καὶ δίψα ἰσχυρὴ μιν λήψεται, ἅτε καυσούσης τῆς κοιλίης ὑπὸ τῶν μητρέων ἐυτόνων πληρεόντων αἵματος.

Quinetiam attrectata offendetur, ac maximè ad imum ventrem: nec non etiam aliàs aliásque acutè febricitabit.

Καὶ ψαυομένη ἀχθήσεται, καὶ μάλιστα ὅ ἦδον· καὶ πυρέξει ἄγαν καὶ ἄγαν ὀξέως.

Sed & sæpenumero vterus obmurmurabit, in eo nimirum & conturbato sanguine & oberrante.

Καὶ βορβορύξουσι αἱ μῆτραι ἄγαν καὶ ἄγαν, ἅτε τοῦ αἵματος ἐγκλονεομένου, καὶ ἀφιστεμένου ὑπ' αὐτῆσι.

Nec etiam (vti consueuit) aluus sese exonerabit, nec vesica vrinam effundet, & transcolabit, quòd ipsi conciderit vterus ad stomachum, qui neruosus est.

Καὶ ἡ κοιλίη οὐ διαχωρήσει τῇ ἔπειτα, ἤτοι οὐ κύσις διηθήσει ὃ ἂν ἔχῃ, ἐπεὶ οἱ αἱ μῆτραι πρόσπεσοῦσι πρὸς τὸ στόμαχον νευρώδεα ἐόντα.

Quòd si ipsi cadat vterus in aluū, spinæ dolorem adfert, atq; adeò toti dorso: Adde & ipsius lingua quasi refrænatur, & hāc tūc mulier habet obscurā cū deliquio animi.

Καὶ ἢν ἐς τὴν κοιλίην ἐμπεσήσουσι, ἀχθηδόνα τῇ ῥάχει, καὶ ὅ τι πάντα πρῶ· καὶ τὴν γλῶσσαν αὐτῆς χαλιοῦσι, καὶ ἀσαφῆ ἔωυτὴν ἔχει, καὶ λιποθυμίη.

Præterea nonnullas vox deficit, vt & aliàs compungitur stomachus, vt etiam tandem bilis sæpenumero vomitione excludatur: ac concidit spiratio & offenditur, & anxia est mulier, & iactat se in omnem partem, & peruritur.

Ἔστι δὲ ἧσι καὶ ἀφωνίη, καὶ δάκνεται τὸν στόμαχον, καὶ ξανθὴ ἡ χολὴ ἔξεισι· καὶ πτύελα προσπίπτει, καὶ ἀγύη, καὶ ῥίγεϊ ἐωυτὴν, καὶ ἐμπίπτουσαι.

Sin autem vterus suo reddatur loco, & vesica trahet ab vtero tenuem sanguinis portionem, atque tum vrina rubens effunditur, & omne corpus condolet, ac præsertim cervix, & spina, & lumbi, & inguina.

Ἐπὴν δὲ μεταχέωσι, καὶ εἰρύσῃ ἡ κύσις ὃ λεπτὸν τοῦ αἵματος τοῦ ἀπὸ τῶν μητρέων, τότε ὃ ἂν οὖρον διαρρέηται ἐρυθρὸν, καὶ πονέει μὲν ὃ ἄλλο σῶμα, μάλιστα δ' ἥ τε κεφαλὴ, καὶ τὴν ῥάχιν, καὶ τὴν ὀσφύν, καὶ τὰ βουβῶνας.

Quò mulier quū venit, & venter attollitur, & crura tumescūt plus æquo, & tibiæ,

Καὶ ἐς τοῦτο ἐλθόσῃ αὐτῇ ἢ τε γαστὴρ αἴρεται, καὶ τὰ σκέλεα ὑπὲρ ὃ χρεὼν διαδίσκεται, καὶ αἱ κνῆμαι,

καὶ αἱ κνῆμαι, καὶ οἱ πόδες, καὶ ὁ θάνατος ἐπίσω. *& pedes; & tunc in propinquo mors est.*

Καὶ τῇ μὲν τοιούτῃ ὅτω τελευτᾷ ἐς 12 *Atque eum quidem exitū habet mulier,*
ἓξ μηνῶας τὰ ἑπτάμηνα ἀποκεκρυμμένα. *cui sex menses menstrua in occulto latent.*

EXPLICATIO.

SVPPRESSA menstrualis materię portionem iter affectare ad superiora, eiúsque ascensum tria nuper symptomata demonstrabant; dentibus stridere, cibum fastidire, & ooo posse inire somnum. Quibus mulier nunquam se expediat; sed contrà auctiora omnia in illa fiant, nisi eius ipsius materiæ consertim descensus fiat. Hoc enim significat, ὅτι μὴ οἱ πολλὰ τὰ ἑπτάμηνα κατίῃ, hoc est nisi liberè ac liberaliter cooperso impetu menstrua foras effundantur per inferiora.

Καὶ ὁ πόνος, &c. *vis & labor*, &c.] Quas singuli suppressionis menses connexas molestias habent, hactenus ex ordine sigillatim Hippocrates recensuit. Quæ & quonam modo inter se discrepabant, euideoter satis antea exposuit. Quarto tamen & quinto mensibus suppressionis commune annotari id potuit, quòd nunc saltem symptomata noo augebantur, etsi quinto mense acerbiora cum ratione fiebant. Si enim menstruorum materia spatium quadrimestre manserit suppressa, & indixerit bellum ipsi naturæ, ac tumultus quarto mense concitarit feros & immanes; eadem si diutiùs, ad quintum scilicet vsque, coercebitur conclusis continenter vteri claustris, cur hoc ipso mense eadem ipsa quoque duriùs acerbiúsque symptomata non sæuient; æquali præsertim non solùm remanente, sed facta auctiore tunc menstruorum materia? Sic enim ad trimestrem habebat sese nuper suppressio quadrimestris, in symptomatum scilicet collatione atque vehementia.

Πολλὰ τά] Cur menstrua notanter copiosa dixit, aduertite. Mensibus dunbus postremis depelli volebat menstrualem materiam priori & loco & tempore cumulatam, & quidem sanguinis cumulo tunc posteriori, & sic foras protrudi. Hic rem nunc aliter geri, animus non est Hippocratis. Et eruptionis modum is quidem subticuit: sed liberalem attamen postulat fore menstruorum fluxionem quinto mense, ne πόνος ἰσχυρὸς γένηται, quid augeatur, aut quo saltem omnium cuiusque suppressionis calamitatum vis declinetur vehementior.

Ἐν δὲ τῷσιν ἑκτημορίοισιν, *at verò in sexto menses suppressionis*, &c.] De cacoëthia & maleficio semestris mẽstruorum suppressioos, accurata considerarione perdignus nunc nobis occurrit hic locus. Mensis quartus suppressionis antea curationem recipiebat Hippocratis authoritate. Quod idem (vt credimus) de quinto Hippocrates quoque voluit intellectum. Videatur hoc saltem verisimile, vt quemadmodum quintus medio loco ponitur & quidem sequitur ordine suo, & numeratur inter quartum sextúmque menses: sic mediæ & ancipitis cuiusdam illæ fururus sit curationis, hoc est pro eius natura cum quo pluribus modis & condirionibus conueniet, eiusdem quoque magis particeps fiat. Quod sit dictum gratiâ exempli. Si mulieri menstrua supprimantur ad decimumquintum quinti mensis diem, menses tunc adhuc quidem ex arte & accommodatis remediis poterunt promoueri, modò damna mensis superioris vlla in re augmenrum non acceperint. At si ad sexti mensis tyrannidem propriam propiùs iam suppressio quinti accesserit: tunc non secus quàm semestris omnem euincet curam, atque vel exquisitissimam superabit hæc tum quintimestris menstruorum suppressio. Cur verò quæ enenit sexto mense medicinam potiùs non recipiat nunc pro sententia Hippocratis? Id est sanè quod in controuersiam modò vocatur. Quod quidem vbi intentis quàm maximè (vt aiunt) oculis diu & acerrimè fui cõtemplatus, aliud causæ nihil repetio in Hippocratis doctrina quod dici possit, quàm vt quod apud eundem ipse notaui aliquando de dignitate dierum criticorum, hic viribus aptetur periodorum. Atque id quia breuiter nimis modò attigi, repetere inregrum cuique erit ex libris de diebus criticis, & de crisibus, qui sunt Galeni: itémque ex operibus eiusdem argumenti & inscriprionis Hippocratis. Videat is quoque quæ dixit Hippocrates initio ferè lib. 3. Prognosticõn, & quæ in commentario Galenus, potissimùm verò in sentent. 7. Illic enim quæ ratio dierum statuitur in continuis, in iis quæ intermittunt eadem esse comperietur omnioo periodorum & circuituum. Imò verò quæcunque in üs sunt quæ dierum numero monentur & fiunt, eadem insunt in iis quæ interuallis menstruis perficiuntur, iuxta proportionem, authore Hippocrate lib. de partu septimestri. Eodémque loco, in singulis quibusque tempotibus designatis, sunt quæ conferre queant nonnulla, alia quæ valde obesse tantùm. Si septimus inter dies criticos non numero, sed præstantia, viribus & dignitate primas tenet, quòd omnibus dierum criticorum dotatus notis, iudicet multos & perfectè ac sine periculo vehementi: atque ea de causâ sæpenumero venerit in mentem Galeno, vt scitè septimi naturam regi conferendam putaret; quis contrà, sextum diem comparandum inhumanis & crudeliísimis tyranni moribus non censeat, qui ex aduerso ferè natura pugnat cum consequenti septimo; quique tantò deterior est maligniórque, quantò iudicet pauciores; & qui quos verterit quartus dies in statum peiorem, etiam eosdem ipse interimat? Quòd si quem quartus fortassis dies valetudini restituerit aliquantò firmiori, eúmque sextus postea exceperit & iudicarit; vlla vix oratione pnteſt explicari (ait) quanta id cum perturbatione, quanto cum periculo metúque perficiat, perfidia, & infidelitate. Id quoque io die sexto inest sceleris, quòd si ægrotationem quandam edomarit, non quia imperfectè solùm iudicarit, sed quia parum fideliter; loogè certiùs sit recursurum malum, tantòque sæuiat per se magis acerbè. Itaque cùm spariis omnibus menstruis auctiora facta sint semper hactenus damna suppressionis, eadem isthæc deteriora euadent omnia sexto mense, quæ adeò tenaciter priùs bærebant; vt quantumuis accurata artificiosáque in posterum

cap. 4. lib. 1. de diab. criticis.

curatio adhibeatur, eam non admittant vuquam tamen ; nec postea denuo possint ex consuetudine pristinum capessere cursum, nec recipere. Ex epidem. sexto aliquot in hunc locum possent proferri historiæ, quibus fidem faciamus, ex suppressione menstruorum diuturniore mulieres tandem interimi. Adeas, quæ sanctissima Democriti patria fuit & clementissima, itémque in Thaso, quum omnem ex aliorum etiam Medicorum sententia consilióque operam adhibuisset Hippocrates, vt suum cursum menses reciperent, attentatum id frustra fuit ab eo & coæqualibus. Sed quia, an huiusmodi calamitas acciderit potiùs sexto suppressionis mense quàm alio, statui certum nihil potest, nec designatum quicquam eo loco animaduertimus ; inde vix alius fructus percipi queat, quàm consuetæ purgationis menstruorum interruptionem mulieribus esse maximè perniciosam & quàm periculosissimam. Quod uou minùs pertinet, ni fallimur, ad rem ; præsertim verò si illa diuturnior paulo erit.

epist. 17. ad Damagetum.

Ἢ μὴ οἱ πυκνὰ] Cur verò quinto mense multa menstrua oporteat descendere : aut cur tum alioqui vis inferatur maior mulieribus, apud te, si placet, quum sit facile, perpendito. Possis quoque ex antedictorum lectione siue negotio consequi, cur temporis superioris calamitatibus muliet magis excrucietur sexto mense. Æquum enim (vt priùs) est, aucta cumulatáque per diuturnam suppressionem menstruali materia præter uaturam, vt ex vitio in ea iamdudum concepto diuturniori, quæ enascuntur iude symptomata, ingraueſcant augeantúrque pro ratione. Dicendum porrò erit de reliquis.

Ἀλυξί] Est cum viris commune symptoma anxietas mulieribus, vt & alia consequentia quæque. Sed nuuquam illa viros inuadat, quin paribus de causis opprimere mulierculas quoque queat. Enimuero nunc quæ illius causa subest, mulierum naturæ propria est & peculiaris. Siquidem sit ex iis qui ab vtero morbi contingant vulgò. Vide aphor. 57. lib. 5. & ad ipsum quoque comment. Galeni. Hic enim quæ symptomata recensentur, omnia causas ab vtero ducunt. Dictum sit tamen obiter, dixisse hoc loco ἀλύξι, Hippocrati uon fuisse satis ; uisi & vt suæ mentis interpres, καὶ ἰσλὰ ἐνοντιὸ ipse addidisset. Huius vetò loci meminit Galenus etiam in exegesi dictiouum Hippocratis, sub dictioue ἀλύξι. Nam dictum est similiter (ait) ἰσλάζοντα. Deinde, ὅτας ὃ καὶ τὸ ἀλύξι ὅτι μέλλοντας ἐρεῖν, vt intelligi inde possit, hæc verba feciſse de hoc futuro Galenum. Anxietatis autem causas in re simili repetiit Hippocrates, ὑπὸ τῆς καινῆς τῶ αἵματος, à vitio sanguinis. Vbi suspicio quædam est ad animum tetulisse. Emigrat tamen ab altero ad alterum sæpe causa illius. Opprimuntur in hac iactatioue viscera à copia sanguinis suppressi & calidiotis. Verba enim Hippocratis sunt, ὑπὸ τῆς μητρίου ἰσίου πληθίου αἵματος, quibus significatur quòd vterus oppletur copia sanguinis præter naturam. E quo tanquam ex quodam fonte, si ad cor (αἰσίσιου) resiliat aliquid sanguinis, vt est ipse loquutus de virgunculis primimenstruis, nunc quod dixit idem ipse πνιγμοὶσι, illic ἐμφορὴν ἀ καρδίη, & exanimabitur & iufatuabitur. De cordis autem fatuitate diximus in illius de Virginalibus fragmenti commentariolis. Nunc ergo similitet vterum oppleri posuimus materia menstruali, è quo quasi è foco (illic enim incaluisse etiam hypothesin est) si vapor quidam ad ventriculum deferatur, ἰσίσι φλέγμα, stomachum mouebit : vnde reddetur primùm quidem pituita, qua uunquam uon natat ipse ; sed tandem etiam, vt ad sequendum ipsa paratior est suapte natura, si eodem effundatur bilis, in fundum scilicet ventris, δῆλα ἰσχυρὰ μὲν λύψοντι, siti quasi muliet enecabitur. Quanquam si vapor ad pulmones feratur, sitim quoque cieat inexplebilem. Quoquouersum namque sanguinis calorem verti, imò etiam copiam, consentiet is facilè, qui ad Hippocratis attenderit doctrinam descriptam libro de puelli natura. Incendium hîc quoque tamen eiusque focum notanit sequenti oratione, ἀπὸ καρμάτης τῆς καινῆς ὑπὸ τῆ μητρίου : vt & sanguinis copiam, ἰσίσιου πληθίου αἵματος. Superiorum enim quotquot sunt symptomatum omnis causa alteri duorum tribuenda videtur : Exuperantiæ nempe sanguinis suppressi, aut inde concitato calori præter naturam, cuius ratione, perfusione, & acrimonia ex hypothesi non ita pridem mulieres viris calidiores reputabantur.

initio elment. superiorum.

Καὶ ψαυομένη ἀλγέει, alterius tactu offendetur] Inter commemoratas nuper molestias mensis quarti, duricies ventris recensebatur & eius moles insolens & longè sulito amplior : vt tum tumeret iis venter, quasi vtero gerentibus, aut quidem correptis hydrope. Nónne hæc meritò quoque cadant vniuersa in eas, quibus semestris materia manet suppressa ex hypothesi ? Ad explorandum verò uuquid iis in partibus insolens aliquid deprehendatur, si quando manum Medici etiam mollitet admoueant, minùs sanè tolerantet feruut, hîc adeò plena suut omnia doloris. Præsertim autem sentitur is in hypogastrio, quod dixeruut ὕπερον Græci, imam partem ventris, quæ iliis definitur vtrisque, pube, & vmbilico, vbi qui intus est, perpetuò iacet vterus in occulto natura duce. Huius autem meminisse semper oportet, quum siquidem quoties inquiret ipse in pathemata vteri, toties ferè dictionem ὕπερον vsurpabit, aut quidem frequenter.

Καὶ πυρέξι ἐξίοις] Quomodo autem & quando inde febris fiat acuta, dictum quoque est antea : Ne nimirum singula vbique repetantur.

·Καὶ βορβορύζεται αἱ μῆτραι, sed & obmurmurabit vterus] Hîc & aliud symptoma est molestiáque quæ malè possit habere mulieres mense suppressionis sexto. Atque nunc non secus quàm antea, extra vterum iis in sedibus suppressio menstruorum sui dedit signa, ad quas pernicioſa vis sanguinis pertinebat, aut eius quidem calor aut vaporita nunc vteri septis ac partibus ei vicinis si tor menses suppressa menstrualis coercebitur materia ; ibidem concalescens aliquando supra modum, tandem viam anquirens foras per se dimouetur ; aut quidem ad expulsionem vi excretrice naturæ solicitata. Quia autem substantia illius humida crassáque in spatio cietur, locóque mouetur vnà cum aere ac spiritu ibi circumcluso, inde strepitus fortasse obaudiatur murmúrve : non tam humore tamen in flatus dissipato, quàm dimoto

conturbatóque

conturbatóque sanguine, eóque meante & remeante menstruo, ac etiam fluctuante in omnem partem. Sequens verò in oratione quæ descripta ætiologia est, confirmabit nostram expositionem. Ait (ait) τὸ αἷμα ἕως ἐκπυνυμένη καὶ ἀφεχορίους ἐν αὐτῇ. Vbi dictione ἐκπυνυμένη vim expultricem connotauit naturæ Hippocrates, quemadmodum per ἀφεχορίους peculiare robur caloris. Siquidem quoties humidum concalescens feruescit, attollatur & spatium amplius aliquanto quærat. Id quod vix sine murmure eueniat, præsertim autem si quando vim habebit expultricem naturæ connexam. Cæterùm quòd apud Hippocratem notabat Budæus ὑπογόγγυσμα ἀφεχορίζοντα dici de murmurãtibus crepitantibúsve intestinis, hìc quoque ad veteros accommodari posse obseruandum. Vtrobique nempe hac vsurpatum ratione, quòd sonus obaudiatur quidam ei persimilis strepitúsque, quem edunt qui per cœnum (qui quidem βόρβορος Græcis dictus fuit) incedunt, siue equitent illi quidem, siue suis pedibus cœnum exagitent, siue etiam ambulando ipsum conculcent.

Καὶ οἱ κωλὴν ὑ ἀφεχορίσι καὶ πρόσω, nec verò vt consueuit aluus, &c.] Si quis hoc loco κωλὴν dictam opinetur Hippocrati eam omnem partem quæ post ventriculum sequitur versus inferiora, hoc est quæ sex vulgò intestina cum annexis & circumpositis numerantur: quemadmodum stomachum eam quoque partem appellari quæ cibi ac potionis est in nobis receptaculum; si quis (inquam) id credit, an longè erret, diu prius ei cogitandum. Quod eò sit dictum, quò multùm apud se perpendat vnusquisque, an hoc loco stomachum ad vesicæ ceruicem referri sit necesse. Namque hoc pacto vix queat saris esse huic impedimento vtrique adscripta ratio in Hippocratis oratione. Neque nimirum (ait) aluus, neque vesica excernẽdi seruabit cõsuetudinem, quia vterus ad stomachum vesicæ procubuerit. Etsi enim suppressionis vrinæ ratio potiot statuatur, & sufficiens, & verisimilis; attamen non fuerit satis dixisse, aluum pro more suo non ferri (propterea quòd comprimit vterus vesicæ ceruicem in hypothesi, & impingit in eam) nisi eodem modo intestinum rectum ita stringat vterus arctè, vt id ipsum ab officio auocet & impediat valde. Quin potiùs fuit (ni fallimur) Hippocratis sententia sic vterum ex septimestri suppressione vastè nimis tumentem dilatari, vt ipse sua tumoris immensitate & ad superiora expandatur ipsáque contingat, & ad imam infernámque partem ventris pertineat. Hoc modo si intumescat vterus tantopere, quomodo hæc exoriantur symptomata, non erit arduum cogitate. Nec debet etiam mirum videri, si decedet tunc aluus à sua deiiciendi frequentia; nec si vrinam vesica non profundet pro instituto. Quinimo Hippocrates videri possit attentus ad stomachi modum texturæ, loquutus sic eiusce rationem dedisse, ἀναγκαίως ἐκεῖσε τὴν γαστέρα τετρῶδαι ἐόντα. Neruosus ipse est (inquam) ex ea quam cum neruis habet similitudine atque substantia. Siquidem distentionis, vt & contractionis, est stomachus ipse particeps. Eiusdémque prorsus est naturæ vesica vtraque, & vterus, vt & in viro penis, authore Galeno in Epidemiis. Quemadmodum igitur esculentis pntulentisque stomachus oppletur & ingluuie distenditur iis etiam qui valetudine bona perfruuntur, atque eo tũc modo maius ipse spatium capit occupátque: sic idem ipse dum compressus constringitur subsiditque inauis, facilè tunc quoque vtero cedit tumenti scilicet malè affecto, & in insitatæ magnitudinis molem assurgenti, vt est explicatum antea ex hypothesi. Valde dubium nunc est igitur, an ideo existimare hìc oporteat non teddi vrinam pro consuetudine, quòd impegerit vterus in stomachum, hoc est, ceruicem vesicæ. (Quanquam quæri etiam queat, an descensus etiam ad ceruicem suimet ipsius referri hìc intelligi possit) Potiùs namq; vterus præter modum tumescens totam vesicam comprimat (Inde enim quæ vtero gerunt, sæpiuscule etiam coactæ meiunt) quàm eiusdem ceruicem tantùm. Nec verò etiam aluum deciuisse necesse videri queat ab excernendi modo, cui dudum antea consuenerit, eadem ipsa ratione. Sed causæ illius vtriusque suspicio hæc quædam esse possit, eáque fortasse verisimilis, quòd quum ventriculus cibi receptaculum arq; potionis pro more non excipiat, quando non etiam appetat (Siquidem ad enm vteri solito maior, vnde ipse etiam comprimatur, pertineat moles) aut excepta non retineat diu, quoniam quæ assumpsit, vomitione reddit; consentaneum est omnino, vt panca vtriusque eorum excrementa supersint, quæ suo tempore, vt antea, reddantur per sedes infernas. Ideóque οἱ κωλὴν ὑ ἀφεχορίσι καὶ πρόσω, ὅτι ἡ κύστις ἀνάγκη τὸν ὄγκον. Intermissum verò vtriusque excrementi modum defectu penuriáque vehiculi humidioris ab vteri incendio conflagrantis, absumpti suspicabamur; sed suppressionis causas reddidit Hippocrates in oratione, vti notauimus.

comment. in sentent. 2 sect. 2. lib. 6. Epid.

Καὶ διὰ τὸ ἐς τὸν κωλὴν ἐμπεσόντων, ἀχλύς] Meritò hìc pluribus quærendum esset, cur nam si in ventrem vterus impingat, spinam (non, vt ille altet, medullam spinæ, quæ est indolens sensúsque expers) dolor occupet totúmque adeò dorsum, vt est in hypothesi. An quia lumbis partibúsque vicinis & circumiectis per membranas vterus ligatur strictissimè, quæ ipsimet sunt vtero, ac spinæ, totique tergo communes & continuæ? Cur enim debet alienum videri, si calescente præter naturam vtero per eas vnà cum calore obrepit dolor ad partes supernas? Has verò per hæc verba τὸν νῶτον, totius scilicet dorsi nomine voluit complecti Hippocrates. Ἀχλύν (inquam) doloris plena esse, eáque omnia summa intelligas ex sequentibus. Namque quum suapte natura sit loquax omnis mulier, & ἀχάλινος indomita frenóque carens, vehementia doloris partium modò expositarum, tanquam iniecto freno, lingua coercetur eius inhibetúrque. Mutata igitur eius conditione natiua, reddetur minùs loquax, auctóque tandem eo dolore ita eius oratio summissa fiet, vt nõ secus quàm in tenebris quoddam corpus collocatum non sit integrũ facilè intueri: ita eius quoq; obscura reddaturo ratio, vt nec ipsa possit eam proferre, nec ab aliis percipi nec intelligi. Nempe quia quæ priùs obloquutio articulata erat, vox modò minùs distincta fiat præ doloris cruciatu sæuo. Itaque attentus ad singula doloris momenta Hippocrates, sic incrementa cruciatus gradatim persequitur, vt eius symptomata in ea parte quam quiuis etiam (nedum mulier natura loquax) habet expeditissimam, dolore sursum per spinam repente, eluceant vniuersa. Fit infre-

quens primùm mulieris sermo in hypothesi præter oaturam: deinde obscura redditur indistinctáque illins oratio. Acerbiórque postea factus longè dolor mulierem io deliquium animi tandem præcipitat. Deteriori sunt siquidem conditiooe, etiámque pessimo tunc sunt mulieres loco, vbi & à natura procul absunt, vt quæ vi quadam coactæ recedunt à fandi, nedum loquendi & garriendi inani consuetudine.

Cic. epist. 2. ad Varron. lib. 9. Cæterùm quemadmndum obseruauimus inter legendù linguas vsurpari Latinè pro obloquotionibus & hominum sermone; ita hoc etiam loco (ni fallimur) Græcè apud Hippocratem. Porrò quam sæuitia dolotis io animi deliquium præcipitat, eam vox inde deficit: vnde apud euodem sequitur, ὡσ δ' ἧσι καὶ ἀφωνία, καὶ διάνυσις ἀπὸ σώματος, καὶ, &c. Quæ sæuit febris summopere, hæc ferè duo habet connexa semper, vt quemadmodum ista, enaceruatione primùm, deinde & putredine susciratur humotis; sic humorem ipsa mntuò creet calidum & bilioſum. Vtero tumescente distentóque oppressa mulier antea acutè febricitabat. Nunc excremeota febris sequuntur nutum caloris ad superiora, obseratis oimirum per compressionem (vti explicatum antea est) inferioribus spiraculis ab vtero tumore. Quibus de causis vbi coocalescens bilioſus humor ad stomachum appulit, ipsum compungit & mordet. Commorsus autem stomachus vellicatúsque, vomitione foras excludit istum humorem morbificum, vt antea pituitam alia de causa. Nam non ita pridem dicebat ἐμέσαι φλέγμα. Deinde sequitur καὶ πνεῦμα σφυγμῶδες, liberè spirandi facultas eripitur, scilicet ad partes supernas appulsa pernicioſi spiritus aut bumoris, nullis etiam præcurrentibus aliis symptomatis ante huius offensam. Diuersa namque hîc symptomata consurgunt pro vario corrupti sanguinis & ab eo elati vaporis motu; aut pro varietate quidem partium, in quas depulsus alteruter eorum consuescet facere impetum. Cur verò (ἀμφὶ) anxiæ sint mulieres, nec suo se diu loco queant continere, cur etiam ardeant, ei erit expositu facile, qui quæ ooraoimus suprà meminerit.

Ἐπ' ἀμφὶ δ' μαζοῖσιν ἡ ὑστέρη ἐ &c.] Viderit lector, an Caluus interpres aptiùs καζοῖσιν legerit; quasi suo cõsistat loco ipse vterus ex hypothesi. Nam modò pessum ire, modò ferri sursum antea ponebatur. Statim attamen exponetur aliter. Semestris menstruorum suppressio fidem facit copiam sanguinis in partibus vtero vicinis non desiderari. Ideóque & quòd eas faciat vterus sui oneris participes, oobis sit verisimile: (hoc enim dictabat lex vicinix statim initin huius libri) præsertim autem si loci capaces eruot & ampli pro ratiooe, vt ratio quoque iubet naturalis. Quod sanè quosdam induxit vt credant per ἀμφιθύρους nunc sanguinem allici ad vesicam. Eorum suspicio queat augeri, quòd τὸ κατὼ τῶ αἵματος, tenuitatem sanguinis, expresserit ipse notantet. Atque re vera quæ tenuis portio est in sanguine, teste Galeno, in diapedesi solet effundi, lib. de sympt. causis. Fortassis illa tamen dissenrit ab Hippocratis mente interpretatio. Atque hæc modò de verbo μαζοῖσιν per nos expectabatur interpretatio. Primùm quòd καζοῖσιν reponeodum esset cum Caluo. Deinde sic exponendum videbatur, vt permanente menstruorum suppressione hypothetica, menstruus ille refunderetur sanguis incalescens semper, in venas scilicet superiores, vode qui modò tumebat vterus in hypothesi, quasi subsidat vnà cum veotre, atque eo modo restituatur ipse sibi, quod est καζοῦσιν: Deinde etiam ex iis locis eum libertate referatur, saltem sanguinis portio tenuis iámque instè rubens, per emulgentes. Quum enim simul cõmixta iisdem rubis cõtineantur, vix in hoc incendio & tanta plethora, sanguinis serum ad vesicam trahatur, eius oon infectum saltem tinctura. Ideóque ὅτ' ἂν ὕδωρ διυρὴς ἐκκρίνῃ, tunc funditur vrina rubens. Quid ni etiam, vt mox Hippocrates ipsemet postea, eadem de causa sanguis transcolabitur?

cõm. 3. in lib. περὶ ἀρθρῶν. vt & Gorr. in suo desunt.

Καὶ πονέῃ μὲ τὸ ἄλγος σῶμα] At cur totum corpus dolor opptimit? An quia, quemadmodum dictum ab eo fuit initio commentationis huius, incaluit primùm menstruus ille sanguis præter modum, vode etiam postea bilescit, tandémque refusus io vniuersum corporis habitum, hac ratione pungit & mordet, vnde consequitur dolor? Quam porrò rationem suprà reddidimus spinæ doleotis & dorsi torius, sit hîc eadem (volumus) lumborum atque ceruicis. Inguina verò, veoter, crura, etiámque tibiæ, pedes qnoque extremi intumescent arque dolebunt, io hos per ipsa scilicet diffuso sanguine, qui & nimius est, & quidem incaluit præter naturæ consuetudinem, quemadmodum copiosè diximus suprà.

Καὶ ὁ ἐπίκαιρος ἐνέστηκε, periculum vitæ præsens est] Notæ symptomatum luxerunt hacteous, quæ & sanguinis calorem solent coocomitari & renuitatem. Nunc tanquam discreris partibus menstrualis materiæ, atque cuolantibus illis priùs & impetu suo diffluentibus sursum, vt dictũ est, leuioribus; vt sunt grauiora quę supersuot reliqua crassáq; magis, paulatim illabuntur in partes infernas momẽto suo. Non infra ioguina quidem priùs ferebatur humor, vt nec ventris tumor pertinebat vltra: sed materia menstrualis circumsepta inferioribus iis tanquam cancellis, quanquam ingraueſcens adhuc continebatur. At auctior postea cumulatáque magis, & per crura & per tibias, earundem partium vi labefacta retentrice, (quando repletionis, ideóque & oppressionis summa omnia sunt) ad pedes ea ipsa materia repit extremos & pedetentim illabitur, noo relicto mali foco priore, nec imminutis superioribus molestiis. Vnde natiuus partium singularum corporis totius calor, cuius integritate & liberalitate seruatur vita & protrahitur longissimè, suffocatus tandem vbique extinguitur. Sic sanè vt plurimùm cum morte tum potiùs vitæ fit commutatio, quoties ad sextum mensem menstrua delituerunt, vt antè positum fuit ex hypothesi.

SENTENTIA DECIMA.

Sed & hæc etiam accidunt.	1	Γίνεται δ' καὶ ταῦτα.
Sũt nimirum aliæ quibus quum bime-	2	Εἰσὶ ἦσι τῶν γυναικῶν ἐπ' ὠῶ ἄλγη-

μα

να ἡ τὰ καθαιμώνια ἐν τῇσι μήτρῃσι πολλὰ ἐόντα, ἔρχηται ἐς πλεύμονα· καὶ ἐπ' ἐκεῖνα ἐπληφθῇ, πάλιν πίπτοντα ἄνω ἐς φλεβάδα εἴρηται· καὶ οὐκ οἶδα τί δεῖ λέγειν.

stris materia menstrualis multa in vtero sit & cumuletur, repit ad pulmonem: quò cùm se receperit, in easdem illæ incurrunt molestias, quæ in tabe explicatæ sunt: Nec verò fieri potest vt hinc euadant.

Γίνεται δὲ καὶ τάδε. 3

Sed & hæc quoque accidunt.

Ἐστιν ἦσι ἕλκεα γίνεται τὰ ὑστερικὰ καθαίροντα, ἐπ' ἐκεῖνα γίνεται τὰ ὑστερικὰ ἢ πλείω. 4

Sunt quibus purulenta ex diuturniori mora mẽstrua reddũtur, exactis nẽpe duobus tribúsve mensibus à suppressione.

Τοῦτο δὲ μάλιστα γίγνεται, ἐκεῖνα ξυνίκηται τοῦ πυρετοῦ. 5

Quod accidit potissimùm, si febris æstu menstrua *incanduerint.*

Σημεῖα δέ ἐστιν, ἐκεῖνα ἢν ὀδυνάῃ τὰ ὑπερτάτω ἐμπίπτοντα εἰς τὸ ἦτρον ἰσχυρὰ, καὶ σφύξις· καὶ φαυλοτέρη τῶν αἰσχέων. 6

Suppurati autem hæc sunt argumenta: nimirum quòd infimum ventrem acerbus occupet dolor, ac in eum vehemens pulsatio cadat: quòd etiam mulier *admotam alterius manum non sustineat.*

Καὶ ἐκεῖνα μέλλῃ βᾴστερον ἔχειν, ῥήγνυται αὐτῇ τὰ ὑστερικὰ ἔσω ὃ αἰδοῖον, καὶ χωρέει πύον καὶ αἷμα. 7

Quòd si meliùs habitura sit, menstrua illi cumulatè erumpant necesse est per sinũ pudoris, atq; tũ secedat pus, etiãq; sanguis.

Ὀζόμενον δὲ χωρέει ἕβδομον ἢ ἡμέρας ἑπτὰ, ἢ ὀκτὼ, ἢ ἐννέα. 8

Secedit autem quod est fœdi odoris per septem, aut octo, aut nouem dies.

Ἐν δὲ τῷ πρὶν χρόνῳ πονέεται, ὡς εἴρηται ἔμπροσθεν. 9

Antea verò omnes molestias patitur, de quibus modò dictum est.

Ἐπὶ ἐκεῖνα δὲ ἀποκαθαρθῇ, πρήσσειν μὲν, ἐκεῖνα μὴ ῥέοντα ἕλκεα. 10

Vbi autem sic expurgata fuerit, perbellè quidem cum ea agetur, si vlcera inde non enascantur.

Ἢν δὲ ὑπολείπηται ἕλκεα, πλείονος δεήσει θεραπείης, ὅκως τὰ ἕλκεα μὴ μυδήσῃ, καὶ κάκιόν μιν γένηται. 11

Quòd si tamen vlcera relinquantur, accuratiore indigebit mulier curatione, ne vlcera putrescenti stillent humore, & grauioris odoris fiant.

Ἄφορος δὲ ἔσται, καὶ ἐκεῖνα ῥαίσῃ, ἐκεῖνα μεγάλα ἢ τὰ ἕλκεα ῥυόμενα ἔσω τῇσι μήτρῃσιν. 12

Nunquam tamen vtero gestabit, etiamsi meliùs illi esse videbitur, si vlcera magna enata fuerint in vtero.

Ἢν δὲ μὴ οἱ τὰ κατὰ τὸ αἰδοῖον χωρήσῃ, τὰ ὑστερικὰ ἀλγήματα ἐς τὰ ὑπὲρ τοῦ βουβῶνος ξυμβήσεται καὶ τὴν λαπάρην ῥαγίῃσι ἄτερ φύματος, ἄτε δὲ πόου ἀφῤῥαγέος, καὶ κείνῃ χωρήσει πυώδεα ὀδμαλέα. 13

Quòd si ista mulieri non abeant per sinum pudoris, vbi purulenta menstrua euaserint, futurum est vt ad partes inguine paulo superiores cumulatè vacuentur, per mollem scilicet ventris partem sine tuberculo, profluente nimirum isthac confertim & euacuato pure: atque per eam viam purulenta fundentur grauis odoris.

Καὶ ἐκεῖνα τοῦτο γένηται, οὐ πάνυ ἀπεγίνεται ἡ γυνή. 14

Quod quando accidit, ægrè admodum mulier manet superstes.

Ἢν δὲ καὶ ἀπεγένηται, ἀεὶ ἄφορος ἔσται. 15

Sin autem etiam euaserit, ei perpetuã comitem adiunget se sterilitas.

Hac enim parte menstruis via fit foras in reliquum tempus vitæ. 16 Ταύτῃ γὰρ αἱ ὁδοὶ τῆς κάθαρσιν ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον ἔχει.

Adde quòd os uteri in eam partem diuertit. 17 Τὸ γὰρ στόμα τῆς μήτρης πρὸς τοῦτο τὸ χωρίον παρατέτραπται.

EXPLICATIO.

REGRESSVS est ad eam quam initio proposuerat Hippocrates disputationem. Quum enim instituisset ipse eas molestias ordine recensere, in quas vulgò mulieres incurrũt, in quibus delitescunt tanquam in abdito menses præter naturam; atque à primi suppressionis mensis iniuris trãsiisset ad eas quæ solent mulieres inuadere quibus iam menstrua ex hypothesi substiterint quatuor mẽses: nunc intermissum suum sermonem repetit & persequitur modo prædicto. Depulsa igitur ad uterum, duos ibi menses materia menstrualis stabuletur multa & liberalis (id enim iubet hypothesis Hippocratea) Quid tum? Aut in eo loco tantùm incandescat præter naturæ modum sanguis necesse tunc est, etiámque vt ipse putredinem concipiat, aut concoctus apponatur solidis animalis partibus ad nutritionem.

cap. 5. lib. 2. de differ. febr. Hoc enim physico dilemmate non ita pridem demonstrãte ex Galeni doctrina nitebamur. Incalescens sanguis recurrit sursum ad suum fontem, è quo in eam quoque partem facilè transeat quæ & eius erit capax (quum sit omnium rarissima corporis humani) & quæ calido perfruitur sanguine naturæ quoq; duce. Quod ratio physica etiam docet. Huius verò est conditionis pulmo, ad quem à corde arteriosa vena patet. Quidni ergo, si ad ipsum nõ solũmodo (ἔρχηται) veniens ista materia, sed illecta, ideóque (κεκλημένη) grata acceptáque & impacta eos tumultus faciat, qui phthisicos solent opprimere? περὶ τούτων ἄνωθεν ἐν φθισικοῖς ἐροῦμεν. De his verò plura pluribus locis, vt lib. de glandulis & lib. de locis in homine, passimque dicta sunt ab Hippocrate: sed multò plurima, & cum diorismo quidem, lib. περὶ τῆς ἐπὶ τοῖς πόνοις.

Ac cur nam οὐκ ἂν δὴ ἀκέοιντο, ab illatis hisce iniuris mulierculæ uequeunt manere superstites? Huius sanè eiusdem sententiæ ipse quoq; fuit secũdo θεραπευτῇ attamen & eadẽ oratione hoc vitæ discrimẽ virgunculis & mulieribus voluit esse commune. Græcus illius sermo huiusmodi ductus fuit de phthisicis: περὶ οἱ δίχα ἅπαξ ἀφεστήκασι ἢ παρθένοι εἰσὶ καὶ γυναῖκες, ἢν κατακλιθῇ ἐπιμηνίων ἡ φύσις γένηται. Vt ex tabidis minimè virgines & mulieres conualescant, ipso authore, quibus est oborta tabes à menstruorum suppressione. Periculi alioquin tamen huius grauitatem euasuras quasdam mulieres hinc quoque sic consequenter didicimus, αἱ δ' ἄλλαι αἱ ἀφεστῶσαι πλέονας ἢ δύο μῆνας, καὶ μὴ γαμοῦσαι, καὶ μὴ ἐν ἀγαθοῖσι ἐοῦσαι πολλὰ ἐπιτηρέουσι, καὶ εἰ ἐπιμήνια κεκαθαρμένα τε καὶ καθαρὰ ἐπιτηδεύσει, ἢ κύησις ἐλπίς. Vt siue virgo, siue mulier periculum sit euasura, superuenire tum multa signa oporteat quæ consentanea sint, & quæ portendãt etiámque faciant sperabilem salutem. Sed & apertè menses apparere & copiosos, necesse quoque est in eundem scopum (εἰς τεκμαρὰς) & quidem tantisper dum puri profundantur: qui nimirum nihil in se alienum contineant, nihil uisi purum; & (ni nos fallit opinio) attamen exclusiuè. Liceat enim nunc sic nobis, si placet, gratia disciplinæ & facilitatis. Nec hìc quidem dissimiliter quàm quum Hippocrates sanguinem aliàs suasit mittendum esse in pleuritide ad mutationem coloris. Non priùs enim vtrobique mittendi finis tum faciendus est, quàm ad melius facta commutatio appareat. Etsi hæc nostra à mente Galeni fortassis dissentiet interpretatio. Sed certæ salutis spes tum demum certa affulgebit, quum menses erumpent liberaliter, ac pro contaminatis laudabiles, & quasi floridi roseíque coloris comparebunt, nimirum sanguinis iustar victimæ, quemadmodum magis apertè postea declarabitur. Vt verò quid certum de salute constitui cuiusquam possit aut morte, siue viri sint aut mulieres, siue etiam virgines; suppuratorum etiámque phthisicorum vniuersa signa conferri inter se suasit eodem loco Hippocrates priùs oportere. Locum, si placet, consulite.

Hippocrates lib. de morbis acutis.

Τίνται καὶ ταῦτα, *sed & hæc quoque huic euenient*] Incalescentis materiæ menstrualis suppressæ symptoma postremum phthisicis dicebatur ex illius in pulmonem scilicet impetu suborta. Nullum ne etiam (κονιορτὸς) ex illius eiusdem mora bimestri aut trimestri aliud enascetur?

Διάπυον γίνεσθαι] Isthæc sanè cunctando in locis, purulenta euadet. Antè verò integra incorruptáque tantisper ibi remansit, dum gubernaculis adhuc teneretur naturæ, & quidem sine dolore & omni molestia, præter eam quæ erat ab oppressione. Etsi verò etiam excrementum id assentiamur esse benignum, quum attamen illic permanere diutiùs nequeat, quale fuit ab initio; deducto ex parte natiuo calore, succedente contrà pro viribus & adscititio tandem superante, quem ἐμπύημα significatum voluit Hippocrates, & corrumparut necesse prorsus est, & vt mixto putrescat tertio modo quodam, cuius aliquando meminit perdoctè Galenus libro priore de differ. febr. & comm. ad aphor. 47. lib. 2. & capit. 5. lib. 5. de simplicibus. Disquirere enim quanam ratione id modò fiat, huius non est loci in quo muliebria explicãdo potissimùm persequimur cum Hippocrate. Concutrere tamen eodem huius gratia calorem vtrumq; assueuerabũt Naturę interpretes, & materiam duplicis uũe quoq; naturæ. Vnde bonis cedat ægrotantis paupellæ tebus, si quæ ἐνοῦσα materia inerit; copia & viribus tunc fortè alteri longè præcelluerit; vt vlcus nimirum inde, vti mox exponetur, non fiat. Ne quis autem sophista pro animi sui sententia aliquid hìc puri tantùm consimile intellectum opinetur, etiámque putredinem non propriè vsurpari, sed certo modo quodam; is sit, si volet, tertius putredinis modus Galeni, præter quidem feremus. Attamen ad hęc etiam ipse attendat verba Hippocratis. Lib. ait de natura puelli: ἔστι δ' ὅτε καὶ ἰχῶρες τὸ αἷμα μᾶλλον ποιοῦσι ἢ ἐξ ὧν τῶν μήτραν ἐκκαθαίρει, τοῦτο γίνεται· καὶ ὅταν τε τὸ αἱμάτιον ἐξέρχηται τὸ πρῶτον. Quæ faciat etiam ipse Latina, qui dubius fertur adhuc in re proposita. Saltem ex illis intelligat & sine negotio,

cap. 7.

negotio, nisi iugula habeat eaua, puttredinem quandam ineſſe, & tũ etiam pus laodabile effundi & verum. Nec oos prætcrit, πόσι τὸ ὀκ σφυὸς, πολλὸς τὸ ἐξ αἵματος ϑ ἐξ σάρκος ὑχιεινῆς, à carne purum pus emanare; sed id quidem habere locum in vlceré, ipſi quoque obſeruauimus, quando nempe ipſum paucum, album, læue & æquale tantùm ſcaturiet ex affecta parte, & io bonis tunc ducendum erit. Nam alioqui, quoties multus humor aliunde, vt è propinqua vena, influer in vlceratam partem; quod emmotum ſordidabit fœdúmque linamentum faciet & inquinabit, iam non pus καθαρὸν ortum à carne ducit, quæ eſt vlceratæ partis propria, eámque complet & conſtituit: ſed tum πολλὸς τὸ ἐξ αἵματος ϑ ἐξ σάρκος ὑχιεινῆς, aliquid purulentum longiùs manat ex ſanguine, variis dinerſorum tamen humorum excrementis perfuſo & decumbente è vena in affectam & vlceratam partem, vt modò dicebamus. Quæ hæc noſtra explicatio non parum fortaſſe ad id proferetit quod quæritur. Vt non ſimpliciter quidem, ſed cum diorismo eſſe ſtatuamus iſtud tunc ſcriptum ab Hippocrate. Quidni enim aliàs, vt in hypotheſi, ſine vlcere pus ortum habeat, quum (ἐξ αἵματος γένῃ) μεταβάλῃσιος εἰς ἰκμαιόλογον, εἰς αὐ τὸν τε, μεταβολὴ) ex ſanguine qui non omoino vitioſus ſit, ſed ex parte tantùm? comment ad aphoriſm. 47. lib. 2. aphot. Huic noſtræ interpretationi poſtea quoqoe fauebit, quod de phymatis ortu apud Hippocratem proximè conſequetur. Nam tres notæ quæ de ſuppurato opiuionem faciant eámque augeant, priùs nunc ab Hippocrate declarantur.

Hippocrates ad finẽ libelli suæ mẽtis.

Ὀδυνίη μὲν] Magnitudo ſcilicet in primis & acerbitas doloris ad imom venttem, quo vterus continetur. Quidni is à diſtentione ſuſcitabitur & intemperanti calore, vt comm. ad aph. 47. lib. 2?

Καὶ σφύξις] Ineſt & pulſus in vtero, qui aſſiduus eſt comes inflammationis cuiuſque.

Καὶ ψαυσιόων ἐν αἰδοίοισι] Et tactus offenſio. Si quidem vterus ipſe qui iacet in imo, antica ſui parte oſſe non tegitur, vt in pleuritide, vbi tumor latet ſub coſtis in abdito. Quæ cauſa eſt, cur vulgò pleuriticus oullam ferat ex tactu moleſtiam. Has verò notas oon commemotauit Hippoc. libello de natura puelli, vt nec alia aliquot quamplurima, quòd (εἰρήκαμεν γὰρ, ait eo ipſo loco, ὡς δεῖ γινώσκειν τοιάδε) de iis ſtatuiſſet Hippocrates pleniùs ſuam ſententiam explicare hiſce libris de muliebribus. Quòd autem pus noo effluat ſemper ex carne, aphoriſmi hi quoque apud Hippocratem teſtantur, 81. lib. 4. & 10. lib. 6. itémque lib. 7. aphot. 15. & alia alibi multa quæ paſſim ſcripta ſunt ab eo.

Καὶ διὰ μὲν βέλτιόνος ἔχει, quòd ſi melius habitura ſit] Argumentum melioris ſtatus futuri certiſſimum eſt, vt deleatur cauſa doloris. Quæ auferetur quidem certiſſimè, ſi idem contiget quod aphot. 10. lib. 6. vt pus nimirum aut ſanguis fluat per pndendum. Sic enim ſpes eſt quòd ſoluet morbum. Hoc loco atrameo fluoris impetum ſimul & copiam ῥύσιος verbo ſignificauit, quemadmodum initio ſtatim cõmentationis huius è doctrina Galeni à nobis præoctatum fuit, commentario eo ſcilicet quo ea quæ à Iuliano ſcripta ſuot aduerſus aphot. Hippocratis, conuelluntur. Illud verò tutæ huius iudicatioois eſt indicium primum. Alterum, vt qnæ nunc conſertim fit & liberalis euacuatio, ſeratur κατ' αἰδοῖον, per pudendum, ſcilicet cooſerentem locum. Ita ſert enim ſcripta lex aliàs ab Hippocrate aphotiſ. primo. Coiuſmodi autem tune eſſe debeant ἐπιλύσιος, duo etiam explanant quæ ſequuntur, πόσι ϑ αἷμα. Siquidem poſitum fuit hypotheſios huius initio, mẽſtrua ῥήγνυσθαι pnruléta eſſe. Licet & hîc obſeruare quàm artificiosè pus ſanguini potiùs qoàm contrà in ſuo ſermone (ſed vt in re accidit) præpoſuerit Hippoctates. Quippe enim conſentaneum fuit, vt quæ præſens menſtruotum profuſio ſperabatur, à pure ſui duceret imtium; qnod (vt omnia turò magis contingant) tandem ſanguis etiam fortaſſe laodabilis ſubſequatur & longo ſatis interuallo temporis. Sic enim fida magis certàque futura ſit hæc euacuatio. Cuius tamen modum ipſe ſpatio dierum ſeptem definiuit, vt omnium minimo Hippocrates; aut dierum oouem, vt quàm longiſſimo. Cur verò ὀζώδεος pns graoeolens fote exiſtimauit? At hoc quoque ferendũ erit, modò non extra modum. Nam quum ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ idem ſit omnino apud Hippocratem atque ὡς ἐπὶ τὰ πλείω, interprete etiam Galeno; qnòd pus quàm minimùm debeat fœtere, eſt prorſus manifeſtum, ait, non verò quàm minimè, ſicuti omnes ferè perperam cooueretunt interpretes. Imò etiam Corn. Celſus io peioribus puris conditionibus habuit, malè olere; vt nihil olere in melioribus: at parum quidem Hippocrateè. Alioqni enim oec pus inde voquam fieret, quo aleret vlcus. Pus eſt autem hac ratiooe dictum ad finem libelli de alimento, ἕλκεος ὑγιοῦς, apod Hippocrat. Vt enim pus ſine putredine ooo poteſt geoerari, oec vlcus ali ſine pute: ita nec pariter id vnquam effundi ſine grauitate quadam odoris. Vt coqoit vis naturalis, ita putrefacit quæ eſt præter naturam eodem comment. ad ſent. 18. lib. 1. prognoſtic. Adde etiam quòd eodem loco vbi laudabilis puris cooditio explicatur ab odore petita; Galen. ſubiunxit, διὸ καὶ ὅταν μὲν ἐν τοῖς καθ' ἑαυτὰ φύσει ἐν αὐτοῖς ὀπτοῖσιν, ἐπίσης ἐπὶ τῷ πόνῳ, &c. Qoibos apertiſſimè declaratur, quòd in pure conficiendo ſimul cum concoctione quæ ſolius naturæ perficitur ope, appareat aliquid putrediois quæ eſt omnino præter naturam. Attamen vt ipſemet expteſſit Hippocrates, illod putredinis ſi paucum inerit, ſignum eſt perneceſſarium ad meliorem valetudinem. At tum oõ fœtere, eſt prorſus ἀδιάφθορον; quemadmodum τὰ ἐφθὰ μήτε ὄζει, οὐ πάνυ σημαίνει, quæ exceder & nimia inerit in pure graueolentia, ſolius dicetur eſſe putredinis indicium, non autem coctionis. Ac ſanè in conficiendo pure mixta ſint omnia oportet, ſiue patientis, hoc eſt ſanguinei humoris, atque ſubiecti ratio habeatur, ſioe agentis, vti antea dictum fuit à oobis.

Cap. 26. lib. 5.

Hippocrates aphoriſm. 21.

Initio ſtatim comment. ad ſent. 18. lib. 1. prognoſt.

Ἐν ᾗ πρὸ ὠδῖνος χρόνῳ] Hoc eſt priuſquam quid effunderetur per podendom, πρὸ τῆς ὑπτιήσεως, excruciabatur, vti explicatum eſt. Vnde noo diſſimiliter quàm ſub finem comment. ad aphot. 47. lib. 2. dolotes dicebaotur ſedari, vnàque & febres pute confecto; ſed (καὶ μᾶλλον ὅταν ἐκκριθῇ τὸ πύον) tum præſertim tamen, quum pus excretum fuerit, iudice Galeno. Siquidem noo ſatis ſit, confectum id eſſe ad ſecundã valetudinem, imò nec etiam ex vtero deceſſiſſe; ſed ad valetudinis prophylacticen (prooidentia ſiquidem Medicum valere, ſit decens) ἐν τῷ ἀνασταθῆναι, poſteaquam pleniùs & ſatis expurgata mulier vide-

bitur, valde beneficum fuerit illi & salutare, si gratia prophylactices ita reddatur cautus & prudens Medicus (ἵνα μὴ ῥήγνυται ἕλκεα) vt vlcera huiusmodi profluuio, eius ope non fiant. Quanã verò id nisi summa procurabitur arte & industria? Detineatur hæc tua, si placet, adhuc suspensa interrogatio. Siquidem de quæstione proposita responsum mox feres ab hoc eodem authore. Rediuiuos (liceat sic enim) morbos faciunt quæ relinquuntur ex morbis. At quid in hypothesi (κατασκευῇ), comperietur superesse? An non enim inde enascuntur vlcera semper? Nequaquam sanè. Quomodo? Si μὴ μυδήσῃ, vterus abũdanti & superfluo humore non diffluat. Quæ enim solent prohibere quò minùs vlcera grandescant, prohibent ipsa quoque eadem (physicis) impediúntque, quò minùs enascantur & fiant. Præclara ideo cum prædictione monitio hæc fuit Hippocratis, fore nimirum opus sedula tum & accuratiori curatione. Non quòd eo in loco primùm vomica fiat (etsi secundo Prorrhet. à phymate quoque ortum habere possit) tandémque rumpatur, sed quòd potiùs qui isthac fertur humor, quum mordax sit & hostilis caloris particeps & præter naturam, abradendo & erodendo tuborum orificia, quibus continebatur, tandem ea sæpenumero exulceret. Quippe illi toto quidem cœlo nunc errant, qui vomicam rumpi hîc opinantur, quò vlcus superesse statuant in hypothesi. Namque nisi vitiosus humor quo vniuersum corpus redundat, aditu ad vterum, vt & exitu, isthac prohibeatur foras, id tum demum apertissimè dignoscetur, & magno quidem non solùm ægrotãtis detrimento, sed & vitæ eius discrimine præsenti. Vnde iusta rum de caussa (πολλοὺς διὰ ταῦτα θεραπεύσας) egebit mulier euratione sedula & accuratiore, ἵνας τὰ ἕλκεα μὴ μυδήσῃ, ne vitiosi humoris affluxu eóque copioso vterus perpetuò stillet atque putrescat. Priusquam totum corpus isthac assueuerit purgari diu, primo hoc simplici profluuio venæ & arteriæ earúmque oscula poterunt quidem tantummodo dilatari, quemadmodum ab Hippocrate positum antea fuit huius initio libri prioris. Ar si quod per vterum fundetur, humoris excrementitij reddatur particeps & caloris externi, ad orificiorum amplitudinem & eorum infirmitatem morsus accedit exulceratióque, túmque vi quidem & sæpe cadendo. Vim verò eius, cacoethiam, acrimoniamque notauit sanguinis, ita locutus Hippocrates.

aphorism. 11. lib. 2.

Καὶ κάκιόν μιν γίνεται] Prouidendum esse scilicet, ne vlcera reddantur fœdi odoris, à permixtione nimirum pestiferi alienique humoris alicuius. Consilij porrò superioris ætiologia sequitur apud Hippocratem. Namque ἵνα ἕλκεα μυδήσῃ, si vlcera multo humore madebunt; quæ stilla mulieri (ῥεῦσις) & alicui leuamento & aliquantisper esse videbirur (vrgent enim vlcera longè acerbiùs quoties in hypothesi ex vtero nihil exudat) istius quasi fontis perennitate & incremento vlcera accipient & veterascent. Vnde (ἄφορος ἔσται) mulieris saltem facilè destruatur, si qua priùs inerat, fœcunditas. Nunquam enim vtero geret. Si locum namque in quo natura duce perficienda conceptio est, quem vulgo vterum appellamus, ait Hippocrates, valere oporteat, & sanum siccúmque esse, & mollem tamen mediocriter; ecquo modo pars ipsa coniectum semen etiam quantumuis prolificum capiat, idémque ipsum circumplexa contineat; si, vt fert hypothesis, tanto humore madebit? ὑπὸ τοῦ πολλοῦ ἔχειν τὴν μήτρας, ὑγρὴν κατασκευήν. Quum siquidem vterus nimio humore madescens, sit valde ineptus ad conceptionem. Rationem dedit Hippocrates eodem aphorismo.

Lib. 2. Prorrh. aph. 63. lib. 2.

Ἢν δὲ μὴ οἱ τὰ κατ' τὰ αἰδοῖα χωρίον, &c. quòd si mulieri menstrua non abeant per pudoris sinum] Bipartitæ superioris hypothesios altera pars modò proponitur. Pus namque antea aut sanguis è pudẽdo aliquot dies profundebatur, & sine vlcere quidem ex hypothesi. Nunc autem mensibus etiam ex hypothesi suppressis (Sermo est enim Hipp. adhuc de suppressione illorum) eueniet & peiori longè mulieris conditione, vt putulenta menstrua per ventris molliorem partem ad locum inguine paulò superiorem, & quidem ἄνευ φύματος sine vomica & vllo collecto tumore, fundantur copiosa.

Ἀπὸ τοῦ πύου] Quum scilicet effluat pus valde multum atque confertim, paularim nimirum detrita erosáq; ab acrimonia puris vehementi, carne & cute interiecta: pus enim suppressum intus interea cuniculos agens rodénsque viam quærebat sibi, ad id quoque adiuuante nonnihil vi expultrice nariua. Quam viam quando pus semel nactum ingredietur foras egrediens eique assuescet; καὶ τὸν χορὸν τοῦτον ὁδεύειν, iam non pus illac effluet nec sanguis menstruus, sed excrementa quædam purulenta, quibus totum fortè corpus scatebit, quæque retrum odorem spirant, vti nuper explicabamus. Quorum si tanta erit copia ex vitio & indelebili viscerum labe, diathesi mala & eorum infirmitate (quæ vniuersa deteguntur inexhausta profluuij perennitate) ὑπ' ἀδυνάτου, fieri nequit vt ipsa sanescat; quin potiùs per singula momenta horarum marcescens, tandem confecta sensim commoritur. Quæ si fortè tamen euaserit, restitura viscerum scilicet integritate, aut bonitate naturæ, aut industria Medici, καὶ ἄφορος ἔσται, nunquam ipsa tamen vtero gestabit. Tanta est namque inusta labes vtero superiorum calamitatum pernicie, vt vis illius nativa denuo non possit comparari vlla arte nec redintegrari.

Κατὰ τὸν κατώτερον] In corpore humano anteriore superiores nonnullæ sunt partes, quæ quia ossi teguntur, ad tactum apparent duriusculæ. Infernæ sunt aliæ, quæ vt sunt sine ossibus, molles persentiũtur & quasi vacuæ & inanes; ideóque κατωτέρας Hippocrati & κατώτερα, & κατωτέρω aliàs dicuntur. Venter est is scilicet quem totum mollem & mediocriter crassum natura duce, secundo prognost. Hippocrates in omni morbo desiderauit. Quanquam & in eo præter dextras sinistrásque partes, venter notetur inferior, isq; proximus pubi, in quo iacet vterus, ὕστερον Græcis dictum: est quoq; suprema pars in eo, quæ quia proximè sequitur vtrinq; post cartilagines, hypocbõdria primũ dicẽtur. Inter has ergo quę interfunt vtriuque, sint κατωτέρω & κατωτέρῳ Hipp. κατώτερα appellantur Arist. de historia animal. 7. cap. 4. & Gal. ad fin. 15. de vsu part. Inania scilicet spatia quæ inter extremas costas & ossa coxẽdicis binc & illinc continẽtur.

Quid μεγάλων, quid item διαφανεστέρους Hippocrati, repetes ex iis, si placet, quæ annotauimus, quando quis esset partionis & lochiorum modus, principio à nobis explicatum fuit. De graueolentia etiam proximè

proximè ex Hippocratis sententia diximus. Cæterùm maximè consentaneum est si quæ purulenta antè oribus corrosis in vtero ioteriore, fœdi odoris materia fuit propter putredinem ex suppressione: vt quæ ascita nuoc grauiore acrimooia qua vlcus effodit extemum, quæque hac fluet eadem via, malè, imò etiam grauius aliquantò redoleat.

Τοῦτο δὲ καὶ τὸ λοιπὸν ἡ ὁδὸς γίνεται διαπλώσιμον ἔχει, quòd hac nimirum parte menstruis via pateat in reliquum tempus vitæ] Meostrua nempe hoc loco dixit Hipp. materiam menstrualem, quæ siogulis aotea menstruis foras trudebatur, quando œconomia muliebris ius suum retinebat adhuc & naturæ sequebatur integritatem. Nunc verò quando saoguis euasit puruleotus, ac fluit per eosam partem cõtinenter, factum inde adeò est, vt menstrua fotas viam ist hac consequãtur in reliquum tempus vitæ. Quod putamus esse dictum notaoter, quòd iotelligatur illud vlceris genus nuoquam curationem recipere, qoia nõ coalescere. Atque sic ouoc hæc purulenta à menstruis discrepãt naturalibus, vt quæ suo per se rempore subsistere solira sint terminariq; superstite etiam muliere sine vllo stillicidio: Nunc stiller cõtrà etiamq; diffluat ipsa pars vlcere apertta in reliquum virę tempus, vt declarauit suprà verbo *μυδᾶν*. Aut si mauis, vt propriè Hipp. nonc menstrua vsurpet. rua tum defeodi etiam poterit eiuscemodi cum hac acceptione interpretatio. Quippe cui suffragari videatur ratio proximè sequens: Ad eam scilicet partem oscillum vteri diuertere ac declioare prolapsum. Sic ergo ab vlcere sterilitatis causæ, vt est explicatum, ducãtur. Namque quemadmodum in atboribus vode flores erumpũt, exinde soleot quoque fructus enasci & promoueri. Rupto aurem vlceris morsu & erosione vtero, ounquam omoino sanè cooceprio sequi potest. Quibus positis nũquam nequeat quoque adesse sterilitas. Quanquam iure ounc quærratur dubiretũrque de eausis hic deoegarę feracitatis. Ao eius hoc loco nimirũ causa statuatur ab Hipp. quando dictum ab eo fuit, quòd vteri osculum in vlceratam partem deflectit: an potiùs explicet Hipp. cor per banc viam menstrua in reliquum tempus vitæ effundantur, ac ea ratiooe inducatur sterilitas. Oris vteri diuersio distorsióq; suppressionis menstruorum causa antè posita fuit. Quo etiam loco ootabamus, quòd nisi osculum vteri rectà pudeodis respondeat, nullo modo fieri possit, vt sic tum semeo in fundum vteri intromittatur. Ad quod consectaria prorsus erat eodem loco sterilitas. Atque huius quidem incõmodi alterutra sortè est rario statuẽda: Diuersio oris vteri in alterutram partem, aot quòd io reliquam viram menstrua ferãtur per vlceraram partem. Quia namque oris vteri diuersio fore saris aotea credebarur supprimẽdis mẽstruis; mirum modò videri noo debet io hypothesi, si quæ illabuntur in vteri fundum menstrua, foras excernantur per exulceratam partem. Eadem namque ipsa vasa, quorum extrema iotegra cotyledonas ante enarum vlcus constituebant, queant tum pertinere ad affectam partem: quæ ibi etiam dehiscãt vlceris morsu corrosa. Quia enim vlcerata ponuotur in hypothesi, cuique debet exploratum esse ea certis statisq; oaturæ periodis noo cõoiuere oec cõcludi ad suppressionem menstruorum, quomodo per solemnes, periodicas, & naturales exeretiooes; sed secus patere semper vlcere corrosa, vt antea explicatũ est.

SENTENTIA VNDECIMA.

Γίνεται δὲ καὶ τόδε. 1

Accidit verò & quod sequitur.

Ἐστι ὅτον ἐπὶ ἰῷ δίμηνα, ἢ τρίμηνα, ἢ χρονιώτερα ἢ ἔλαττον διμηνίου, καὶ παχυτερον πρὸς τὸν λαπάρην, μὴ ἀφαπτόμενον τοῦ καταμηνίων ἐόντων, ὡς φῦμα τοῦ ὑπὸ τὸν βουβῶνος, ἀκέφαλον, μέγα, ἐρυθρόν. 2

Existũt mulieres, quibus postquã bimestris, trimestrisve, aut etiã diuturnior facta suppreßio est, & ad lateris mollitudinem prolapsum vteri osculum impegit (minùs tũc etiam purulẽtis existentibus mẽstruis) supra inguen oboritur tumor instar tuberculi, nõ acutus quidem, attamen magnus, suffusúsque rubore.

Καὶ τοῦ ἰητροῦ πολλοὶ ἤδη οὐκ εἰδότες τοῦτο οἷόν ἐστιν, ἔταμον, καὶ ἐς κίνδυνον ἤγαγον οὕτως. 3

Quod quũ medicorũ pleriq; minùs qd esset, agnoscerẽt, id diuiserũt scalpro, ac eo pacto mulieres ad exitium præcipitarunt.

Τὸ δὲ ὡς φῦμα ῥηγνύμενον, τοῦ ἕρπητος ἐνίοτε. 4

Atq; quod phymatis speciẽ referre modò dicebamus, cõsueuit id hoc modo suboriri.

Ἐπαυξάνεται τῷ αἵματος ἡ ὀφρῦς, ἅτε παχυνομένου τοῦ τόματος τῆς μητρέων τῇ λαπάρῃ, καὶ πίμπλαται ἀπ' αὐτέου, καὶ ἐξίσταται, ἅτε πληρουμένη τῷ αἵματος ἡ ὀφρῦς. 5

Scitũ est qdẽ, q̃ sanguine caro perfruitur, quódq;, qa ex hypothesi adiacet vteri orificiũ molliusculæ vẽtris parti, sãgui ne etiã valde oppletur; & quod tũc caro oppleta sanguine nimis assurgit in molem.

Καὶ ἔστιν ὅτε, ἰῷ μάλιστα τὸ τόμα τῆς μητρέων, καὶ ῥήγνυται κατὰ τὸ αἰδοῖον, 6

Fit quãdoq; etiã, vt si fortè os vteri inde mutetur, & statuatur ad sinũ pudoris,

ac eo modo menſes per pudẽda fundantur, vt pars ea ad ſe redeat ſubſidátque quæ antè viſa fuerat à ſua natura deſciuiſſe ad lateris mollitudinem.

καὶ χορέωσι ἀφ᾽ ἑαυτῶν τὰ καταμήνια, καθίσταται δ᾽ ὀξυηκὴς ἐς τὸν λοπάρεα.

Hæc enim in vterum ſanguinem diffundit, quem ipſe poſtea foras demittat. 7

Διαδίδωσι γὰρ ἐς τὰς μήτρας, αἱ δ᾽ ἔξω ἐκβάλλουσαι.

Sin autẽ os vteri ad pudẽdũ nõ reuertatur, ſuboriri ſanè ſuppuratũ poſſit iuxta lateris mollitudinẽ; atq; tũ deinceps iſthac via patere mẽſib⁹ eadẽq; omnino tũc pericula creari, quæ sũt antè cõmemorata. 8

Ἢν δὲ μὴ γραφῇ ἐς τὸ αἰδοῖον τὸ στόμα τῶν μητρέων, ἀφεστὼς ἐς τὸν λοπάρεα, καὶ τούτῳ ὁδὸς ᾖ ἐς τοῦτον καταμηνίοισιν, ἢν οἱ κίνδυνοι οἱ αὐτοί εἰσιν, οἱ καὶ πρόσθεν εἰρημένοι.

Sed & in vomitũ menſtrua vertuntur. 9

Τρέπεται δὲ καὶ ἐς ἔμετον.

Sũt qbus etiã refũdatur ꝑ podicẽ, velut à nobis explicatũ fuit in morbis virginalibus; atq; tũ mulieres ſigna ꝑſimilia edũt, ac cruciatus eoſdẽ ferũt, q illic dicti ſunt. 10

Εἰσὶ δὲ οἷσι καὶ ἐς τὸν ἔδρον, ὥσπερ μοι εἴρηται ἐν τῇσι παρθενίοισι νούσοισι· καὶ σημήια καὶ πόνους ἴσους αὐτοῖς δύκησι τοῖσι κατὰ εἰρημένοισι.

Hãc tamen viã mẽſtrua rariùs capeſſunt in mulieribus quàm virgunculis. 11

Ὅσον δὲ τούτῳ τῷ ὁδῷ ποιέεται τὰ ἐπιμήνια τῶν γυναικῶν ἢ τοῖσι παρθένοισιν,

EXPLICATIO.

QVÆ nunc hypotheſis ſequitur de ſuppreſſione menſtruorum, cõtinet hæc quidem duo: & ad mollem partem ſcilicet vẽtris oſcillum vteri adiacere prolapſum: & menſtrua etiam purulenta oõ eſſe. Quorum oi meminetis lector dum iſthęc percurres, vix Hipp. mentẽ conſequare. In his quod eſt ꝓtius, Hipp. ſuimet ipſius interpres iiſce verbis expoſuit. atq; quod paulò obſcuriori σφυσίην verbo notatum fuerat antè ab eo, biſce aliis verbis σφυσιώσιν δ᾽ αἱμάτος μυρίου, de vteri oſculo ſic eſſe loquutus aliquantò apertiùs, animaduertes. Facta ergo nuoc ſtatuatur menſtruorum ſuppreſſio, propoſita ab Hipp. Quum id fiat ex hypotheſi ſine vlla putredine, quænam ex hac ſuppreſſione detrimenta occurrãt? Vt, ſi ſanguis qui ad vterum detruſus appulerat, ſuppreſſus nõ refundatur in venas, ſed ibi diuturniorem moram trahat, ὡς φῦμα γίνῃ ἐνθεῦτεν δ᾽ βυσσίνος, ad inguen tumor ſuboriatur qui phyma referat & ementiatur. Quæ in genere pbymata dicũtur apud Hipp. vt & abſceſſus, enaſci ſic ſolẽt, vt ſigna ſint τῶν βλαστημάτων ἐγγίνεται, cõditionis earum partium vnde progerminant. Hac ratione quoties ſcatebit corpus tuberculis, ſpectandas eſſe excretiones monuit Hipp. certa cũ ratione in aphoriſmis Quos oõ poteſt expellere natura humores per aluum nec vomitum, collectos trudit ad aliquam partem. An verò eritiè moliatur aur ſeeus, dicetis ab Hipp. Vide eõm. ad aph. 15 lib. 2. ad aph. 26. lib. 3. ad aph. 44. lib. 4. & ad aph. 8. lib. 7. & paſſim alibi. Iſtbæc verò extra rem, quandoquidem ſermo ſit Hippocrati de tumore, qui ὡς φῦμα & noo propriè, ſed quid illi tantùm conſimile ſuper inguine exoriatur. Ingnini propinqua parte ſanguis retinetur, è qua poſſit via breuiori ad inguen diffundi, vbi ſigna ſui edat præ copia. Eſt enim trimeſtris aut etiam diuturnior ſuppreſſio in hypotheſi.

ſent. 12. ſect. 2. lib. 6. Epid.

aph. 15. lib. 2.

Λεῖόν ἐστι] Hoc eſt ἄκρον ἐς ὀξὺ κατατρῶμενον, minimè in acutum tendens & faſtigiatum, quod in malis duxit Hippocrates ita loquutus de ſuppuratis primo prognoſt.

Μέγα] Magnus eminet (inquam) tumor iuſta de cauſa. Siquidem menſtrualis materia ſubſit, vt iam dictum eſt, ſatis ad id ſufficiens & diuturnæ ſuppreſſionis.

Ἐρυθρὸν] Quidni enim ſuffuſi ſanguinis colorem præ ſe ferat, vt aphor. 65. lib. 5. tumores rubri? In quo quum fortaſſis etiam ineſſet quædam mollitudo, deluſi ſimilitudine ſignorum, inſcij & imprudentes Chirurgi, ſcalpello aut eſcharotico partem diuiſerunt, hac via confiſi exitum fore materiæ purulẽtę. Sed enim θρασύτης ἀπειρίλυτος ἐπιμανής, præ ſe fert ignorantiam artis audacia, ad finem libelli de lege apud Hippoc.

Hippocrates lib. de lege.

Καὶ ἐς κίνδυνον ἤγαγον ἴσως, ac eo modo mulieres ad exitium præcipitarunt] Quis enim id moliatur ſine periculo? Si enim in vtero eſt vlcus pernicioſum, quid non etiam vulnus, ac tum præſertim quum vaſa in eo tantopere diſtenduntur ſanguinis exuperantia, vt ſi in tranſuerſum ea ſecenrur, magnus ſit metus ab hæmorrhagia? Adde quòd etiam eſt vterus quàm maximè ſenſus exquiſiti, vti poſtea declarabitur, & ex huius autboris ſentẽtia. Sed de vulnere, oe id nobis effluat, literis (ſi placet) & poſteritati quamprimùm tradatur, quod accepimus quidem ab alio, ſed fide ſumma (quam tamen alioqui ſuperare videatur) cõdigno Pariſienſi Doctore. Albertus Faber ex Ruellio nepos perdoctus & eoęqualis noſter quum maximis Reipublicæ tempotibns & valde iniquis lares patrios deſeruiſſet, cum multis eiuſdem ſuæ ſortis anoo 1569. externos ſequutus exercitus, Sacrumcæſarem tandem aliquando appulit, qui totam hanc morbi ealamitatem ſuis (vt dicitur) oculis vidit. Eò namque quum venimus, iam perfecta morbi curatio fuit. Simplex veráque oiorbi narratio erat buiuſmodi. Mulier quædam ruſtica fœtum octimeſtrem gerens

gerens dum ad forum vrbis Sacricæſaris mandaſſet ſe viæ, è ferocienti equo excuſſa in ſaxum prægrande, hoc eſt eius angulum, ad vmbilici regionem impegit. Ea integrum à caſu diem obmutuit, ſenſu motúque priuata. Perendie prehendit acuta febris eam, & comitata quidem ſæuioribus ſymptomatis. Namque animo liquit, vomuit, delirauit. Repurgatur interim medicorum præſcripto aliquoties, ac iteratò ſanguis detrahitur. Imperata ſunt denique quæ ſumpta admotáque æſtum febrilem infringerẽt, & ſanguinis intus latentis vim retunderent pernicioſam. Trigeſimo poſtea die, remiſſionibus ſymptomatis quibuſque, ſecundum vmbilicum quidam tumor magnitudinis vt minimùm manus concluſæ, ſeſe prodidit. Eóque tupto fœda ſanies virulentáque vnà cum tabo primùm exiit, quam purulentæ particulæ carnis ſequebantur, poſtremóque fœtus ipſius oſſa fruſtillatim effluxerunt. Decimo tandem abhinc menſe, vlcere concluſo perductòque ad cicatricem, mulier conualuit. Attamen deinceps non potuit concipere, nec vtero ferre, nec illi vt priùs tam larga manu menſes profluxere. Cui aliæ perplures aliquot hiſtoriæ conſentiunt, quas partim accidiſſe ipſi vidimus, tanquam oculati reſtes modò loquuti: partim etiam ab aliis dignis fide omnibus accepimus. Earum verò ſumma eò omnium redit, vt obiter intelligatur, viuum valentémque educi fœtum poſſe, tum omnibus quidem integris ipſius rebus, tum etiam matris, vtero nimirum ad latus vmbilici alterutrum diſſecto prudenter. Cuius argumenti diſceptationem quando rationibus multis & operibus, etiámque euentis nouiſſimè confirmauit Doctor Franciſcus Ruſſetus, vir vitæ & artis clarus integritate, & vtilitatis publicæ amantiſſimus; tati deſiſtendum nobis ab hoc incœpto, cenſuimus indies rem noſtram, hoc eſt Hippocrateam, eodem pacto vniuſcuiuſque doctorum opera ſcriptóque amplificari oportere. Sed inter omnia duo ſunt quæ haud poſſumus ſatis demirari. Inprimis etenim Buneum conſorem iſthunc iuuenem & inexercitatum diſſectorem aliquando rogabamus, anno nempe ſaluris 1571. quum ad medicinam faciendam vocati veniſſemus in Vinetum (quæ villa eſt ſui quondam poſſeſſore domino clariſſima, Regis cancellario dignißimo, bono viro piißimóque Hoſpitali) quanam id arte præſtaret induſtriáque. An cutim primùm diuidere ſolitus eſſet, deinde an hos vel illos potiùs epigaſtrij muſculos, poſtremóque peritoneum, adeóque ipſum tandem vterum; an quæque hæc ſeparatim ſcilicet, an verò ſimul vniuerſa. Quæ nobis percontantibus nec ſine ſtudio & admiratione, totus ipſe obſtupuit obmutuítque: quúmque vrgeretur magis, faſſus eſt is ingenuè noſtras interrogatiunculas ænigmatum plenas ſibi videri. Se ſecurum tunc ab omni metu, ventrem fœtus granditate diſtentum quàm maximè, non ſecus ſcalpro ſolitum diuidere, quàm abſceſſuum aliud omne genus. Partes diſſectas non re nec verbo potuit vnquam rogatus diſcernere, & ne vllam quidem appellare. Alterum nos non diſſimiliter coniecit in admirationem, quòd poſtquam vir eius mulierculæ (vtrumque enim perplacuit conuenire) exceſſiſſet è viuis, cui nomen fuit Stephanus Maſſicault, & alteri ſe Petro Chanclnu mulier iunxiſſet, non deſierit concipere, nec vtero geſtare, neque etiam legitimo tempore perfectum parere. Ergo quod tantopere viſum inſolens fuit ſummo artis dictatori, in vſum tandem trahetur & conſuetudinem; longè melioribus mulierculárum rebus, vt & permagno poſteritatis cõmodo, hoc eſt in ſecuriorem parentum valetudinem, & auctiorem generis humani propagationem. Sed ſit ita ſanè. Protinus ne tamen abſurdum reputetur dictu, quòd in diſcrimen vitæ veniant, quotquot iſthanc nouam ſectionis formam ſubibunt? Minimè quidem. Quinimo hiſce noſtris temporibus quendam ipſi nouimus, qui quum lõgè etiam ſe putet præſtare æqualibus ſociis (vtinam verò nec hi nec ille vnquam vltra crepidam & manum ſuam; ſic enim fortaſſis excellerent) parturientem miſerè non ſolùm in diſcrimen conduxit vitæ, ſed & hanc paupellam & fœtum vinentem eius periculi reddidit participes. Namque iſthoc nouo modo diſſectus is vterque perditè interiit. At manus induſtriam aut potiùs habilitatem, vt quid poriſſimum & maximè præſtans, in omni Chiturgo magnopere deſideramus, quemadmodum & in Medico quoque Doctore omne quod ſummè redolet Hippocratiſmum.

Τὸ δ' ὡς φῦμα γένοιτο, γίν. Quod verò *factum*, &c.] Demonſtremus iam pro Hippocratis ſententia, vnde nam is tumor qui ementitur & refert tuberculum, vulgò enaſcatur. Ad quod priuſquam aggrediamur, prænotaſſe non parum conduxerit, quod hîc eſſe poſſit alioqui valde ambiguum. An in bonam ſcilicet partem aut peiorem potiùs nunc, vt quidam alius iudicauit, ἐπαυξάνει verbum debeat vſurpari. At certum eſt quòd vbi Hippocrates verba fecit de nutritione puelli in vtero, eſt ita loquutus manifeſtè, vt nullo diſcrimine illud cenſeas in meliorem partem accepiſſe, lib. de nat. pueri. In bonam partem ſimiliter initio ſtatim 4. ὅτε γίνεται, quando quomodo ventriculus factus inanis, quum ſit fons quatuor aliorum communis, repetit è corpore quo ſaturetur & (ἐπαυξόμενον ὑπὸ τῶ σώματος πυμάτου) perfruatur nimirum corpore colliqueſcente. Eodémq; loco ſtatim poſtea, vbi vacui quoq; ſunt quos modò quatuor fontes appellabamus ſcilicet peculiares, etiã hi ὑπὸ τῶ σώματος ἐπαυξόμενοι), humores quibus vicißim reficiãtur ſatientúrq;, ab vniuerſo corpore ſolent reuocare. Nunc ergo cur diſſimiliter, ſcilicet in detrimentum partis, exponatur, nequit vllo pacto ſanè nobis videri veriſimile. ὡς ἐκεῖ, prima ſtatim periodo ſect. 6. lib. 6. Epid. Quorſum? Quidni etiam eo quem caro pellexit, perfruatur ſanguine? At, quod maius etiam eſt, quia accubat vteri oſculum lateris mollitudini, ideóque ſanguis exitu prohibetur, vnde etiam πίμπλαται κατ' αὐτὸ, non ſolùm eo ſatiatur, ſed tantopere caro oppletur, vt (ἐξίσταται) decedat à ſuo charactere & mole natiua, nimiopere ſcilicet intumeſcẽs. Enacuat° cõtrà cõcidit vterus ſibi; ac rũ ad ſuã naturã & magnitudinẽ rediẽs mox caro dicetur ab Hipp. κατάσις, quod eſt verbum ἔξιστος oppoſitũ ſuperioti. Ergo vt nuper dicebamus (ſi gratũ erit) in vtero vituũ notetur ineſſe duplex; vbi attamẽ quod eſt prius, ſtatuetur cauſa alteri°, ſcilicet poſterioris. Niſi enim os vteri aliorſũ nõ diuerteret, nõ vtiq; ſubſiſteret materia mẽſtrualis, atq; eadẽ ratione exuperãs sãguis nõ immutaret vteri mulẽ, indéq; nec partis vicinę, nec ipsã depelleret de ſtatu ſuo. Hoc enim luculẽter hypotheſis demõſtrat apud Hipp.

Καὶ ἔστιν ὅτε διὰ μαζῶν &c.] Si quemadmodum euenire poreſt, oſculum vteri ad muliebrem ſuum ſinum referatur, eique è directo reſpondeat, ac per eum menſes erumpant; ad ſe ſimiliter tedibit, quod defecerat à ſua ſede & mole diuertens in lateris mollitudinem. Quidni enim oppoſitorum conſequentia erunt oppoſita?

Διαστέλλει γὰρ εἰς τὰς μήτρας, *effundit in vterum*, &c.] Hac ætiologia explicatur quomodo pars quæ prædicto nuper modo intumuerat, poſtea ſubſidat; quòd nimirum exoneret ſe in vterum, cuius os quum ſuo ex hypotheſi repoſitum ſit loco, quod continebat vterus, nunc è ſuo ſimiliter cauo facilè foras relaxet. Nec ſanè eò mulieribus in alium ſcopum ſanguis coniicitur, quàm virginibus; nempe ad exitum: ſiquidem conceptio vtrobique deeſt. Ἐπιπλέον εἰς τὰς μήτρας εἰς παρθενικήν, in fragmento de virginalibus. Quod dictum ſit obiter aduerſus pertinacem eorum ignorantiam, qui hactenus ſtrictè tenuerunt è ſinu tantùm pudendi nonnunquam effundi menſtrua virgunculis. Siquidem illi non meminerint, in quem ſcopum menſtrua ad vterum commoueat tempeſtiuè natura ὅτε γάμου ἐπιθυμήσασι libello de virginalibus apud Hippocratem. Vt ne perfectam (credimus ſcilicet) in eo ſinu ſeminis virilis commixtionem ſimul & eius quod à muliere manat, comprehenſio ſequatur, quæ conceptio dicitur vulgò. Imò verò fraudata ſuo ſic genio natura, inutilis maneret & otioſa. Quod quàm diſſidet longiſſimè ab eius incœpto, vos, ſi placet, attentiùs videritis. Ab anatome repeti poſſent, quæ idipſum dehortentur quamplurima: ſed de iis ſuo loco in Anatomicis aduerſariis.

Ἢν δὲ μὴ στραφῇ κτλ., *ſin autem non reuertatur*, &c.] Membrum ſuperioris partitionis alterum nunc ſequitur. Poſtrema hypotheſis vteri oſculum adiecerat ad alterutrum corporis ſubmolle latus. Vbi aut remoretur, aut hinc ad ſe redeat, tùmque reſpondeat ipſi pudendo, perneceſſarium eſſe omnino ponebatur. Nihil enim tertium eſt. Fructus iam in promptu eſt, qui ex priori parte decerpatur. At ſi conſtrictum os vteri ibi maneat (hoc namque etiam euenire poreſt) quid inde conſequatur? Vt (ἰδιωτικῶς κτλ. τοῦτο λεκτέον) eodem nimirum in loco ſuppreſſa materia menſtrualis, incendium & putredinem concipiat, indéque vt abeat in ſuppuratum. Etiámque ἐκπυήσασα ἐκδύσῃ, corroſa ciuſce partis tandem cuticula, pateſcat via deinceps ipſis menſtruis, hoc eſt, in vitæ tempus reliquum. Quod ſi ita eſt, cur οἱ πάνυ τι αὐτοῖ ἴσασι, οἱ δὲ φεύγουσι ὁμιλεῖν, hoc æquale ei periculum inde non erit, quod paulò ſuperiùs ad inguen Chirurgi, ſi ſua ſorte & toga contenti, craſſiori Minerua, quia rudiori paulò manu & ignorantia, creabant?

Τρίτῃ δὲ εἰς ἔμετον, *ſed & in vomitum*, &c.] Pendet hæc adhuc oratio Hippocratis ex hypotheſi ea ſuperiore, διὰ δὲ μὴ στραφῇ κτλ., &c. Vt nimirum ſi propter oris vteri ad latus diuerticulum menſtrua ſupprimantur, euolent ſæpenumero ex infernis tunc ad ſuperiora; præſertim verò ſi quando incaluerint. Regeritur enim tum ſanguis frequentiùs in venas, quemadmodum etiam expoſuit Hippocrates libro de nat. puelli, per quas τρίτῃ εἰς ἔμετον, modò verti poſſit in vomitionem (huius verò tranſlationis Hippocrates meminit aphoriſmo 32. libri 5.) modò in hæmorrhagiam, ſic dictam propriè, de qua etiam ſcriptus aphoriſmus fuit 33. eiuſdem libri. At quoties accidet vt ſtomachus viribus præſtet, etiamſi ſuperiora verſus rum ſanguis concalefcens ad ſtomachum viam affectet, propulſabit eum tamen ſemper pro facultatis ſuæ expultricis modulo ad infernas partes: ſiquidem is moueat per ſe ἀφεστηλωτικῶς. Vnde apud Hippocratem ſubſequitur, ἔστιν ἦσι καὶ κτλ. τὸν ἄνθρωπον, nonnunquam nimirum euenire queat, vt vertantur menſtrua ad partes infernas per ſedem. Iiſdem attamen ductibus & venis per quas ad ſtomachũ priùs modò deferebantur ex hypotheſi. Quæ enim è ventriculo ad hepar venæ chylum euehunt, eædem ſæpe mutatis velis ſanguinem reducunt eodem; quanquam id ſymptomaticè faciant & præter naturæ legem. Quæ iſthæc breuiot longè expeditiórque eſt via ad ſedem, quàm per hæmorrhoidas. Quò ſanguis (quanquam hæc nõ valde alto interuallo diſtent ab hypogaſtrica pudendáque) remeare nequit niſi antè relatus per hepat ad truncum venæ portæ regreſſus, inde tandem exportetur foras per ſedem. Quod non vſque adeò dictum videatur conuenienter. Euacuationis δι' ἑτέρας meminit quoque Galenus in ſuppreſſione menſtruorum libr. 5. aphoriſmorum. Quanquam euenire etiam nonnunquam vt abſceſſu rupto ex ſuppreſſione illorum, diuertat ſanguis periodicè ad eam partem, ſicuti viſum fuit nobis non ita pridem. Hinc verò miſella interiit. Atque hunc modum euacuationis expoſuerat Hippocrates libello de virginalibus: ſed quòd is magna ex parte & multo maximo virginum detrimento, detritus decurtatúſque in noſtras manus venerit, ægrè ferendum. Quæ nunc commemorat Hippocrates, in eo non leguntur quidem, vt hoc ſed leuiori ſanè argumento poſſit videri non eſſe Hippocratis; quin potiùs ab alio authore editus & inſcriptus poſtea nomine huius authoris. Nos contrà hic locus in aduerſam ſententiã pertraxit & obfirmauit magis. Nẽpe quia iſthoc libelli ſatis abundãter & copioſè, vti nũc affirmat Hippocrates, expoſuiſſet σημεῖα δὲ πάντως τοῖς αὐτοῖς τούτοις ὑπομένουσι, & ſigna & labores ſymptomataque quibus vt virgines, pariter in hypotheſi mulieres vrgeri poſſunt, nobis videtur quòd velit ipſe nunc meritò verborum multitudine ſupereſſedere. Sed quibus iam de cauſis (ὅσαι δὲ τούτων πάσχουσιν ἀδύν) infrequens eſt magis muliebribus hoc iter menſtruis, quàm virginalibus? An quia quæ virorum conſuetudine gaudent, ſic reuellendo ſemper educunt aliquid humoris exuperantis, hoc eſt ſanguinis, quæ eſt feminis materia vicinior? Siue enim vomitione, ſine etiam è ſede quid ſit euacuandum (namque τούτων πάντων ἀδύν viam oportere reſerri ad iſthunc vtrumque modum in hac collatione, animaduertet facilè lector) multò plus ſemper in virgine matura exuperabit quiddã quàm in muliere. Vnde fit vt iſtiuſmodi moleſtias libro de virginalibus potiùs explicaſſe ſe Hippocrates modò profiteatur, quàm id perfici debeat nunc hoc libro priori de muliebribus.

comment. ad aphoriſm. 33. lib. 5.

SENTEN-

SENTENTIA DVODECIMA.

Οκόταν τοίνυν τὰ ὑστερικὰ κρυφθῇ, ὀδυνᾶται τὸν κατώτερον γαστέρα, καὶ δοκεῖ τι ἐλκεσθαι βαρὺ· καὶ τὰς ἰξύας σκληρὰς ποιεῖ καὶ τοὺς κενεῶνας. 1

Si quando igitur menstrua deliteſcunt, imum ventrem infeſtabit dolor, ac tum etiam *aliquod graue pondus videtur incumbere: quinetiam lumbi molliáque latera incredibili cruciantur dolore.*

Ἢν δὲ τὰ ὑστερικὰ πανταπάσι μὴ ᾖ χωρέοντα, ἀλλὰ τοῦτο ἰσχνὰ παχέα καὶ γλίσχρα, ἢ κολλώδεα. 2

Quòd ſi menſtrua ſupprimãtur omnino, aut craſſeſcunt illa quidem ex morbo, & lenta fiunt, aut glutinis modo cohærent.

Χρὴ οὖν πρῶτον τὸν κοιλίην καθῆραι, ἄνω τε καὶ κάτω· ἔπειτα τὰ ὑστέρας προσκάτω, ἀφ' ἧς αἷμα καθαίρεται, καὶ ἀναλείπειν, καὶ πίσαι ὑφ' ἧς αἷμα ἴῃ. 3

Itaque primùm neceſſe eſt & vomitu purgare ventrem & deiectione: deinde in uterũ intromittere, unde purgari ſanguis poſsit, etiãmque perungere. Epotãdum id quoq; erit cuius vi foras prodeat ſanguis.

Πινέτω δὲ καὶ κρῆθμον σὺν οἴνῳ ταλαπόδαρος. 4

Ebibat præterea mulier crethmum ex vino tædaceo.

Ἢν δέ οἱ ῥόος μὴ γίνηται, ἔστ' ἂν ὥστε δοκεῖν ἐγκύμονα εἶναι, καὶ μισγολυλίως αἰδρεῖ δηλέειν, ὥστε δοκεῖν ἐλκεσθαί τι. 5

Quòd ſi ne ſic quidem proſluuium euocetur, eueniet ut prægnans eſſe videatur, & viri congreſſum ferat dolenter, ut adeò incumbere quiddam putetur.

Καὶ βρίθος σὺν τῇ γαστρὶ ἐγγίνηται, καὶ ἡ γαστὴρ προέχηται. 6

Ac tum intus re vera *gignitur grauitas in ventre, prominétque venter.*

Καὶ ἱμείρεται ὑπὸ ἐμφισμένως, ὡς σὺν γαστρὶ ἔχουσα· καὶ καρδιώσσει, ἐπὶ ἓν ἡμέρας πεντήκοντα μάλιστα ἔωσι. 7

Verùm tunc etiam in uterinos appetitus mulier inducitur quaſi utero gerat: ac ſtomachi tentatur morſu, maximè autem poſt quinquaginta dies.

Καὶ πόνος ἔχει ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε τῆς γαστρὸς ὁ κατὰ τὸ ὀμφαλόν, τόν τε βουβῶνα, καὶ τοὺς βουβῶνας, καὶ τὸν ὀσφύν. 8

Partes adhæc ventris premit viciſsim dolor umbilico vicinas & circumſtantes, & ceruicem, inguináque & lumbos.

Καὶ ἐπὶ ἓν μῆνες δύο ἢ τρεῖς γίνωνται, ἔστιν ὅτε ἐρράγη οἱ κατὰ τὸ αἰδοῖον τὰ καταμήνια ἀθρόα, καὶ δοκεῖ ὥσπερ χρέα εἶναι τὰ ἀποῤῥέοντα, ὡς ἐκ διαφθορῆς, καὶ μέλαινα. 9

Ac fit nõnũquã ut duob⁹ tribúſve mẽſibus exactis mulieri multa confertim mẽſtrua fundãtur p ſinũ pudoris: & carũculas videtur referre quæ tum excludũtur, quaſi ex abortu & fœtus corruptione, nigra ſint.

Εἰσὶ δ' ἧσι καὶ ἕλκεα γίνεται σὺν τῇσι μήτρῃσι, καὶ δυνατὰ προσέχειν τὴν μελέτην. 10

Porrò etiam ſunt quibus vlcera in utero fiant, túmque operæpretium erit diligenter ad curam attendere.

Πολλῇσι δὲ συμβαίνει, ὥστε δοκεῖν ἓξ μηνῶν ἔχειν σὺν γαστρὶ, ἢ καὶ ὀλίγῳ ἐλάσσονα χρόνον· καὶ ἡ γαστὴρ προέχηται, καὶ τἄλλα οἱ δοκεῖ γίνεσθαι ὥστε σὺν γαστρὶ ἔχουσιν. 11

Multis præterea accidit, ut putent ſe ſemeſtrem fœtum utero geſtare, aut etiam aliàs iuniorem aliquãtò: ac tum prominet venter, & cuique alia videntur fieri & euenire, quæ ſolent ei quæ utero gerit.

Ἐπειτὰ ὅταν ἧσι διαπύσσοντα ἐρράγη ὑπὸ 12

Ac poſtea tandem *nonnullis ubi in ſuppuratum abierunt, ſupra inguen con-*

fertim funduntur ſimulatque ventum eſt ad quintum ac ſextum menſem: atque viã ſibi pararunt per eam partem.

τῆ βυβλίνος ἅμα τῷ πέμπτῳ ἢ ἕκτῳ μηνί· καὶ ὁδὸν ταύτην ἐποιήσατο.

Sũt præterea & quibus in vtero vlcera naſcuntur inferiori inguinis parte: actum metus erit ne vitæ iactura ſequatur. 13

Εστι δ' καὶ ἧσιν ἕλκεα γίγνεται ἐν τῇσι μήτρῃσι, καὶ κάτω ὑπὸ τὸ βυβλίνος· καὶ κινδυνώδης ἀπόφασις.

Quod periculum ſi fortè euaſerint, nunquam vtero gerent. 14

Ην δὲ ἐκφύγωσι, ἄφορος ἔσται.

Quibuſdam verò & per pudendum cõfertim euacuãtur menſtrua, *atque hac eadem via putrefacta ſecedũt purulẽtáq;.* 15

Εστι δ' ἧσι καὶ κατὰ τὸ αἰδοῖον ῥήγνυται, καὶ χωρεῖ αὐτῇ σαπρότατα καὶ πυώδεα.

Atque ab ijs in vtero vlcera creantur, vnde & periculum. 16

Καὶ ἀπὸ τουτέων ἕλκεα ἐγίνεται ἐν τῇσι μήτρῃσι, καὶ κινδυνώδης.

Æquum eſt autem vt diligens tunc *cura adhibeatur, ne inueteraſcant vlcera.* 17

Καὶ χρὴ, ὅκως μὴ τὰ ἕλκεα παλαιὰ γένηται, ἐπιβουλὴν προσέχοντα.

Nõ vtiq; tamẽ iſta vtero geret vnquã, etiamſi curationẽ receperit & cõualuerit. 18

Ἄφορος δὲ καὶ αὐτη γίγνεται, ἢν γε καὶ ὑγιὴς.

Quòd ſi nõ excludantur cõfertim mulieri menſtrua, quæ fuerint ſex totos mẽſes recluſa, illi vniuerſa accidẽt quæ ſolent ei quæ nunquam peperit, quum viam ad exitum menſtrua inuenire nequeunt. 19

Ην δὲ μὴ οἱ ῥαγῇ τὰ καταμήνια διεφθαρμένα ἐξ μηνῶν, πίσσῃ πόντι ἄφορος ἀπόκριν τὰ καταμήνια ὁδὸν οὐ δυνάμενα ἐφεύρειν.

Cõualeſcet autem, ſi eius cura ſuſcipitur: ſin minùs, ſufficiens viuénſque ad octauũ uſq; mẽſem, è medio tãdẽ tollitur. 20

Καὶ ἢν μὴν θεραπευθῇ, ὑγιὴς ἔσται· ἢν δὲ μὴ, διαρκέσασα καὶ ἐς ὀκτὼ μηνῶν, θνήσκει.

EXPLICATIO.

PER explicatas vias & ſupradicta ſigna dabant menſtrua indicia ſui, quanquam ſuppreſſa nuper pluribus quidem locis, & ſe tranſlata modò in hanc partem eſſe, modò in alteram, aliàs in aliam perueršè ac moleſtè ſignificabant; modò ſimplici ad inguen tuberculo, modò etiam ſuppuraro; nunc quoque per vomitum, vt & per podicem ſæpenumero. His namque tot modis prodita ſe menſtrua ſuperiùs inculabant ſuppreſſa eſſe. Nec tum ſanè aderat vlla ſuſpicio grauitatis eius, nulla nota in Hippocratis oratione. Contrà nunc autem (οὐκέτι τὰ καταμήνια κρυπτῇ) quoties menſtrua deliteſcẽt ipſa tota quidem in vtero, nulla nimirum ſui parte diuulſa, nulla diſcreta, & aliò minùs tranſlata; circumſcriptum illorum locũ eſſe ſimul cum locato (ſic enim loquamur) neceſſe eſt, ſcilicet cõcepta vtero cõtineri. Ideóq; ſic nunc ex hypotheſi Hippoc. loquitur, οὐκέτι ἐξ ἡμέρης γενήσεται, & δυσὶ ἢ τρισὶν βάροις, & dolor inſeſtabit vẽtrem infimum, & videbitur onus graue quoddã impoſitũ. Nónne ex his iam cuiq; ſatis manifeſtum, quo vinculo quæ nunc ab Hippocrate proponuntur, cum ſuperioribus connexa cohærebunt? Anditote attamen quid κρύπτεσθαι, in occulto latere, viſum ſit nobis apud Hippocratem. Eſt menſtrua κρύπτεσθαι Latinis quidem deliteſcere. Quod quia vtrumque æqualiter difficile eſt ad intelligẽdum locum hunc alioqui perobſcurum, quò apertum magis id aliquantò fiat, ſanguinem poteſtate menſtruum (ſic quoq; loquamur gratia diſciplinæ) in vterum coniectum eſſe tempeſtiuè, cúmque totum, apud te conſtituito: ea tamen cõditione, vt nullam in partem tum vterus quidquam ſinat efferri ex eo, ſed totus detineatur definito loco, tãquam in ergaſtulo. Aditu enim ad vllam partẽ omnino tum prohiberi modò volebamus, etſi quid per pudendum fortaſſe etiam apparere in hypotheſi, non autẽ erumpere poſſit. Ac ſi ore illius antico ſe eò ſanguis receperit, vt in eo nimirũ quaſi in abdito loco & antro deliteſcat. Imò etiã vt ad penetralia frequentiùs penetret, & penitiores tum potiùs receſſus, quàm ad vicinos nobis & exteriores propiùs accedat. Renouatũ hoc vetus ſit ſignificatum Hipp. Qui propiùs tum ergo intuebitur, animaduertet & vterus minimè patitur quidquam ex ſe produci in vllam partem, nihil propagari. Inde fit etiam vt ſanguis coniectus in vterum, procul ab vtero indicia non edat ſui. Non ſunt diſtantes loci materiæ menſtrualis & doloris, quem hęc alteri cuiquam parti creet. Dolorem enim, vt & ipſum ſanguinẽ, imo ventre circumſeptum teneri (vt dictum eſt) animaduertimus apud Hipp. Atque hac ipſa de cauſa δυσὶ ἢ τρισὶν βάροις, graui onere quodam premi mulier ſibi videtur. Quo cum ſanguine quum iunctæ & coactæ

coactæ nocendi vires ibi quoque remaneant, aut (ὀκνηρὸς) tantò acerbiores eas solùm exerat in infimum ventrem necesse est, aut sruiat quidem in partes sibi proximas & circumstantes (namque oon datur vltra) hoc est lumbos & eas quas Græci appellarunt κενεῶνας, inanes. Ac si videlicet antico solùm (hoc est veteri) ostiolo sanguini pateret ad hunc carcerem introirus, ac illi nullum itet oec aditus, nullúsque exitus etiam ex eo interea supereesset. Hoc sanè modo sanguis iacere dicetur verissimè io occulto. Vt consster quidem illic subesse, sed ita ibi constrictum teneri, tanquam (vt dictum est) in ergastulo; vt scilicet uec refluere possit vnde delapsus eò est, oec foràs effluere. Quæ quia parta sunt hæc nobis multò labore, pluribus & quæ fortasse oauseam pariãt, explicuimus. Verumenimuero ab isthac exposita menstruorum occultatiooe, nulla ne præter signatarũ partium acerbitatem doloris molestia, oullum ne in-
10 de exorietur detrimentum? Si aliquid ex illis secretum euacuabitur stillabitque, sola sui copia poteruut tum supereesse molesta, quum sic ex hypothesi purgatiora fiãt, uatura pro viribus alieuum semper quod à se est, expurgante & propulsante fotas. Cootrà autem si τὰ ὑπομένοντα παντάπασιν μὴ ἐκχωρέοντα, modo explicato aut ex antè dictis nuper aliquo nihil eorum effundatur omnino; æquum quoque videarur, vt γίνηται ὑπὸ τούτου ἢ παχέα καὶ γλίσχρα, ἢ κωλώδεα, & ipsa crassiora teddãtur lentáque, & ob eam causam ad effluendum inepta; ideóque potiùs etiam ad obstaculum longè magis accommodata, hoc est obstructiones faciendas: ἢ κωλώδεα, aut quidem crassa simol & glutinosa. Nam caloris à sanguiue concepti acrimonia satis esse potest, vt vtrobique παχύτης crassitudo retineatur, & in viseo uempe & io glutine. Sanguinem melancholicum effici eodémque modo crassum, quoties ipse perspiratiooe caret, est quidem Hippocrateum; idque vtrique hominum generi communiter. At menstruum sanguinem ex suppressionis diutur-
20 nitate γλίσχρον, hoc est visci modo continuitatem seruare, & instar glutinis parti contiuenti hærere, non est vsque adeò norum & familiare. Mulierum corpora per supprellionem menstruorum fieri morbosa scriptum reliquit Hippocrates ooster lib. de puelli oat. itémque in aphorismis. Ita quidem, si eiusce sup- 57. lib. 5.
pteilionis partem corpora exceperint, & continenter noxas percipiant, in peius ruente & aucta magis ac magis ipsa suppressione; atque ea etiam interim iaceant ueglecta. At autem si, dum sperabitur ea curandi ratio quam mox imperabit hic summus dictator noster, ad tempus tãrùm hæc materia menstrualis in vtero cuercebitur; tum pro genere & eius cooditione humoris qui in hac omnium permixtioue & saoguinis concretiooe prævaluerit, huius quoque vel illius menstrua apparebunt cõditiouis & consistentriæ. Ea est eius, quod γλίσχρον, hoc est lentum dicimus, natura; io quo oimirum ἅπαντα τὰ ἔπαρτα ἀξὺ τῶ ἰσίου, vna pars aliam per aliam sequatur, initio ferè 4. de morbis apud hunc nostrum Hippocratem. Mo-
30 dò antea id esse dicebamus buiusmodi, quod si trahitur, suam quàm lougissimè contiouitatem seruat, nec rũpitur facilè. Eiuscemodi vrina fuit, quam, quum io Larissa Theophorbi filius calculo vesicæ cru- lib. 5. Epid.
ciaretur, reddebat. Quod fuit semper certum & quàm minimè fallax eiusce affectioois indicium. Coo-
ditionis autẽ huius est per se phlegma, quud γλιχρότατον Hippocrates appellauit lib. de hominis nat. vi-
scosissimam pituitam, quando humores scilicet vniuersos cõtulit inter se, in purgationis facilitate. Mo-
dò attamen hilem atram exceperis. Sic enim locum hunc acceptum oportet Hippocratis: μέλαινα γὰρ χο- lib. de nat. hum.
λὴ ἢν ἐν τῷ σώματι ἐπίσταται χυμῶν γλιχρότατον, καὶ τὰς ἕδρας χρονιωτάτας ποιέεται. Est namque omoium qui io humano corpore insunt humorum viscosa maximè hilis atra, & quæ ioter omnes facit quàm maximè diuturnas moras. Exceptionis uostræ superioris ipsummer authorem sequimur Hippocratem. Hæc ab eo addita sunt enim, postquam pituitam vocauit viscosissimam, καὶ βίη μάλιστα ἄγεται μετὰ χολὴν μέλαιναν, &
40 quæ scilicet per vim maximè post bilem nigram trahitur, sed dicta de causa. Ex quibus quàm cuique masimè exploratum esse existimamus, in hypothesi à permixtioue uimirum huius prædicti vtriusque, pituitosi nempe & nigri humoris, menstrua lenta reddi: quemadmodum & perfusione multi bilioši qui tandem crassescat, κωλώδεα, glutinosa fieri. Namque glutinis intetiectioue quæ sicca sunt, secum voiuntur: Doctore Gorræo authore; vbi quid κῶλα eiusque quod sit officium, expositi in suo lexico. A quibus vtrisque illis tum nunquam absit quoque crassitudo nunc oorata ab Hippocrate, vti eam cum vtroque nuper perpetuò couuectebamus. Quæ tria iterum sanè atque iterum inculcauimus, quò intelligatur quàm sit ex vsu futurum cuique Medico, artem & industriam summam adhibere in suppressis mensibus promouẽdis, qui accommodatè illis medicinam faciat. Sed faciet ipse eo modo qui iam proximè sequitur apud Hippocratem.

50 Χρὴ οὖν πρῶτον τὸν κωλῆα καθαρὸν εἶναι τε καὶ κάτω, *itaque primùm necesse est*, &c.] Ergo humotem qui est in vitio sursum deorsúmque tentat Hippocrates excludere. Vbi inrueri planè licet & contemplari quanto quámque singulari artificio Hippocrates ad hãc curationem aggrediatur. Vode nimirum eius incœpti primordia ducat, scilicet à purgatione totius. Vt nempe quum ab aluo nottimentũ trahant omnes particulæ, adeóque & vterus ipse cùm gratia sui, tum etiam fœtus, ideóque & ortum inde habeat mẽstruus sanguis, de quo hæc inita ratio est; cõsentaneum videatur esse vt priusquam riuulus emunderur expurgetútque, velut est in Medicorum præceptis, quòd eluantur priori loco sordes sontis, quò eniteant riuuli. Quæ deducta sunt ex Hippocratis doctrina, vt est integrum cuique ex initio lib. 4. de morbis colligere. Hac siquidem via fiet, vt postea dum vtero remedia admouebuntur ex arte, quæ sanguinem aut in eo aut ab eo detergeant, nihil in eam partem deriuetur ab aluo, quod malum malo recenti queat au-
60 gere. Atque eodem sanè pacto erit tum Medicina secura. Quid verò istum sanguinem expurget ad partes pudendas admorum, suo statim loco inter præsidia receusebitur. Sed hîc interea operæpretium est industriam Hippocrateam demirari. Vtrinq; ciet ipse sanguinem suppressum quibuscunq; modis fieri poreſt. Vt non satis fore sit ratus extrorsum & admotis menstrua cõmouere, nisi intus etiam eadem foras per assumpta propulset. Voiuet salem verò purgatiooem, vt viris & mulieribus communem, de industria prætermisit, siue ea suscipiatur vomitione, siue deiectioue, ἔνεσι, deinde, hoc est, ea tamen perfe-

cta & præcedente (τὰς ὑσέρας πεσσόντα) ad particularem tempori trãſeundum eſſe iubet, quæ fiet per peſſarium. Namque πεσσόντα legimus ſine ἰῶτα ſubſcripto, quamquam retineri etiam poſſit: ἀφ' ὗ, cuius opę ſanguis cieatur. Anamen ſi, vt eſt priùs dictum, legatur, alteri verbo πινόντα reſpondebit, quod ſtatim eodem loco ſubſequetur. Sed an διαλείποντα, intermittendum ſignificet eſſe vſum remediorum, vt freqnẽter poſtea, quò de illorum fructu interim iudicari poſſit: an verò Ioniſmus ſit, cõmutata ſcilicet in tenuem aſpirata: vt perungendus ſit vterus peſſo remoto, iure quæreretur; ſi qui poſterior ſenſus eſt, non conduceret potiùs ad curationem ſuſceptam. Nam & inunget poſtea iſtas partes author, quò ſiccm magis emolleſcant. Exẽpli gratia æquas partes mellis & myrrhæ in peſſarium miſcebat effoetoabárque Dioſc. cap. 132. lib. 3. intromittendum; eóque detracto penitiores eas partes illinendas eſſe ſuadebat Hippocrates vnguento albo. Sed de iis ampliùs multo ab Hippocrate poſtea, vt & de vaniis ad id potionum generibus. Inter quæ quum magnificè quid ſenſerit Hippocrates de crethmo, potiores ei quidem tribuit, ſi propinabitur ex vino tædaceo. Propinabat autem Hippocrates contritum τὸν φλοιὸν τῆ κρίθμου, corticem crethmi ex vino lib. de nat. muliebri. Sumus ipſi memores & teſtes, quàm ſit frequens & vſitatum apud Germanos, Heduos, & qnamplurimas alias gentes vinorũ factitiorum habere diuerſa genera. Ipſi quoque legimus quomodo aduerſus vteri dolores vinum Dioſcorides confecit ex radice dauci, vt menſtrua commoueantur, ructus, & vrina. Deſcripſit aliquod eodem loco ex ſabina ad menſes ſuppreſſos. Vino quoque ex panace menſes detraxit, etiamque partus. Nónne helleboro, aut ſcamonio, aut cucumere ſylueſtri iuxta vitium radices ſato medicatum vinum partus necat? φάρμακον hinc ſanè illi dictum fuit. Imò quod facit abortus, idem ipſe incoquit muſto camæleoorem, quod poſtea mulieribus exhibet, quæ ægrè purgantur à partu. Cum veratro & aphronitro aliud vini patat genus quod abortus quoque facit & partus oecat. Atque etiam ex paſſis vuis, veratro nigro, odorato iunco, calamo aromatico, iuniperi baccnlis, myrrha & croco, iuſta menſura, tempore & modo commixtis in muſto, ibique excoctis vinum componit quod à partu purgat & abortu, & fœtus expellit. Idémque ipſum aduerſus vteri ſtrangulatum efficax illi viſum eſt. Quæ præparandi ratio apud nos iampridem exoleuit noo ſine valetudinis etiam vtriuſque inctura & detrimẽto. Incoqui poterit vtiliter crethmon in muſto in eundem ſcopum, ſcilicet Hippocrateum. Nec ſanè dubitamus quin huiuſmodi multa vinorum geneta üs queãt morbis prodeſſe, quibus ex vſu creduntur fore. Quod quum habetet perſpectum Arnoldus à Villa noua Medicus doctor illuſtris & in philoſophia quàm veriſatiſſimus, amplum librum de vinis edidit factitiis, quæ Medicinæ vſui conueniunt ad varios morbos corporis. E quo qui medicamentoſis vinis delectantur, & illa conficiendi modum & eorum facultates facilè conſequãtur. Auditote etiam quanto eos iuuent qui booa valetudine perfruuntur. Medicata vina apud Dioſcoridem, rectè valentibus ſunt inſalubria, lib. 5. Attendite etiam quid de vinis Plinius in ægrotantibus cap. 1. lib. 23. Nunc circa ægritudines ſermo (ait ille) de vinis erit. Saluberrimum eſt cui oihil in muſto additum eſt, meliúſque ſi nec vaſis pix affuit. Reſina quæ condita ſunt, frigidis ſtomachis vtilia exiſtimãtur. Nouitium reſinatum nulli conducit, menſibus mulierum & dyſentericis prodeſt: ſed rubrum nigrúmque adſtringit magis. Innoceotius ſola conditum pice. Hoc genus vini calefacit, coquit purgátque, vteri (vuluæ enim perperam ſcripſit) vtile dolori. Deinde vbi eſt multò plura loquutus, Ad omnia hæc (inquit) vtilius id quod naturæ ſponte picem reſipit, picatúmqne appellatur. Quod quum qnid Plinius vellet ooſtra ſententia, quidam oon ſatis concepiſſent; hîc vinum modò tædaceum, modò picatum interpretantur nimis inconſtanter. Et reuera pix Brutia Plinio ad vaſa condendo vino probabatur in Italia, quæ fieri ſolita fuit è picea reſina. Lubricus verò ſatis eſt hic locus & qui etiam ſit ad explicandum perdifficilis. Dum interim meliora cogitamus, ſint hæc vobis (ſi placet) ſatis. Hic demum expendatur quæ ſit authoris hypotheſis, quæ ſit mens & ſententia. Menſtrua poſuit duobus affecta modis ex ſuppreſſionis diuturnitate & humoris dominantis affectione atque natura. Quibus ſi medicina facienda tum fuit ex Hippocratis inſtituto atque præſcripto, vinum hîc quod tædaceum dicimus, totidem debuit duobus pollere. Vt quod in ſuppreſſis menſibus denſum euaſerat, attenuari poſſit; & lentum incidi; quódque tenax vaſíſque hæreſcens, eluí & detergeri queat. Sno cuique marte & arte in rem preſentem concinnandum erit ex crethmo, marino fœniculo. Detergendi viribus valere credi ut Galeno ſimplicium ſexto. Eúíſque radix eum foliis & ſemine incocta vino, poru prodeſt vrinæ difficultati, regióque morbo, imò etiam ciet menſes Dioſcoridi, lib. 2. Vt minimè debeat mirum videri, ſi totidem viribus pugnet aduerſus ſuppreſſos menſes vinum tædaceum in hypotheſi, ex præſcripto veteris magiſtri. Nec prætermittere voluimus quod Græcis πεύκινα dicitur, vinum cõfectum eſſe veteribus, Gal. ἀπὸ τῆς πεύκης, cum piceæ arboris cortice. Et hæc quidem plura de vinis, ſed in üs quodnam erit quod λόγου δεῖται? Deluſus Plinius queat videri qui diſcretum arboris genus tædam ratus eſt ab illis quinque quas arbores cognatas eſſe dixit in Europa, cap. 10. lib. 16. Quum enim dicere de omnibus quæ picem gignunt, fuiſſet illi propoſitum, vt tota ſcilicet coodieodi vina origo dignoſceretur, Quædam (ait) in Aſia ferunt aut Oriente, è prædictis picem. In Europa ſex genera cognatarum arborum ferunt. Atque eas poſteaquam omnes ex ordine recenſuit, larici quintum locum deſignauit; ſextum genus eſt (ipſe quoque ſubiunxit) tæda propriè dicta. Quaſi hæc ab aliis arborum generibus diſcrepet longiſſimè. De Theophraſto ſuſpicabamur quòd perbellè veritatem oluiſſe viſus ſit, quando eodem ipſo capite ſubnectebar, Laricis morbus eſt vt tæda fiat, ſi de ſexto illarum genere ſic non eſſet loquutus. Quum enim communiter accidat arboribus quæ reſinam fundunt, vt tæda fiant; pini attamen propria hæc affectio eſt cap. 10. lib. 3. vt quum tota in tædam tranſierit (incolæ id teſtantur Idæi) ſponte quaſi ſuffocata intereat. Vide & cap. 15. lib. 5. apud Theophraſt. Vide & Plinium cap. 24. lib. 17. Pinus paulatim ita fieri conſueuit ſponte naturæ. Addit ars tamen aliquid, & tædificationis (vt ita dicam) tempus ipſa accelerare poteſt, vti explicatur ſuprà citato loco. Vnde ſcriptum etiam legimus

cap. 45. lib. 5. Dioſcor.

Dioſcor. lib. 5. cap 38.

cap. 132.

lib.9.cap.2.apud eundem : Οὐχ ἅμα δὲ καρποφοροῦσι αἱ πίτυες καὶ διαδιφοῦσι, & quæ sequuntur. Non eodem tempore fructificat pinus & tædificat. Fructificat autem (ait) nouella quamprimum, longè verò postea tædificat, facta scilicet vetustiot. Sed hac de re plura quàm par erat. Noo nũc apud Hippocratem eadem ratione qua apud Germanos & eorum coosines vniuersos, frequens fuit vinorum medicatorum vsus: quòd oempe illi odoratis & concinnatis delectantur potionibus, annotatore Matthiolo: nunc verò, vt incidendo attenuandóque & derergendo aliquis percipiatur fructus ex eo.

Hv δὲ αἱ ῥύσιες μὴ γένωνται, ἴσως, &c. quòd si profluuium non fiat] Aut cum antedictis ita hæc cohærent, vt reddidimus: aut quemadmodum discretæ erant inter se quotquot ferè præcesserunt hypotheses; ita hæc quoque debet intelligi per se, vt sensus sit huiusmodi. Si quãdo cueniet vt menses periodicè noo effundantur, nec pro consuetudine, inde argumentum ducatur & suspicio quædam suboriatur grauiditatis. Si autem mulier ooo cõceperit, sed subsliterint menses aduersa & patiente oatura, signa tum elucebuot quæ sequuntur apud Hippocratem. Quæ expositio an ei sententiæ repugnet quæ statim deprometur ex hoc eodem authore, vestri sit iudicij. Vtrobique enim consequentium signorum causæ sunt oobis excogitandæ. Non simplex inprimis nec perueceſſarium ex suppressione sola argumentum grauiditatis duci testahitur aphorismus lib.5. Ἢν γυναικὶ καθάρσιος μὴ παρέωσιν, Si mulieri cessent purgationes, &c. Hac ratione nunc consequenter (διὰ τοῦτο τοίνυν τοῦ) noo autem, vt aliàs, λεχθέντος) videri potiùs quàm statuendum esse Hippocrates ratus, ita loquebatur. Sed quæ subsequuntur, sic tantundem modò illatam suspicionem imminuunt. Quòd scilicet (μισγομένου αὐτοῦ) rem suam cum viro communem molestam esse sibi mulier dicat, nec citra dolorem, viri fere cõsuetudinem queat. Prima est hæc opposita nota. Id enim alienum in iis non est quæ vtero gerunt; quum pudendum interius nihil tum contioeat duce natura. Contrà ergo se res haber in hypothesi. Nec solùm intus obstaculum aliqnod sentitur inesse in ipso congressu, sed hanc extra rem (βεῖσος ὑπόπτως) sola etiam mulier perseotiscit intus aliquod fieri poodus & in dies adaugeri, quod secundum nimirum erit. Cni etiam adstantes coacti tandem cooseniant; quum (καὶ ἡ μήτηρ ἀναῤῥήγνυται) palàm valde tumescat venter: idque tertium est. Ne verò ex sequenti oota velle hoc idem Hippocrates putetur, quòd nimirum quia (ἐμπίπτειν ἐπιθυμοῦσιν) omnia concupiscat mulier grauidarum instar, ac etiam inde concepisse tunc verè idcirco concludatur: addidit is quoque, ὡς ἐν γαστρὶ ἔχουσα, ac si vtero gestaret. Vode verisimiliter dicatur anceps hoc esse postremumvc vtrique commune signum; sicuti reuera esse postea dignoscetur; & cui præter oaturam menses restiterunt, & cui propter cõceptionem. Ἐπιθυμίαν verbum, quo iterum tertióque Hippocrates postea vtetur in hoc eodem libro, & quod in exegesi sua Galenus per verbum ὄρεξιν expositi; à quo cum qui post eum extitere, minùs recederent, de affioitate qua mulieres iunguntur inter se, voluerunt interpretari. Nos autem attentiores facti aliquantò monimento Aristotelis, consulere locum maluimus & relegendo meditari, & consequi meditando, quòd apud Aristotelem διαφυὴ, ὑός, vterus est, è qua dictione ἐπιθυμίαν possimus deriuare. Libro tertio de historia aoimalium, Aristotelis hæc verba erant de mulierum quidem partibus: καλεῖται δ' cap.1. πύτυρα, τὰ μὲ ὕστερα καὶ διαφυή· ὅθεν καὶ ἀδελφὰς προσαγορεύουσι. In iis verò recensentur partes (vt sic dicam) penitiores aut quidem posteriores, adeóque vterus ipse. A qua etiam parte hactenus consuenerunt nuncupare fratres. Vt hæc verba Hippocratis superiora καὶ ἐμπίπτειν ἐπιθυμοῦσιν ὡς ἐν γαστρὶ ἔχουσα, istud sonent, *Ac tum in vterinos mulier appetitus inducitur, quasi vtero gestet.* Dixissemus alioqui, *Si verò tunc consimiliter ac quæ vtero gerit, ipsa concupiscit.* Sed ἐπιθυμοῦσιν ἐμπίπτειν Hippocrati iam dicebãtur quæ more grauidarum aliena solent concupiscere, sicut isthinc didicimus ex Aristotele. At cur hæc affligant & iis in partibus quas enumerat Hippocrates, mulierem exerceant symptomata, si rogas; scito isthæc communiter accidere mulieribus vtrnsque vtriusque conditionis ad diem vsque quinquagesimum, diffusa nimirum modò in hanc, modò in illam partem quæ nunc inppressa ponitur menstruali materia. Dictat id oempe aphorismus 53.lib.5. & longè apertiùs Galeni commentarius isque perdoctus. Neque enim omnes eas paritet simul æqualitérque licet dolere, nisi copia suppressi sanguinis ponatur summa exuperánsque. Redundarent alioquin ὀδύναι καὶ ὀδύναι, nimis quidem insolenter, quæ scripta tamen legunrur in oratione Hippocratis breuiori.

Καρδιώσσει, ac stomachi tentatur morsus] Modò in memoriam reuocentur est necesse, quæ de causis morsus stomachi dicebantur antea, vbi de iis quæ calorem præter naturam & sitim faciunt, etiamque anxietatem, superiùs agebatur ab Hippocrate. Mordebatur stomachus ac eadem ipsa ratione flaua quoque bilis eructabatur ex menstruotũ suppressione. Sed de iis antehac multùm copiosè. Cur autem huiusmodi calamitates opprimunt mulieres præsertim, ἐντὸς ἡμέρας πεντήκοντα μάλιστα ἴσασι, quinquaginta diebus exactis? Hippocratis assequi mentem eámque periphrasticas expooere, visum est quibusdam ooo laborioſum magnopere. At ratiooem suæ tedditionis adferre, illis nimis arduum omnibus omnino fuit. Atque hic oos etiã locus vt interpretes reliquos facilè præterüisset, nisi sedulò animaduertissemus in Hippocratis doctrina, vt & in natura, duobus modis appetentiam deprauari mulieribus ex suppressione menstruorum. Eò cogitationis autem nos iodncti sumus, quòd diligẽter expenderimus, cur nam sit additum ab Hippocrate, *maximè autem post dies quinquaginta.* Hippocrati tũc sermo fuit de mulieribus quibus restiterant menses repugnante oatura. Totidem enim elapsis à suppressione facta per cõceptionem aut etiam aliquantò pluribus, solent vt plurimùm mulieres leuari molestiis ab hoc dignissimo authore modò descriptis, vt & hoc præsertim deprauatæ appetentiæ symptoma desinere. Ergo se sic res hìc habebit aliter, isthic etiam aliter. Hic oũc etenim vomitione vitiosus humor redditur, partim dewictus coquitur edomatúrque, quemadmodum & propagari huc desinit & illuc ciborum quamuis alieni abstinentia, quibus hoc malun poterat foueri & adaugeri plurimùm. Adde, si placet etiam, quòd elapsis iisce tot diebus, factus ipse fœtus aliquantò auctior, & in alimentum & in incrementũ trahit ac conficit san-

guinem longè copiosum magis, vt parciot inde supersit qui suprà refluens opprimat & queat tantopere ac oupet esse molestus. Iis sanè ac pluribus de causis æquum videatur hoc tunc prægnátibus desiturum symptoma. Quo eodem dimenso confectóque temporis spatio, dierum scilicet quinquaginta, in suppressione menstruorum symptomatica quæ præter naturæ institutum est; tantùm abest, vt enumerata modò miteſcant symptomata, leviorâque fiant; vt cootrà menstruorum dicta suppressio, quæque grauiora reddat, & appetétiam faciat deteriorem, potissimùm verò post dies istos quinquaginta. Aucta est siquidem tũc causa magis, & potentior longè effecta, ancto nimirum vsquequaque humore qui refluus est in omnem partem, quum sit is quoque deteriot. Etsi igitur appetentia vtrobique deprauetur, id attamen discriminis per nos statuatur, quod apertè fieri vulgò demonstrauimus peractis diebus quinquaginta. Adeò vt si citra conceptionem tantisper menses supprimantur, haud debeat mirum videri si tempore nunc definito ab Hippocrate, tum præsertim mulieres angantur grauiùs & pluribus modis, & deprauatè etiam concupiscant quæ à natura abhorrent & ciborum cõsuetudine communi. hoc tum enim fit ἀλλοφαγώτερος. Igitur post eos dies turgescens suppressus sanguis valde dimouetur, & vt in infernis modò subsistens sæuit in eas partes (κατὰ τὸ ὑμφαλῶ) quæ vmbilicum circumstant, ita modò ad ceruicem impetum facit & partes superiores: sed sæpius in imo manens, vehementiùs quoque premit propinquas & circumiectas. Adeò vt ἐπ' ἔνιαυτὸς δύο ἢ τρεῖς γίνονται, duobus aut tribus vt longissimùm mensibus elapsis, nonnunquam inde exitum quæritans vi maiore menstrualis ille sanguis, per pudendum confertim effundatur & copiosus. Cur verò quæ tum excluduntur ὅμοιαι ὑφαὶς effingant similitudinem caruncularum? (non enim leges Grammaticæ hîc ὁμοίως ferunt) Sanguinis sola copia molesti, & alioqui laudabilis concretio causa putetur ὡς ἐκ διαφθορᾶς, ac si accideret id ex fœtus corruptione. Qui enim tum sanguis in vteri venis cumulatus manet & arteriis, si in fundum & vteri canum effunditur, ibi concrescit in grumos; vnde ad τὰ ἀπόκρισις Hippocrates quoque adiunxit μάλιστα, vt non solùm grumescat effusus, sed etiam nigrescat. Videbis aphorismum 20. lib. 6. (si gratum erit) & commentarium eruditionis plenissimum Galeni, è quibus banc expositionem transtulimus.

Εἰσὶ δ' ἷσι καὶ ἕλκεα γίνεται ὑπὸ τούτων, sunt & quibus nascuntur vlcera] Modò à sola copia sanguinis suppressi ducebantur causæ antedictarum molestiarum. At si ad eam quoque accesserit aliquando hostilis qualitas quædam, vt quæ ortum potest habere à bilis permixtione aut pituitæ puttentis & salsæ, καὶ ἕλκεα γίνεται, atque eodem modo menstrua effundantur quo proximè antea, ὑγρὰ καὶ ἀφρώδη, cum impetu scilicet & multa; tunc sit maximè metuendum ab vlceribus. Potissimùm verò si quæ simul & semel effusa est materia menstrualis in caunm vteri, stillandi postea finem non faciat, sed continenter aliquid fluat & sæpe cadat. Inde enim vlcera enasci solent. Quæ simulatque ipsa comparuerint, monet Hippocrates vt quanta poterit fieri sedulitate, omne studium Medici conuertatur ad cutationem illorũ. Ne scilicet si malum inueterarit, immedicabile fiat; quemadmodum explanabitur magis postea suo loco ab Hippocrate.

Πολλαὶ δὲ συμβαίνει, multis verò accidit] Multiplicis generis hîc proponuntur hypotheses ab Hippocrate ex suppressione menstruorum symptomatica. Nunc enim triplex primùm ponitur. Quam quidem diuersitatem mouere possit locorum varietas in quos suppressa materia per cuniculos fortè diuertent. Quum namque ira nonnunquam affecta sit mulier (ὅτε δυσὶν ἐξ μησῖν) vt ex ea retentione concepisse existimetur & vtero gestare adhuc vsque ad sextum mensem, vt longissimum; (In eo enim spatio breuiora quoque comprehenduntur, ideóque etiam addidit Hippocrates, ἢ καὶ ὀλιγῳ ὑπέρπλεα χρόνῳ. Hanc porrò grauiditatis suspicionem faciunt (ὑγρὸν περίκειται, &c.) ventris prægrandis tumor, aliaque signa quæ solent prægnantibus affidere) quum, inquam, mulier ita affecta sit, accidit sæpenumero, vt (ἔστιν ὅτε ἴσει ἐξαπίνης) exesa tandémque rupta cute excrementa quæ sint sortita naturam puris, postea effundantur per eam partem quę sit inguine aliquantò superior. Idque fit aliquando quinto mense aut sexto, quoties scilicet maturiùs profunduntur menses. Accidit & aliàs, vt si fortè suppressus ille sanguis corruptus insinuarit sese in partem quæ infra inguen est, eam quoque partem erodat similiter; vnde (ἕλκεα γίνεται ὑπὸ τῶν μήτρων καὶ κάτω ὑπὸ τῶ, &c.) vlcera prędictâ quoque eam partem obsideant. Peruia sunt quæque reliqua & quæ sine vllo negotio consequatur lector, qui quæ nuper de iisdem scripsimus, eorum fuerit memor. Tertium est quod ex qualitate peruersa menstruorum, quæ tantisper suppressa vt nũc ponuntur, euenire cõsueuit, quod (ἔνιοι δὲ καὶ τὸ αἰδοῖον ῥήγνυται) & quibusdã aliàs accidit, vt nonnunqnam conuenienter magis, hoc est per pudendum, locum conserẽtem, quia à natura in id destinatum est, suppressa profundantur. Ac tum quoque putrefacta procedunt purulentáque, vnde etiam vlcera suboriantur, à quibus periculum imminere possit, ait Hippocrates. Eamque ob rem monet incumbendum diligenter vt suprà Hippocrates, ne πολλαὶ γίνονται, inueterascant. Fiet namque sic vt minimùm mulier ἄφορος, quæ nunquam concipiat, aut quæ perfectum fœtum nõ edat. Quòd nimirum deinceps via pateat mensibus per eundem locum, quemadmodum notatum est ab Hippocrate in hypothesi superiore. Mori ergo & sterilescere est duplex prognosticum. Attamen non inde perpetuò sequi sterilitatem historiæ antea nuper fidem fecerunt, vt quas de tonsore chirurgo Buneo commemorauimus.

Ἢν δὲ μὴ ῥαγῇ τὰ, quòd si non effundantur] Quòd si ne iis explicatis aliquot modis quæ sex menses sunt suppressa, excludantur; sed maneant adhuc διαμένῃσι, & intus coerceantur; expectanda mulieri eadem quæque sunt, (vetat enim ratio Grammatices ne πάσχοντα πάσχα ἀφ' τῶ ἀπλοῦ, reddamus sic cum cæteris, *similiter omnia patietur quæ mulier sterilis*) in quæ diximus antea ex sentẽtia Hippocratis, eam mulierem incurrere quæ nondum peperit, quia nuoquam concepit. Ei tamen menstrua tantisper suppressa manserunt ex hypothesi, nempe per sex totos menses, quòd neqneant exitum nancisci, nulla nec supra inguen nec infra data porta, ne quidem per pudendum. Quæ tres nuper erant omnino euacuationis viæ.

Καὶ διὰ μὲ διεκπονῆ] Hæc attamen remediis accommodatis, vt restituatur pristinæ valetudini, conandum erit.

dum erit. Quòd si fieri non possit, aut iaceat neglecta; δαρύνεται sufficere quidem poterit vt longissimùm, ad octauum mensem suppressionis; sed ferè quidem fit, vt non diutiùs spiritum nec vitam trahat in hypothesi.

SENTENTIA DECIMATERTIA.

Γολλῆσι δὲ γίνεται, ἰὼ τὰ καθαρ- 1
μίω φλεγματώδεα χωρέωται ὅτι
πολλὸν χρόνον, καὶ ἐλάσσονα εἰς τὴν ὑγιη-
ρὴν.

Ὑγιὴς δ' ἦν σὺν κόσμῳ τῷ προσήκοντι 2
ἐπιθῇσι.

Ἢν δὲ τὰ ἑπταμήνια γυναικὶ χωρέῃ 3
μὴν, ἐλάσσονα δὲ τοῦ δίκαιος χωρέῃ,
ἅτε τοῦ σώματος τὴν μητέρων σὺν-
κεκλιμένης ὀλίγον τοῦ αἰδοίου, ἢ αἱμοῖ με-
μυκότος ἐς τοῦτο, ὥστε χωρέειν μὴν, ἀπο-
φέρεσθαι δὲ ἀπ' αὐτέων καὶ αἱ ὁδοὶ
αἱ περαῶσι, ἐπ' ἰὼ κατέλθῃ ἐς τὰς μή-
τρας, τὰ μέντοι (τελείως δ' αἵματος ἑπτα-
μήνιος τὴν σώματι) αἰεὶ προσέρχεται δὲ κατ'
ὀλίγον.

Καὶ ἐπ' ἰὼ αἱ ἡμέραι παρέλθω- 4
σιν ἧσι καθαίρεσθαι μεμαθυῖα, καὶ εἰρ-
γμὴ ὁ αἷμα ἐν τῇσι μήτρῃσι ὁ ἐπιλελ-
φὼς, καὶ ἕτερα ἐπιπεπόνθα ἑπτάμηνα
μὴ ἐξωθῇ ὁ εἰργμὸς αἷμα, ἀλλ'
ἀεὶ βαρυνῇ κατ' ὀλίγον, ἐς τε τοὺς πρώ-
τους μῆνας, ἢ ὅτι δύο, ἢ ὅτι τρῖς, μὴ ἐσὶ
καρτα.

Ἐπ' ἰὼν δ' οἱ μῆνες πλέονες γένωνται, 5
ἔτι μᾶλλον πονήσεται.

Καὶ οὐκ ἔχει ἐν γαστρὶ, μέχρις αὖ ἔτεος 6
ἔχῃ.

Καὶ πῦρ λήψεταί μιν, μάλιστα τοῖς ἡμέ- 7
ρας ἐν τῇσι καθαίρεσθαι μεμαθυῖα, ἢ πε-
δάμου.

Εοικὸς δὲ ὅτι καὶ τὸν μεσηὺ χρόνον 8
πυρεταίνει, καὶ φέρεται, καὶ καρδιώσσει,
καὶ αἰάζει ὅτι ὁ πλῆθος αἰὰ πᾶσαι ἡμέ-
ρῃσι.

Καὶ ὀδύνῃ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ὁ σῶμα, 9
καὶ μάλιστα τὸν ὀσφὺν, καὶ τὸν ῥάχιν,
καὶ τοὺς βουβῶνας, τά τε ἄρθρα τῶν χειρῶν
καὶ ποδῶν.

Multis præterea accidit, si menstrua pituitosa diu feruntur, vt etiam pauciora sint quàm mulieribus quæ valetudine bona perfruuntur.

Sanescit tamen earum vnaquæque, si, vt par est, cura adhibeatur.

Quòd si tum *quidē mulieri excludantur menstrua, sed parciore tamen manu q̄ est ex vsu, fluant, propterea quòd oſculum vteri nōnihil à pudēdo deflectat, aut quia ipsi paululum concidat conniueátque, adeò vt prodeant ipsa quidem, sed ductus ab iis obstruantur quos ipsa pertranseunt; posteaquā ad vterum ipsa appulerint, moderata sensim sanè* tum quidem *cōtinuò prodeunt, instāte* nimirum *ad orificium* vteri *toto sanguine & incubante.*

Atque postquam aduentarint dies quibus assueuerat mulier expurgari, ac circumcluſus in vteri claustris sanguis relict⁹ fuerit, aliáque illabētia deinde *menstrua nō excluserint sanguinem* ibi *concluſum, grauant illam namque paulatim magis ad primos vsque mēses, aut per duos, aut etiā per tres, non ita penitus ingressa subeunt.*

At verò pluribus exactis postea mensibus, ipsa deteriùs adhuc habebit.

Nec vtero tātisper gestare potest, dum sic affecta est.

Nec non etiam mulierem inuadet lenta febris, iisce præsertim diebus quibus assueuerat ipsa purgari.

Credibile etiam est, quòd intermedio quoque tempore ipsa *febricitat & perhorrescit, & quòd stomachi diuexatur morsu, & ad copiam* sanguinis suppressi *addit* quoque aliquid semper *p singulos dies.*

Quinetiam corpus sæpe totum ipsi dolitat, condolent *& lumbi præsertim, & spina, & inguina,* adeóque *& manuum & pedum omnes articuli.*

Quæ partes *quidem nõ ſimul* omnes *cruciantur, at hæc modò, aliàs alia; prout fortè ſecretus ſanguis, qui vtero excipi non potuit, ſuopte nutu aliquò appulerit; & quamcumque in partem corporis impactus fuerit, ea intumeſcit.*

Ταῦτα διὸ οὐχ ὁμοῦ ἀχλεῖ, ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλοτε, ὅπῃ ἂν βέσῃ τὸ αἷμα τὸ ἀποκεκριμένον, ἢ μὴ δυνάμενον εἶναι ἐν τῇσι μήτρῃσι, ἢ ὅπῃ ἐπείξῃ τὸ σῶμα τος, οἷόνπερ ἔστιν.

Hinc quoque nonnunquam *exoritur articulorum corporis conuulſio* quædam *vehemens, & ex aliis ſymptomatis antè commemoratis aliàs aliud emicat in ea.*

Ὅτε δὲ καὶ σπασμὸς ἰσχυρὸς τῶν ἄρθρων τοῦ σώματος, καὶ τῶν ἄλλων σημείων τῶν προειρημένων φαίνεται οἷ ἄλλοτε ἄλλο ἔστιν ὅτε.

Saneſcet ipſa tamen, ſi curatio conueniens adhibebitur; ſin minùs, quum ſeptimeſtris aut etiam diuturnior morbus euaſerit, exitialis fiet; aut claudam eam efficiet; aut quandam pariet partium impotentiam, ſi qui præ vehementia frigoris & inedia iſthuc fortè *ſanguis irruerit, circa neruos concretus hæret.*

Αὕτη, ἢν μὲν θεραπευθῇ καθ' ὑγιὲς ἔσται· εἰ δὲ μὴ, ἢ νοῦσος ἐπάμυνος, ἢ καὶ χρονιωτέρη γενομένη θανατώδης εἴη αὖ, ἢ χωλεύσει, ἢ ἀκρατίαν τινὰ τῶν μερέων ποιήσει, ἢν τύχῃ ῥίγος καὶ ἀσιτίης τὸ αἷμα εἴθε αὖ ἐπέλθῃ, πῆξιν ἴσχει περὶ τὰ νεῦρα.

Hic verò morbus accidit potiùs iis quæ ſine viro degunt mulieribus.

Τοῦτο δὲ νόσημα μᾶλλον τῇσιν ἀνάνδροισιν.

Quòd ſi hæ affectiones inuadãt mulierem quæ iam peperit, & quæ dictæ ſunt & de quibus dicetur, etſi *diuturniores erunt, minùs tamen* erunt *moleſtæ.*

Ἢν δὲ ἐμπεφυτώκῃ τοῦτα τὰ νοσήματα ἐμπείρῃ τὰ εἰρημένα, ἢ ἄσσα μέλλει εἰρήσεσθαι, πολυχρονιώτερα ἔσται καὶ ἧσσον θέρεπτα.

Cæterùm hæc eadem *ſigna iidémque exitus contingunt & ei quæ nondum peperit & quæ partum cum lochiis iam experta eſt, niſi curentur.*

Τὰ δὲ σημεῖα τοῦτα καὶ τελευταῖ αἱ αὐταὶ γίνονται τῇ τε ἀτόκῳ καὶ τῇ λοχείῃ ἐμπείρῳ, ἢν μὴ θεραπεύωνται.

Aggredi verò curationem maturè oportet: alioqui, ſtatim ſe morbi produnt.

Χρὴ δὲ αὐτίκα τὴν θεραπείην ποιέεσθαι· ἢν δὲ μὴ, ἐκφαίνεται αὐτίκα τὰ νοσήματα.

EXPLICATIO.

TAMETSI nos hic locus exercuit, vt vix alioqui nobis ſatisfactum exiſtimemus, niſi altiùs aliquantò res ipſa repetatur, & gratia perſpicuitatis vobiſcum ita loquamur. Nimirum vt nunc ſtatuatur ab Hippocrate hypotheſis de menſibus pituitoſis, qui pigro ſcilicet lapſu, ideóque ſatis quidem diu ferantur, & quemadmodum eſt ipſe de illis loquutus aliàs, qui ὑπνώδεα ῥεύματα, perdutent, diúque fluant. *Hipp. Epid. 6. ſect. 1.* In qua etiam comparatio quædam conootetur eorum cum aliis, & quidem in fluxionis diuturnitate, quos quæ ſanæ ſunt aſſolent profundere. Huc eſt, in quibus, etſi pituita aut quiuis alius humor nuo ſuperat nec excedit: motionis tamen quædam tarditas diuturnitaſque animaduertitur. Vt tandem caoſa huius, in ſanis nempe, vitium putetur eſſe poſitum in conformatione: quemadmodum illius modò erat io immoderatione & intemperie, nec ſine copia pituitæ & exuperantia. Sed cuiuſque humoris omnino eadem ferè ratio eſt. His poſitis, nóone is ordo ſeruabitur ab Hippocrate, vt de menſtruorum ſuppreſſioone ſymptomatica abſoluto capite, hîc ounc diſputatio inſtituatur de profluuio quoque menſtruorũ ſymptomatico? Sed videamus quomodo ounc per comparatiooem quoque reſpondet Hippocrates. Quum enim uon tantùm pituitoſis lentum ineſſe profluuium cuique poſſit eſſe expluratum, ſed etiam maximè ſanis, hoc eſt in quibus nihil debeat ſanguis incuſari, quum fluat is qualis è victima, vt eſt magis explicatum lih. de poelli natura; vndenam hæc fluxionis tarditas io ſanis corporibus ortum habeat? Incudetur hæc cauſa quidem vitio conformationis, ſi priùs explicatiooem alteram quæ fortaſſe ſit veriſimilior, adſcripſerimus. Hæc verò huiuſmodi ſit. Quum Hippocr. hypotheſis eſſet poſtrema de muliere cui lento

cui lento gradu ferebantur menſes pituitoſi, viſum Hippocrati fuit priſtinæ valetudini poſſe ſine negotio magno reſtitui, ſi mulier exquiſito ordine & conuenienti tractaretur.

Hæc ſi obſtipulatio ſanandi ſperanda eſt.] Quòd ſi & poſterioris huius conditionis mulieri aut alioquin bene modò affectæ (ſiquidem ab humore pituitoſo vindicata ſit) ex hypotheſi menſes conuenienter prodeant, pauciora attamen longè quàm par ſit, vnde nam verò id euenit? Deinde etiam quid detrimenti inde ſequetur *τῶν τῆ σώματος ἢ μητρίων ἐξοιδουμένων ἐντερων τῶ*, &c. quia nimirum vteri os aliquantùm deflectit à pudendi principio ſuperiori, quod ſub aſpectum ſcilicet, vt anterius, cadere nequit vnquam: aut quia ad id ipſum principium, etſi leuiter, conniuet vteri orificium, *ὥστε χωρίον μὴ*, vt ſic menſtrua excludantur quidem, ſed ibi tum obſtructio uaſcatur, atque etiam in iiſce vùs per quas peruadere & penetrare ex vſu foret, vt foras ferrentur. At traiicere menſtrua nequeunt ſaltem eam partem quæ orificio vteri eſt vicinior, per hypotheſin. Nam *ἐν ὧν καιρῶ ἐς τὰς μήτρας*, poſteaquam appulerint menſes ad vterum & eius viciniam; *τὰ μήτρεα αἰεὶ περίχυτα ὑπάρχειν ὑπὸ ἐντερων*, moderatè quidem funduntur ſemper paulatim. Quod eſt alienum omnino ab aſſuero mulierum profluuio communi quæ bene valent, in quibus nec moderata, hoc eſt parca manu, nec ſenſim etiam vulgò prodeunt, ſed *κατ' ἐπίῤῥησιν*, multa etiamque confertim vacuantur. Hoc enim verbum & copiam eius quod fluit, & fluxionis modum ſimul notat, quemadmodum huius libri ſtatim principio ex ſententia Galeni expoſuimus in eo tractatu quo conuelluntur ea quæ ſcripſerat Iulianus contra aphor. Hippocratis. Nec id quidem ſecùs quàm quoties natura victrix criticè morbificum humorem propellit. Hoc ſanè pacto, iutemperie frigida laborantibus mulierculis pigritia ſiue tarditas fluxionis menſtruorum ab humoris ſpecie manat uotata nunc ab Hippocrate. Huius æſtimatur naturę pituita ad finem lib. de nat. hom. Quam tarditatem motionis ſimiliter adferre poſſit uiarũ deformitas, quories ſcilicet os vteri à recto pudendo deflectet: aut os quidem ipſum ad pudendum conniuebit. Iſtud verò per obliqnitatem, hoc autem per compreſſionem accidit oſcillorum, quæ in venarum & arteriarũ extremis duce natura iuſunt. Qui modus vterque inſerat facillimè obſtructionis eorum conſequutiónem. Namque niſi viarum libertas ſpatiique adſit, vix quod in eo dimouetur, vt æquum eſſet, petueniat ad metam. Vide Hippocratem ad paginã primam totam ferè libri de Sterilibus. Vnde æquioribus de cauſis illi reputentur uon parum aberrare ab Hippocratis artificio eóque vero, ſiue reſiſtentibũs menſtruis mederi incœpter pharmacopœus, ſiue ad id ſeſe offerat vltrò chirurgus. Nam quemadmodum ipſi audiuimus, quidam ſunt vtriuſque ſortis huius hnmines, qui iſtud audeant nimis impndenter, quia inſcienter ſanè, pollicitari. Quódque eſt aliquantò operoſius, eò iam ipſi venerunt licentiæ ant nequitiæ veriùs, vt certiſſimam apud omnes profiteantur fœcunditatem. Ignauum & iners in hoc pecudum genus! Quid ni iis pecudibus cæteriſque beſtiis antecedat in hac arte, Medicorum induſtria? Hic Medicos appellamus hac diuina eruditos arte Hippocratea. Si quod hîc vitium duplex notauimus, nunc cum Hippocrate cauſa fuerit pigritiæ menſtruorũ effluuij; alterum ſcilicet in lento mobili viſcoſóque, alterum autem ſit in ſpatio poſitum & eius inflexura & obliquitate; etſi hoc attrectatũ quidem, manu iudicetur; illud verò cadat ſub aſpectum; neutrum attamen niſi Medici, Hippocratis præſente doctrina inſtructi, trutina debet nec ponderari nec diiudicari. An à conformatione dimanet hic error, ſolo manus tactu percipi quidem poteſt. Quòd ſi à permixtione humoris pituitoſi, etſi pharmacię ſolius ope poterit id reſtitui & perſanari; id ne protinus tamen diſcernet pharmacopola? Quis etiam chirurgus tam audax pudicitiæ ſinum attrectet, vt an vteri os aliò diuertat, digito iudicet, niſi conſilio Medicorum fretus factúſque eruditior, ac Medicorum quoque monitis honeſta ea id perpetiente aut virgine aut muliercula ad id conſentiente? Hoc certè diſcrimen vt & percipi & tolli poſſit, Medici, hoc eſt Hippocratis ſummi, opus eſt doctrina. Tam verò eſt parum nunc Medico decens & honeſtum, illius vtriuſque operarij munus adminiſtrare, quàm is vterque Medici officium faciet parum ſcienter. Quas ipſi percallere poſſunt artes, quicquid obganniant, eas quoque Medici uorunt facilè. At habilitatem & ad ſuũ obeundum munus induſtriam ſua qui ſunt conſuetudine maiorem conſequuti, cæteris iure præſtant. Quum præcipuum ſit & ſatis abunde fuerit, ſi Medicorum præſcripta tanta fide exeqnãtur & tam artificioſè, vt inter ſuæ & cuiuſque ſortis homines nulla ſit omnino querela, nulla coutrouerſia, at potiùs inuidentia. Operæ pretium quoque fuerit, ſi ſummo apud ſe iudicio Medicus perpendat & diu examiner, antequam quid certum in hypotheſi ſtatuat de pigriore mẽſtruorum profluuio. Atque vt audaciùs aliquantò & apertiùs uoſtram ſententiam proferamus (tantum nos Hippocratis tribuimus autboritati ſimul & veritati) ſi quæ è muliebri ſinu effluunt tardo lapſu, permixtione pituitæ carebunt, vt nullo pacto viſcoſa compareant; (quò maneant Hippocratis iuſſu in *ἔχω* omnia pudica vel in hypotheſi) Medicus facilè careat chirurgorũ manu, nixus iſthoc dilemmate. Vt ſi nihil viſcidum ineſſe in hoc profluuio aſpectus fidem fecerit eamque certam & plenorem, quòd vt fluxionis eorum tarditas parſimoniáque pendeat ex conformationis errore, videatur omnino neceſſarium. In his namque nihil tertium poteſt excogitari.

An τῶ σώματος ἢ, nempe orificio vteri] Conformatio quoque oris vteri hîc bifariam in vitio eſſe poteſt. Eáque de cauſa in eo nunc Hippocrates duo notauit, à recto uempe declinationem, quam dictione ſignabat *ἐξοιδουμένων*, vt & conniuentiam proximè poſtea ſequenti *μεμυκὸς*. Siue enim oſculum vteri diuertat & aliorſum incliner ab interiori extremo pudendi, ſiue etiam conniueat; non vſque adeò tamen à via recta deflectit in hypotheſi (ideo namque *ἐντερων* addidit) neque tam ſtrictè conniuendo premitur, (eáque ratione *ὠμὸν*, quod eſt *μεμυκὸς* Erotiano, additum quoque fuit ab Hippocrate) quin oſculum ipſum aliquãtùm dehiſcat, ſed ita mediocriter inter ea quæ alioqui poſſent eſſe ſumma, vt quemadmodum magna viarum amplitudo uon adeſt in hypotheſi, ſic vt omnino non deſit, nec nimia præſens ſit conſtrictio. Namque mẽſes feruntur, quamquam mediocriter ex hypotheſi, attamen ita quidem per

angustias, vt vteri os & viæ quoque sanguinis magna queant ex parte obstrui. Quæ causa nunc ponitur, cur sanguis ad vterum descendens (περίεχεται κατ' ὀλίγον) sensim fundatur, πλείους τὸ αἷμα τὸν ὑστερικὸν τῷ ὄγκῳ. Totus is namque sanguis insidet in vteri oscillo, & id ipsum premit & instat. Vt ersi præcludatur quasi via (quando sic strictior aliquantò redditur) menstruis alterutro prædictorum modo: quia tamen eò totus appulit, nõ ita accuratè, vt dictum est, stringuntur orificia venarum, quin (εἰσὶ περίεχονται δὲ) sanguinis aliquid semper effluat. Vsce præsertim diebus, quibus sanguis ipse cõsueuerit periodicè in vterum per septenarios influere exitus causa. Quum verò totus non effluat qui ad exitum eò concurrit, in vteri vicinia stabulatur tãtisper dum periodus altera renouetur & recens adlit. Tum namque qui ad vterum sanguis conuictur in eundem semper scopum, vi sua copiaque hinc eum fortè non expulerit qui ex periodo superiore conclusus ibique relictus modò ponebatur, sed eam partem semper paulatim tantùm grauarit, saltem εἰς τὰς περάσας μείζους, ad priores vsque plures aliquot menses; (alioqui per duos aut tres menses sanguis valde copiosus non subit vterum nec ingreditur) sequitur vulgò vt (ἐν τοῖς εἰ μείζοσι πλείοσι χρόνοις) aucto mensium numero omnes quoque molestiæ incrementum accipiant. Quódque latet chirurgos omnes & pharmacopolas, (οὐκ ἴσασι οἱ χειρουργοὶ, μάγειροι καὶ οὗτοι ὄντες ἴσως) nunquam cõcipiãt mulier quandiu sic affecta fuerit. Opprimitur siquidem vterus, cuius hæc propria actio, reuera conceptio est. Notãdum est porrò, quòd perperam multi ἐξῆς legerunt pro ἐσὶν, quod non esse prætermittendum duximus.

Καὶ πᾶν λήγεται μᾶλλον τὰς ἡμέρας ἐν τούτοις, *inuadet mulierem in præsertim diebus*] Sola copia molestus nuper erat sanguis diuertens in vterum aut eius viciniam, nec hinc ipse dimouebatur, quum omnia quieta manerent, saltem sine exacerbatione. At (ἐν τοῖς καθαιρομένοις) quum certo dierum numero expurgari natura consueuerit & quidem suopte nutu nec sine turba; quidni ex irrita menstruorum commotione ita tum magis augeatur febris, vt appareat quàm vehementissima? ἐνδυσὶν enim nunc volentes connectimus cum verbo περιλαίνω proximè sequenti; quandoquidem non ita tum sæuit febris, scilicet in internallis quæ intersunt inter periodos. Nonne periodicæ morionis principium alterum antea ταραχὴν conturbationem posuimus ex sententia Aristotelis, cui sic congruenter videbatur cum Hippocratea?

Εἰκὸς δὲ καὶ τὸν μανικὸν] Credibile etiam est, quòd febris lenta erit, si sanguis sola copia grauis est; aut si aliquantò quidem calidior (quum à temperie nempe recesserit nariua) integer attamen immolatúsque adhuc manet stipatus venis vteri, ibique conclusus secundis mensibus tertiusque. Temporis autem progressu paulo longiore, quum symptomata quęque instè augeantur magis magisque, consentaneum omnino videtur, vt etiam inter periodos non solùm concepto sanguinis incendio prætet naturam, sed & fortè etiam putredine, qui conclusus alieno loco teneatur sine transpiratione, febrem exacerbari aliquando & inborrescere. Ad huius loci sensum faciliorem legito apbor. 61. lib. 5. & sententiam Galeni in commentario.

Καὶ καρδιαλγίαν καὶ αἰσχρὸν ὕδωρ τὸ τοῦτον αἱρεῖ, &c. *stomachi morsu mulierem diuexari*] Et huius morsus causas repetes, si placet, ex superioribus, quum semel ac iterum à nobis dictum sit in re consimili. At ad copiam menstrualis materiæ aliquid quotidie mulierem conferre, quomodo consentiet cum iis quæ est ipse loquutus è contrario, in libello scilicet de puelli natura? Existimauit enim nihil periodicè in grauidis commoueri ad vterum, quòd sanguis qui secretus beneficio naturæ accingentis se ad expulsionem eius periodicam, quotidie in vterum illectus illabitur. Hæcque ipsa causa ab eo statuitur, cur in grauidis per periodos nihil conturbatur. Secus autem se res habet in suppressione menstruorum, vt in hypothesi. Frustra nunc alioqui dies purgationis menstruorum consuetæ notasset Hippocrates. Frustra quoque intermedium illud tempus, quod periodis definitur menstruis, commemorasset. At sese hinc sua hac commentatione animus nostet sic expediet, vt adaugeri copiam sanguinis opinemur quotidie in corporis partibus quibusque; quæ tandem depulsa adpellat ad vterum, non quidem per dies singulos, sed demum periodicè per suos septenarios. Ex accidenti igitur tantummodo sanguinis menstrualis fiet cumulus amplior in vtero per dies singulos, non hîc autem secus.

Καὶ ἀχρὶς ὀδύνη καὶ ὀδύνη τὸ σῶμα, *quinetiam corpus sæpe dolitat*] Atque hæc causa est quidem cur sæpenumero corpus totum (quanquam lubentiùs aduerbia hæc, locorum, hoc est partium, notas esse pouùs opinemur quàm rẽporum) ac præsertim tamen lumbi & spina inguinàque condoleant. Quum namque copia turgescens sanguis suppressus primùm sit, exitu negato incalescit quoque, quemadmodum demonstrauimus, quãdo scilicet explicatum à nobis fuit, quonam modo fieret vt mulieres putarentur viris esse calidiores. A quo eo ipso calore qui est reuera prætet naturã, & qui sæpe dimanat ab vtero ad corpus vniuersum, minùs mirum videri debet, si qua tori corpori venit molestia & aliquis adfertur dolor, ab immoderatione scilicet & intemperie; quæ doloris causa potior & prior priùs habita fuit. Sed tãtisper adhuc istum sanguinem ἐργᾶν furere intelligimus & quoquouersum vagari. Namque vt primùm deferbuerit, quum copia sit etiã molestus, natura viribus collectis ipsum detrudet in hanc vel illã partẽ, donec firmissimã sedem & sui capacem nactus ipse sit. Ideo namque modò addebat ὀδύνη καὶ ὀδύνη, plurium partiũ scilicet Hippocrates memor. Collectum istum igitur cumulatúmque sanguinẽ, si intus retinebit natura, ad lumbos, spinam, & inguina, si copia ipse peccabit, & vsce in partibus infirma manebit peculiaris earũ cuiusque vis: quemadmodum si eadem satis potens fuerit, & mediocris quoque copia sanguinis, in dissitas & longiùs positas partes sanguinem propellet, vt ad manus & extremos pedes. Vnde si, vt par est, mulieres purgãbũtur; neque podagricis, neque doloribus vllis articulorum, neque etiam inflammationibus lateris aut peripneumonicis, aliisve pluribus eodem loco enumeratis affectionibus illę distorquebuntur vnquam, sicut disseruisse visus est nobis Galenus aduersus Erasistratum libro de venæ sectione: quo loco meminit apb. 29. lib. 6. Γυνὴ ὑ πλευρίτιδι, ἢν μὴ τὰ καταμήνια, &c. Mulier podagra non laborat, nisi menstrua defecerint. Ex cuius vtriusque loci perlectione facilùs cõsequatur lector mentẽ Hippocratis.

Τοῦδε δὲ

Τούτων δὲ οὐχ ἁπάντων, *verùm non simul omnes hæ partes condoleni*] Prolixus quidem, sed is perdoctus commentarius Galeni est in aphorismum 53. lib. 5. Ex quo intelligatur perpetuum id esse in natura bene morata, vt pro viribus ipsa conetur quod est inutile circa vteri partes & superuacaneum, reponere ad aliquam partem, in qua hinc sæpe oboriatur dolor. At verò non potest tam acerbus is esse dolor, quòd nec tàtus tumor, vt descriptas totidem partes in oratione simul opprimat. Quamdiu suppressa in hypothesi materia menstrualis erit in motu, quia modò in hanc facit impetum, modò in illam; partes poterunt viciſſim plures opprimi, quod aduerbiis ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε Hippocrates voluit significatum. At tamen ὅτου μὴ βέλτιον τὸ αἷμα τὸ ἐπιμηνιον ἐκκαυθείη, impetum ipse faciat in aliquam partem necesse est, quum ab vniuerso corpore secretus sit sanguis, nec δυνάμενον ἔτι ἐν τῷσι, &c. in vtero consistere possit ex hypothesi superiore, ad quem depellebatur, vt hac data nimirum porta, foras efflueret.

Καὶ ὅτι ἂν πάθῃ] Et quacunque in parte corporis pedem fixerit ac obfirmarit sese, in ea aliquis appareat tumor præter naturam qui pro victoria huius vel illius humoris, hanc quoque speciem referat aut aliam, & exuperantis vitiosi humoris sibi nomen adoptet.

Ὅτε γίνεται καὶ σπασμὸς, *aliquando & conuulsio oritur*] Imò verò materia menstrualis suppressa sæpenumero tantopere redundat, vt detrusa ea omnis ad omnes ferè articulos totius corporis, hinc σπασμὸς ἰσχυρὸς, vehemens articulorum cõuulsio fiat, scilicet ab oppletione, propter copiam & vim humoris qui ad eos delapsus est, quum errabundus antea sedem non haberet. De conuulsione eiúsque causis apud Hippocratem literis commemorata sunt quàm plurima in aphorismis & apud Galenum in suis commentariis. Legito aliquot quoque historias apud Hippocratem, quæ ad hanc rem conferãt, sub finem extremum sexti Epid. Apud Abderitas Phaëthusæ Pytheæ vxori oborti sunt dolores & rubores ad articulos ex diuturniori menstruorum suppressione. Atque eadem omnino de causa è viuis excessit in Thaso, Namysia Gorgippi vxor. Ad finem quoque libri quinti Epidem. vxorem Polemarchi, coxæ vehemens prehendit dolor vnà cum morbo articulari. Atque causa etiam huius fuit teste eodem Hippocrate, quòd menses non responderent.

Καὶ ἄλλα σύμπτωμα ἄλλα, *& ex aliis symptomatis*] Cæterùm nunc signa vsurpauit Hippocrates, vt & antea, pro rebus significatis. Sic est autem ipse locutus gratia breuitatis, nimirum ne is longior esset in percensendis quibusque aliis symptomatis molestiisque, quum de iis antè satis copiosè actum sit, & pendeant ab vno & eodem omnino fonte.

Φαίνεται δὲ ἄλλοτε ἄλλο] Apparet autem aliud ex iis aliàs pro humoris copia (vti nõ ita pridem dicebamus) & natura partis in quam se humor receperit & obfirmarit etiam sese.

Αὕτη μὲν δὴ διαγνώσιος καὶ πρόνοιαι, *sanescet ipsa tamen, securatio, &c.*] Hæc quidem mulier pristinæ valetudini restituitur, si cooueniens cura suscipiatur. Quæ hęc tam multa ad diagnosin quidem vniuersa pertineãt. Quæ nunc sequuntur, prognosin etiam, quum varia cuiusque nẽpe sit, potiùs spectant quàm therapiam. Quando autem hæ quæque molestiæ ad suppressionem menstruorum consectariæ sunt, quasi ad vnam causam; nónne vt hæc est communis, cõmunis etiam omnium meritò quidam in genere instituatur curationis modus? Nempe quidem. Ergo iustis de causis nunc occupatum magis agnoscimus Hippocratem in explicandis ordine symptomatis quæ ex suppressione cõsurgunt & prognosticis, quàm iisce præscribendis remediis, quorum numerus postea suo loco propemodum infinitus ab eo traderetur; isque omnibus communis.

Εἰ δὲ μὴ, *sin minùs*] Quòd si hæc tamen affectio non cedat præsidiis opportunis, ex duobus alterutrum necessariò accider; aut vt suppressus ipse sanguis interioribus cancellis in corpore totus retineatur, qui quia exuperans nimiúsque est; & præter consuetudinem nimis concalescit, tandem aliquãdo principem quandam partem opprimat, vnde omnia funesta contingant: aut vt extrorsum ipse propulsetur, qui (χωλεύειν) nõ quidem claudicationem pariat, (secus enim interpres dicebat in exegesi sua Galenus) sed mutilam partem faciat circa quendam corporis articulũ, in quem scilicet materia fortè impacta fuerit. Nam si in reliquam partem procul nimirum ab articulis, (ὃ ἀκριβείᾳ τινὰ ἐπὶ μέρους σκέπτεται) non infirmam eam tantummodo reddet, vt alius quispiam putet; sed impotentem ad propriom nempe obeundum munus. Haud alienum possit videri ad expositionem huius loci, aphorismi 53. lib. 4. meminisse.

Ἢν δὲ ψῦχος καὶ ἀσιτίη, *si præ vehementia frigoris & inedia*] Quando nimirum (sic enim perplacuit nobis hoc loco ἢν interpretari) concretus hærebit humor menstrualis circa neruos. Quandoquidem densitate & frigore neruorum concrescere possit humor; præsertim autem si lentus & tenax ipse sit, id tum videntur nobis verisimilius. Cur autem præ (ἀσιτίᾳ) inappetẽtia aut abstinentia potiùs id fieri possit, aut nondum nos planè consequutos esse fatebimur apertè, aut hunc locum mendo non carere etiam suspicabimur. Quidni autem frigus (πῆξιν) circum neruos concretionem faciat, vt & (quanquam dissimiliter) sæpenumero calor? Id frigus facit tantùm ex accidenti, quod calor tam per se quàm per accidens præstare quidem potest. Sed de eo Aristotelem consules 4. meteorũ.

Τῶν δὲ τὰ πολλὰ γίνεται μᾶλλον τῶν αἰσθήσεων, *frequentiùs affectio præsens eas prehẽdit quæ viro carent*] Quomodo? Quanquam enim summum bonũ, voluptas corporis Epicuro videretur; dubitasse is tamen visus est nobis, An quippiam conferret Venus ad valetudinem. Id quod in ironiam Galenum detorsisse lubentes suspicaremur perpenso in Arte parua illius sermone & rationum momentis; nisi hoc extra rem nostram apertiùs foret, vt & quid hac de re sentiẽdum nobis videatur, explanare. Sic enim id viris cõmuniter hoc loco tractaretur vt mulieribus, præter Hippocratis scopum. Est autem Hippocrates noster ex instituto ita locutus de mulieribus, lib. περὶ γονῆς, Ἢν δὲ μίσγωνται αἱ γυναῖκες, μᾶλλον ὑγιαίνουσιν· ἢν δὲ μὴ, ἧσσον. Mulieres si virorum consuetudine fruantur, salubriùs degunt: si autem minùs, minùs quoque salutariter. Rationem subiecit eodem loco, propterea quòd hoc congressu aliquid humoris semper educitur etiam excre-

mentitij, etiámque magis promouentur menſes. Quæ ratio ſanè fuit, cur mulieri Phaëthuſæ, vt modò dicebamus ex ſexto Epidem. ſub finem, excubias agente potiùs quàm pulſo in exilium marito, quum ſuminæ fuiſſet antea fœcunditatis, neq; alterius conſuetudine vteretur, ſed pudicitiam arctè tutaretur, menſibus diu repreſſis doſores & tubores oborti ſunt ad articulos, & hirſuto corpore facta eſt, promiſſáque barba & voce aſperiore. Videre etiam licet ad finem lib. de vſu humidorum quæ incommoda ſequantur vulgò ex ſuppreſſione menſtruorum, quod ſuo loco notandum fuit. Ergo hæc vitia (χίνται μᾶλλον) eas potiùs mulieres opprimunt & freqoentiùs, quæ carent viro; quòd illis hæ tunc opportunitates deſunt. Rerum namque Venerearum vſu corpus caleſcens humorem abſorbet excrementitium muliebris naturæ, quæ humida eſt. Nec te hinc aphor. 30. lib. 5. dimouear. Eſt enim tibi ſatisfactum abundè in commentario. Sed ecquo modo ei quæ (ὑπερκύουσαι) partum iam experta eſt (μὰ enim auferendum cenſuimus) & quæ commemorata ſunt & quæ inde enumerabuntur mala, non breuiora, quemadmodum quibuſdam viſum fuit, ſed diuturniora, attamen minùs moleſta hîc reputabuntur? Si placet, eſtote memores eorum quæ huius tractationis initio ἐπὶ ὑπογυίοις dicebantur, quando vaſorum amplitudinem & ſtricturam expediuimus. Ibi namque demonſtratum fuit Hippocrateè, quomodo quæ iam peperit, quum ampla habeat in ſe ſpatia & dilatatos quoque receſſus, ſi quando coercebuntur menſes, poſtea ὑπερύρει καὶ ἀκαμπύρει (cui oppoocetur paulò pòſt ἀπυκνούμενος) hoc eſt ferat illa indolentiùs & minùs moleſtè, quàm quæ nunquam peperit. Siquidem par ratio ſit vtrobique. Nec dum ſatis tamen inde conſtabit, quare hæc eadem diutius hærebunt; niſi ad id penderet ab eadem cauſa reſponſio. Nimirum quia cumulatur in illa diutiùs manétque materia menſtrualis, vt ſunt io ea capaciores venæ & arteriæ, quemadmodum demonſtratum quoque fuit præcirato loco. Ipſum legite. Sæuiunt eadem in vtraſque tamen ſymptomata & eodem vertuntur in vtriſque, vti ſequitur in Hippocratis oratione; niſi medicina adhibeatur opportunè. Vnde χὴ δὲ αὐτίκα τοῦτο, &c. *at ſtatim oportet*, exorta monitio eſt, quæ maturè inſtituta curatione opus eſſe procuret, ne ſe morbi inde nimirum depromãnr in valetudinis detrimentum ſummum.

SENTENTIA DECIMAQVARTA.

Sin autem menſtrua vberiùs fundantur quàm è reſit, eáque craſſiora, patente nimirum natura duce *toto corpore, & ore vteri prope pudendum ſito; adde tum etiam frequenti ſi mulier vtatur viri conſuetudine, etiámque bene ac liberaliter epuletur; ſimulatque aliquando vberiora menſtrua peſſum ferentur, ac cumulatè prodibunt, per vim ipſa ſolent augere magis os vteri & amplificare.* 1

Ἢν δὲ τὰ ἐπιμήνια πλείονα τῶν δίοντος χωρέῃ, καὶ παχύτερα, εἰα τῶ σώματος φύσῃ τε εὐρέος ἐόντος, καὶ τῶ στόματος τῆ μητρέων πλησίον τῶ αἰδοίου κεκυφότος, καὶ ἢν τοιούτοισιν ἀνδρί τε ξυνίῃ πολλὰ, καὶ ἀωχέηται, εἰσάπαξ ποτὲ πολλὰ κατελθόντα καὶ χορέοντα βύζῃ, ἐπαυρίῃ μᾶλλον δὲ στόμα τῆς μητρέων διαστήμενα.

Quòd ſi nulla inde conſequatur vaſorum inanitio, ſed multa in poſterum prodeant confertim menſtrua, & vteri oſculum ipſa dilatent, & vniuerſum corpus ſit perfluxile vel ad vterum vſque, & copioſa denſáque immittantur (quum ſiquidem ex hypotheſi *& largiùs epuletur mulier, & ardeat Veneris cupiditate, eáque perfruatur) & decolor tantiſper ipſa manebit, dum ſic affecta fuerit.* 2

Καὶ ἢν μὲν τοῦτο τοιούτοισι μὴ ἐπιτύχῃ κενεαγγεῖν, ἀλλ' αὖθις πολλὰ ἴῃ ἀγγεα, καὶ δὲ στόμα εὐρὺ ποιέῃ, καὶ δὲ σῶμα (ἅτε εὐωχουμένης, ἐμφερομένης τε καὶ σιτιουσης ἀνδρὶ) ὑγρὸν ᾖ ἐπὶ τᾶς μήτρας, καὶ ἀγγεα ἐπιφέρηται, ἄχρους τε ἔστω μέχρις αὖ ὅτου ἔχῃ.

Et ſi aliquis morbus poſtea aut affectio acciderit, vt inde corpus diuexetur; ſimili quo cõſuenit modo vterus iam os apertum habet, adeóque corpus ipſum transfluxile patet vſq; ad vterũ; & poſthæc febris pre- 3

Καὶ ἢν ὕστερόν τι νόσημα ἢ πάθημα ἐπιπέσῃ, ὥστε ξυχωθῆναι δὲ σῶμα, ὁμοίως αἵ τε μῆτραι κἢ δὲ εἰσω δὸς εὐρύστομοί εἰσι, καὶ δὲ σῶμα ὑγρὸν ἐπ' αὐτᾶς ἔστι, καὶ μὴ ταῦτα πῦρ ἔχῃ, καὶ ἀσπὴ, καὶ

ἀοτπέϛ, καὶ ἀηύϛ, καὶ λεπτὴ, καὶ ἀμε-
ιλικὴ, καὶ τὰὼ ὀσφὺ ὀκ τῶ ὀπιμη-
ίσιον πονῶϛ· καὶ τὸ χρόνῳ τοιοῦτος,
ἢν μὴ ἐπιμεληθῇ, πρώτα μὲν μᾶλλον
πονήσϛ ὸν τῶ μεταξὺ χρόνῳ, καὶ οἱ
ἔσαι κίνδυνος ἀφόρῳ τε γενέσθαι, ἢ φο-
χοῤῥοῆσαι ὑπὸ χρόνῳ τε καὶ τῆς νόσε, ἢν
τί οἱ ξυμπέσῃ ἢ ἄλλο νόσημα, ὑπὸ πυτέρῳ
ἀναιρῇ αὐτήν.

hendit, & cibi fastidium, & anxietas, & ipsa extenuatur, sitque debilis; ac tum ex profluentibus mẽstruis lũbi dolebũt, & temporis progressu, ni cura adhibeatur, ipsam magis in intermedio tẽpore omnia exercebũt: ac verẽdũ etiã erit, ne sterilis fiat, aut eam temporis diuturnitate & acerbitate morbi penè confectam, si quando alius illi morbus accesserit, mors tãdem opprimat.

EXPLICATIO.

EXPLICATIS de causis mediocriter, quia sensim & cum quadam difficultate, mẽstrua superiùs sc-
tebantur. Nunc iis aduersa proponuntur ab Hippocrate. Namque (πλείονα τῆ ἥσσονος χρόνῳ καὶ, &c.) li-
beraliùs effundantur quàm è re sit, & quæ sunt crassioris consistentiæ. Ducantur ergo rationes hìc ab
oppositò, si priùs dixerimus nunc crassiora fundi existentibus paruioribus viis, quum ita compressè
antea conniuerent; vt aut paulatim tota, aut addemus etiam, quòd quæ tenuior in illis portio erat, tan-
tùm efflueret, resisteret autem crassior, propter meatuum adstrictionem scilicet, aut aliquod aliud im-
pedimentum. Ducantur ergo menses (volumus) vberiores ex hypothesi quàm sit necesse, & id quidem
ob causas consequentes: οἷα τῆ σώματος φύσει τῆ ὑγρὸς ἔσης, primùm propter vasorum amplitudinem cor-
poris totius è quo in vterum ipsi deriuantur. Quorum, quantumuis capacia illa sint, huic tamen pro-
fluuio extrema impedimento esse queant, si à sede & collocatione natiua osculum vteri aliquantùm ab-
erret, inclinans scilicet in alterutrum latus pudendi, quemadmodum exposuimus in hypothesi su-
periore. Haud igitur ad id sufficiat quòd sanguis etiam multus amplioribus vasis contineatur, nisi & in eis
extremorum libertas & rectitudo etiã adsit ad eius euacuationem. Quod insce verbis Hippocrates no-
ster, καὶ τῆ σώματος τῆ μητρίου πλείου τῆ αἵματος ἐόντος, signatum ipse voluit. Iam spatium ex supradictis &
eius extrema satis cuique perspecta esse existimamus. Corpus est inprimis natura patẽs & amplum, hoc
est, ab extima cute ductus meatúsque qui sunt per vniuersum corpus diffusi. Corpùs hoc autem extre-
num terminus sit sparij à quo, gratia (si placet) disciplinæ. Quæ tamen etiam amplitudo nunquam in
liberalitatem nunc positam menstruorum sufficiat, si non parulum os, vt dictum est, vteri manebit &
minùs rectum. Atque hic terminus quoque ad quem statuatur (rogamus) ex hypothesi. Etsi enim co-
piosissimus (de quo dicturi iam sumus proximè) sanguis in vicinìam vteri ex omni parte vel ab extima
cute intrò confluat, frustra omnino quidem, nisi toti pudendo osculum assideat vteri, positum nempe
è directo. Placet sic enim modò πλεῖον interpretari. Roget autem quispiam, quid locus hic descriptus
contiuebit? Quis verò adeò rudis & in physica ratione tam parum versatus & eruditus sanguinem non
videat, vt mobile, hìc quoque notatũ ab Hippocrate? Ecquo præterea modo natura liberaliorem quàm
è re sit, profusionem hanc menstruorum promoueat, nisi ὑγιαίνουσα, mulier etiam liberaliter epuletur?
Verùm enim verò an eodem hoc authore, suopte nutu sanguis ad excretionem modò propositam; an
autem ab alio, promouebitur? Hæc enim tertia nunc quoque conditio ad morionem desideratur. Vim
verò motricem, quam expultricem Medicorum vocat vulgus, his fatus verbis Hippocrates significauit:
καὶ ἢν πονήσωσι αἱ δύο ἡ ξυνὼν πολλὰ, si rem cũ viro mulier habeat frequentem. Lucta enim Veneris frequen-
ti solet facultas motrix ad agendum suscitari. Hæc porrò non tantùm in vtero, sed in iis quoque omni-
bus sparsa est, quia innata, quibuscum vterus communionem quandam habet; vnde etiam in rebus Ve-
neris educi sperma consueuit, non huius solius Hippocratis, sed communi omnium Medicorum con-
sensu. Quidni suas partes ipsi naturæ tribuamus quæ periodico circuitu eóque per ternionis aut qua-
ternionis septenariorum menstruum sanguinem, vt quiduis alienum aliud solita semper fuit vel ab or-
tu primo, ad excretionem commoueat, si est bene morata etiamque magistra? Motricem vim quandam
pars omnis connatam habet. Quæ si in vtero sopita fortè iacebit, Veneris vsu irritabitur, quoties ei res
interceder cum viro frequentior; potissimùm verò si Venerem sæpenumero mulier exercuerit libidi-
nosè. Sanguinem Venus calefacit & humectat Hippocrate authore, & viam sternit mensibus, & red-
dit longè faciliorem. Ac eo pacto Venus confert mulieribus perpetuò ad sanitatem eodem loco. Quæ
supersunt reliqua, euadent perspicua magis, si quomodo corpore affatim vacuato, venæ & arteriæ am-
pliùs dilatantur & ad menstrua patentiores redduntur, vt huius libri initio positum fuit, in memoriam
reuocabitur. Nec pœnitebit legisse eodem loco quod de vteri & illius officij amplitudine dictũ à no-
bis fuit in commentario. Quod ad dictionum pertinet explicationem, quo loco scitè quidem meminit
Marc. Tullius tei anatomicæ, visum ei tum fuit quòd tribus rebus animantium vita regatur; cibo, po-
rione, atque spiritu. Cibo (inquam) regi vitam agnouit & scriptum reliquit ille ac sustentari. Hæc
namque ratione etiam ὀχὴ appellatur cibus Græcis, vt ὑποχὴ aut conuiuium aut epulum, adeóque ὑποχῶ-
μαι, vnde & nunc ὑποχήσω, quòd præcipit scilicet vt bene mulier enutriatur & liberaliter. Atquè reuera
mulierum corpora cibo debent refici pleniore, & longè liberaliùs enutriri, cùm ad sui, tum ad fœtus nu-
tritionem sufficientem, quemadmodum antè explicatum fuit à nobis. Alioquin enim etiamsi absit cou-

Hipp. lib. de genitura.

Cic. 2. lib. de nat. deorum.

ceptio, quomodo sanguis in menses singulos sufficiat ad excretionem menstruorum periodicam; nisi uempe ipse exuperarit, vti est peruecessanum ex hypothesi, libello de Virginalibus? Ergo vt minimùm tam bellè quid veller hîc Hippocrates ooster, edoctus ille orator intellexisset, cibi agnoscens vires; quàm Medicus ille interpres, qui huuc locum de calidis: aut quàm alius, qui de cibis piperatis & vino generoso nuper quoque interpretabatur. Et huius etiam (ὑγιάσκε) dictionis explicatio sensum queat facere faciliorem Hippocratis. Vt id velit (ni fallimur ipsi) Hippocrates, quòd positis quatuor enumeratis conditionibus, si (ὑγιάσκε πρὸ πολλοῦ καταδύσῃ καὶ χωρίσῃ) accidat vnquam semel omnioo, vt illabentia menstrua in vterum, foras effundantur; dilatent tunc nimirum eodem modo paulò magis orificium vteri, quuu vi exprimantur violentiáque. Nos istud reddidimus per *simulatque*, sed id quidem, ne aliqua in re inuerteretur sensus Hippocratis, quasi dixisset simul & semel. At ἐπειρὴν μᾶλλον, ampliùs dilatant. Quod huius disputationis initio dictum fuit de profusione lochiorum, (quæ quòd purgationis forma quædam esset, vasa ὕστερα redderet ampliora) ad id quod nunc proponitur, aptari potest & accommodari: saltem quòd quemadmodum ibi tum τῇ πολλῇ χωρήσεως, &c. egresso violenter ac laboriosè per vterum pudendúmque puello: ita nunc βιαιόμενα menstrua quoque per vim magis amplificant osculum vteri. quòd (χωρίσῃ ὑέλῳ) confertim & cumulatè ipsa fundantur.

Καὶ ὧν ὑπὸ πενίαν μὴ ὑπάρχῃ κτήσας. *Quòd si nulla inde consequatur vasorum inanitio*] Incõmoda nunc proponuntur, quæ ex profluuio mẽstruorum liberaliori euenire vulgò consueuerunt. Profluuium dicimus comitatum conditionibus enumeratis omnibus ab Hippocrate, quæ in cibi copia partim spectantur, partim in desiderio Veneris & eius exercitatioue. His positis quæ singula sunt in oratione Hippocratis, hinc primùm hæc venit molestia mulieri, vt sit decolor, modò κατάχρων absit, hoc est, non exeat sanguis ita profusè, vt vacua inde vasa maneant, id est sine sanguiue; ne omnino scilicet obliteretur facultas venarum retentrix, aut pusilla adeò ipsa sit, vt vilis tantopere patentibus & iam fathiscentibus venis totus elabatur sanguis: sed tantus tum ipse supersit, vt in periodicam effusionem αὖθις πολλὴ ἥξει, multus cumulatè sanguis in posterum prodeat atque confertim. Sic enim & αὖθις & ἥξει secus quam omnes cæteri interpretes, reddidimus. Vt quum nihil desideretur, nec copia nempe sanguinis, nec excernendi facultas, nec viæ spatiique libertas, ὅθι πρὸς μήτρας etiam ad vterum vsque, (καὶ ἥξει ἐπιφέρεται, vnde menstrua quoque cumulata eò intrudantur) quid proinde consequetur? Vt tantisper (statuimus cum Hippocrate) dum sic affecta mulier manebit, amittat iure roseum natiuúmque colorem. Etsi enim vitiosus sanguis non sit qui tum effunditur, quinimo verus potiùs & laudabilis, non fugax nec refluus sit; an proinde tamen verisimile videri possit nedum necessarium, quòd roseus color debeat elucere huic in facie persimilis? Imò verò is colnt abest, quia ἥξει ἐπιφέρεται (quod nou ita pridem dicebat χωρίσῃ ὑέλῳ) prodeat multus confertim sanguis & cumulatè extra corpus. Non potest namque tum tam multus in corpore sanguis superesse, vt eius vi atque colore cutis ipsa pelluceat & bene picta sit & colorata, quemadmodum copiosiùs postea declarabitur ab Hippocrate; vbi tum aliquantò facilius dicetur quomodo, quum grandior puer factus est in vtero, viuidum genuinúmqne colorem matris deperdit & in deteriorem multò commutat. Minima igitur aut saltem prima hæc molestia est, quæ ex hoc profluuio menstruorum ampliori euenire queat, vt mulier ἄχροα appareat scilicet siue roseo colore. Namque si, vti fieri potest sæpenumero, grauius quiddam mulieri sic constitutæ posthac eueuerit, (ὕστερον enim idem prorsus est Hippocrati atque quod modò dixit αὖθις, nempe posthac siue in posterum, quod non est vlnuis intellectum) grauius autem id interpretatus est Hippocrates uoster νόσημα ἢ πάθημα, corporis aut fortè etiam animi morbum, qui tamen (ὅστις προσλάβῃ τὸ σῶμα) corpus ipsum percellat & malè afficiat, ac ὁμοίως, consimiliter, & vt consuevit, & positum antea fuit. Vterus nempe ampliotis sit orificij & qui ad eum quoque ductus spectant, & venæ & arteriæ permeabiles sint & apertæ (hæc enim in vniuersum dicuntur ex hypothesi) καὶ μετὰ ταῦτα, etiam ad superiora accedent, & quæ sequuntur.

Πῦρ ἴσχει, &c. *Febris inuadit*] Spiritibus scilicet accensis cum sangnine, vnde efferantur vapores ad orificium ventris qui cibi fastidium inferant, vt ex calore anxietas. Quòd verò mulier (ἀσθὶ) extenuetur, facit exuperans profusio menstruorum, quemadmodum & quòd vires ipsam deficiant. Quum enim ἀμενηνὸς idem uoter quod ἄμυος, cui uullum nempe μύος, robur, ineat; unuc sanè mulier explicata de causa ἀσθενὴς, omnis roboris & virium expers intelligitur. Dicet hoc eodem libro Hippocrates accommodatam diætam postea imperans in quodam morbo, δίδοσαν δὲ οἶνον φυλάσσειν τὸν ἐν ἀσθενεῖ μύος, offerendum tunc esse vinum, sed in quo oullæ sint vires, nulla omnino vehementia. Etiámque in hypothesi πλὴν ἐπειδὴ ἐν τῇ ἔκτασιν ποιοῖ, quod ei videri possit aduersum quod statim in oratioue subsequetur, ἐν τῷ μαλακῷ χρόνῳ. Vt non solùm dum menses erumpunt, dolorem percipiat mulier: sed & omnia temporis progressu. ἢν μὴ θεραπεύῃ, *si neglecta iacebit*, hoc est sine sedula Medici cura, πάντα μᾶλλον, &c. hæc quoque singula ingraueſcant symptomata etiam ἐν τῷ μαλακῷ χρόνῳ, interiecto temporis spatio inter periodos menstruas. Vt minimùm (εἰ ἔτυχε πάνδεινος ἐφίστη, &c.) præsens hoc ei impendeat periculum, vt tantisper dum affecta sic erit, nec concipiat nec vtero gestet. Est sanè quidem in hypothesi tam aperta mulieris virium infirmitas, vt vel solius temporis diuturnitate tandem confecta victaque, intereat: aut etiam (ἄλλο νόσημα ὅδε πατέῃ) si vel minimus ferè aliquis morbus recès mulierem sic affectam adoriatur, celeriùs eam in vitæ discrimen præcipiter; tanta fuit, vti diximus, mulieris in superiore hypothesi virium infirmitas.

SENTEN-

SENTENTIA DECIMAQVINTA.

Χωρέϛ ὴ τὰ καθαμλύια παχύτερα καὶ πλέϛα τῶν ἡμερέων τῶν ἐν μέσῳ ἐρχόμενα ἢ καὶ τελευτῶντα, ἐλάσσονα καὶ λεπτότερα.

1 *Cæterùm medio ſuo curſu effunduntur menſtrua* mulieribus *craßiora ac copioſa: pauciora autem & tenuiora ſunt quũ vel inchoant vel deſinunt.*

Μέτρια δ' ὅϛι πάσῃ γυναικὶ χωρέϛι, ὧν ὑγιαίνῃ, τὰ ὀϛιμλύια ἐλθόντα, ὅσον κοτύλαι δύο Ἀττικαὶ, ἢ ὀλίγῳ πλέονα, ἢ ἐλάσσονα· ἔϛω δὲ ἐφ' ἡμέρας δύο ἢ τρεῖϛ.

2 *In omni verò muliere, ſi ſana eſt, medium menſtrua tenent, quæ fluunt quantũ Atticæ cotylæ duæ capiunt, aut plus aut minùs aliquãtò, ídque biduũ triduúmve.*

Ὁ δὲ πλέων χρόνος ἢ ἐλάσσων ὀϛίνυσος καὶ ἄφορος ἔϛαι.

3 *Lõgius autẽ aut breuius ſi tempus erit, erit morborũ quoque index & ſterilitatis.*

Τεκμήρεϛθαι δὲ χρὴ ἐς ὃ σῶμα τῆς γυναικὸς ὁρέωντα, καὶ ἐρωτᾶν παρεὸς ὃ παρεόντερον συμβαλλόμενον, εἴ τε ὀϛίνυσος ἀεὶ ζῇ, εἴ τε μή.

4 *Artificioſam igitur facere coniecturã medicũ decet, oculis intentis in corpus mulieris, ac cum eo quod prius erat facta collatione percontando atque interrogando elicere, num morboſa ſemper, an verò minùs mulier ipſa degat.*

Ἢν γὰρ ἐλάσσονας ἢ πλέονας ἡμέρας τῆ ξυνήθεος φορτὰς, ἢ αὐτὰς ἐλάσσονα ἢ πλέονα εἴη, ὀϛίνυσα ἔϛιν, ὧν μὴ ἡ φύσις αὐτὴ νοσερὴ καὶ ἄφορος ᾖ.

5 *Si etenim pauciores ſolito aut plures dies aduentent fluántque, aut eadem parciore vel largiore manu ferantur; morbum ſignificant, niſi mulier natura morboſa & ſterilis planè ſit.*

Ἢν δὲ τοῦτο ᾖ καὶ μεθίϛηϛαι ὀϛὶ ὃ ὑγιεέϛερον, ἄμφω.

6 *Quòd ſi ſit, & commutetur in meliorem ſtatum, ſatius id fuerit.*

Χωρέϛ δὲ αἷμα οἷϛ ἀπὸ ἱερεύϛ, καὶ ταχὺ πήγνυται, ὧν ὑγιαίνῃ ἡ γυνή.

7 *Secedit porrò ſanguis è* muliere per ſingulos menſes *qualis è cæſa victima, & citò concreſcit, ſi modò ſana eſt.*

Ὅϛι δ' ἂν φύσι ὀϛὶ πλέονα καθαίρεϛθαι τεσσάρων ἡμερέων, καὶ πολλὰ κόρπα χωρέϛ τὰ ὀϛιμλύια, αὖται λεπταὶ γίνονται· καὶ τὰ ἔμβρυα αὐτέων λεπτὰ καὶ ἀμβλυώπεα.

8 *Quibus verò in more poſitũ eſt diutiùs purgari quàm quatuor dies, iíſque valde multus ſanguis mẽſtruus effunditur, euadunt illæ tenues & minutulæ: ac pari ratione tenues ipſarum fœtus etiam velut tenellum quiddam corrumpuntur facilè.*

Ὅϛι δ' ἐν τρισὶ ἡμερέων ἔλασσον ἢ καθαρϛὶς γίνϛ, ἢ ὀλίγα χωρέϛ, αὖται παχεῖαι καὶ βλοχεοὶ, αἰδρικά τε, οὐ μνηϛτόκοι εἰϛὶν· αἱ δὲ ϛεῖραι κύϛονται.

9 *At triduo breuiùs quæcunque expurgãtur, aut quibus pauca fluũt, craßiuſculæ ipſæ sũt & verè coloratæ atq; robuſtę, partúſq; immemores: ſed ne cõcipiũt ipſę qdẽ.*

EXPLICATIO.

An, quemadmodum opinabantur nonnulli, hæc ita connexa eſſent quæ ſequuntur cum ſuperioribus, vt viderentur ab illis pendere, diu multúmque hæſitauimus. Atque in eandem cum illis ſuſpicionem inducebamur, quòd initio huius capitis quod eſt de profluuio menſtruali ſymptomatico, πλυσίον & πυρέτου, & exuperantiæ & craſſitudinis menſtruorum Hippocrates meminiſſet: & quòd nũc quoque animaduerteremus Hippocratem minùs receſſiſſe ab eorum conſiſtentia copiáque. Siquidem hìc iterum ab eo ſcriptum ſit χωρέϛ ὴ τὰ καθαμλύια παχύτερα καὶ πλέϛα τῶν, &c. At biſce omnibus accuratè perpenſis, hæc tandem ſingularis viſa nobis eſt inſtitutio authoris de menſtruorum naturali expurgatione, & quæ ſuperiorẽ iſthũc ſcrupulum facilè ex animo euelleret eodẽ modo. Pauciora ferebãtur an-

tea quàm ex præscripto naturæ decet; deinde plura etiam modò quàm par erat, menstrua effundebantur, atque vtrobique quidem adhuc symptomaticè. Quibus vtrisque quanta potuit Hippocrates industria & coniectura quàm verisimili, nunc modum definit statuitque ex omni parte & omni perfecta conditione. Consistentiæ enim menstruorum quæ in tenuitate & crassitudine solet apparere, ratio habita est ab Hippocrate. Habita quoque fuit & vbertatis & paupertatis quoque illorum ratio: imò etiã incipientis eorum cursus atque fluoris & iam conquiescentis: siue in vasis etiam capacitate aut quidem pondere, mensura eorum spectetur, siue in tempore. Expendit Hippocrates denique in illis hnnitatem coloris ac discrepantiam, spectauit & cursus & recursus eorum consuetudinem. At continenter, ni nos opinio fallit, de sanis tota tamen hæc instituta disputatio est. Iam igitur, quò nostram sententiam confirmemus, aggressi ad explicationem, hîc expendamus singula. Effusionis menstruorum inprimis in tempore (πρὸς ἡμέρην τὴν ὡρισμένην, μέχρι μακροῦ δὲ) tria momenta propiùs intuenti notauit Hippocrates, quum medium motionis tempus duobus terminauit extremis. In medio autem non crassitudinem tantùm, sed & copiam aliquantò quoque maiorem spectauit. In extremis autem omnino contrà. Vt enim in illis menstrua tenuiotis substantiæ sunt, propterea quòd naturæ viribus motio tunc suscipitur, quæ otiri solita semper fuit à paruulo: ita nec tam magna eorum copia est, tantisper dum omnia scilicet dominatu eius regantur & hęc magistra est siue impedimento. Si quando enim colluctando natura incœptat aliquid propellere, vt in suppressione menstruorum diuturniori, ibi tum quæ in vtero moram traxerunt, ideóque facta sunt crassiora, ptiori quoque loco & impetu longè maiori copiàque debent effuudi sub initio, & eadem ratione crassiora apparere quàm paulò progressa magis eorum depulsione. Ergo vbi dominatur natura, omnia tunc μέτρια fiunt certo cum modulo atq; mensura, non citra nec vltra; siue consistentia eorum spectetur, siue ad commotionem attendatur & profusionem eorum. Idque κατὰ χωρεῖ, quasi diceret, semper, modò scilicet mulier valetudine secunda fruatur, & naturæ dominio cuncta ducantur, sublatis omnibus impedimentis. Hunc autem modum Atticis duabus heminis terminauit, hoc est octodecim vnciis aut circitet, Hippocrates. Vide Galen. de hâc mensura lib. 5. κατ' ἰητρ. Sed hæc quidem mensura velut regula Polycleti, modò, si placet, proponatur. Nam quemadmodum mulieres aut natura quæ varietate coloris discernitur, discrepãt: aut ætate quæ annorum lapsu perficitur, aut tempestate quam anni partes distinguunt, aut etiam locorum diuersitate in quibus mulieres degunt, sub initium statim lib. de mulierũ natura apud hunc Hippocratem: ita sanè copia profluuij ipsæ distinguuntur menstruorum atque substantia. Sed hoc modulo menstrua sunt ab Hippocrate definita nunc gratia quidem exempli, ne quid nimirum in disciplina superesset indefinitum, vt nec in natura. Ratum enim vsquequaque & certum semper de menstruorum mensura hoc iudicium Hipp. non esse, quæ sequuntur significaot, ἢ ὀλίγῳ πλείονα ἢ ἐλάσσονα, aut certè paulò plura aut pauciora. Simile de temporis mensura iudicium esto, si placet, ἐφ' ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς, duorum dierum aut quidem trium interuallo, id concludi ex illius videatur præscripto. Τὰ δεκταίνοντα γυναικεῖα πλεῖστον χρόνον, siquidem aquescentibus, hoc est præhumidis natura mulieribus, diutiùs menses perdurent & fluant, sect. 1. lib. 6. Epid. Quia verò nondum apertè satis constat ex superiori narratione, cur medio menstruorum cursu copiosiot crassiórque sanguis effunditur; in carceribus autem & in calce contrà: quàm quis pulchrè sic philosophetur, si placet, attendite. Dissimiliter enim longè se motio habet in naturæ muneribus quàm in externis rebus, quæ suopte solùm ramen nutu feruntur. Externas autem vocamus, quæ extra humanum corpus, prout sunt huius vel illius elementi magis participes, sursum velociùs feruntur aut pessum ruunt solo naturæ instinctu. Gratia exempli dictum sit quod sequitur. Siue ardentissimus ignis accendatur, siue aliquod prægrande saxum non dicam deiiciatur, sed te tantùm fulciatur nulla, nullàque sustentetur; quò vtrumlibet ad locum propiùs acceder natiuum, celeriùs quinque tantò feretur & suum cursum magis accelerabit. Secus autem, vt dictum iam est, se res habet in hypothesi. Quum enim solius actio depellentis naturæ adsit, eantè quidem ac ferè vt ipsa solet omnia sapientet, quemadmodum & in sudoribus criticè promouendis, quod tenue paucúmque est, ad facilitatem nunc præmittit fluoris. Ideóque scitè quidem & congruenter dixit Hippocrates, μέχρι μὲν τῆσδε τῆς ἡμέρης, ἐλάσσονα καὶ λεπτότερα, menstruorum ineunte cursu & iam conquiescente pauciora & tenuiora funduntur. Vnde etiam postea quasi ad statum velut in crisi per circuitum conscendens, μέχρις ἐς τοῦτο, crassiora nempe & multa nititur excludere natura, via nimirum sic præmunita & dilatata magis. Eodémque modo quasi declinans menstruorum effusio tenuiter desinit & cessat paulatim, quo suũ modo cursum antè cœperat. Namque nec tam omnino repentè, nec simul ita constrictè venatum arteriarúmque extrema in vtero postea conniuent (etsi attentet natura quæ inde tum supersunt sanguinis quasi confecto cursu reliquias retinere) quin quod renue & liquidius est, effluere queat adhuc aliquantisper & exudare. Hoc pacto menstrua principio quidem sui tenuiora apparent, & parciori quoque manu effluunt pro Hippocratis sententia. Atenim ὁδῷ πλείονι χρῆσθαι ἢ ἐλάσσονι, ὁπόσοισι καὶ ἄφορος ἔῃσι, plenissimus sanè hic est locus dubitationis. Quomodo nimirum tempus esse morbosum & sterile queat dici, quoties longius aut breuius illud quidem in menstruorum profluuio apparebit. Hoc enim ad verbum Hippocratis oratio sonat. Enimuero prima statim fronte dubium quoque videbatur, an esset χρόνος νοσώδης, hoc est νοσερός. vt breuitas temporis atque diuturnitas tanquam causa, consequutionem morbi adserret & sterilitatis an verò potiùs indicaret tantùm. Quòd sic facilè vulgus loquitur. An id vt causa nunc ab Hippocrate statueretur, an vt signum quidem. Vt nou aliter acceptum hunc locum nunc tum opotteret ex hypothesi, quàm de suppressione apbor. 57. lib. 5. sicuti exposuisse nnnnulli perbellè se putant. At posteaquã ab Aristotele facti sumus certiores, quòd (nam hunc præcipuum Hippocratis explicatorem agnoscemus vbique) corpotibus ὧν ἥμερος ἐστὶν ὁδῖτις, morbosa è directo pugnant, Ethicorũ 3. cap. 4. puduit secus sen-

cus sentiro, indèque aliò pedem retulimus. Non igitur tempus hîc ab Hippocrate dictum est lõgius breuiúsve, δήμιον χρόνος καὶ ἄφορος, parens morborum & sterilitatis, sed tantùm index eorum vtriusque & quasi vestigium. Quonam autem id modo? Quia ersi periodicè sanguis dimoueatur aliquando matutiùs vel etiam aliàs tardiùs ad excretionem menstruam, dignum tuisse antea perquisitione videbatur; an inæqualitatis huius causa tribuenda esset mobili, an motrici potiùs naturæ; aut quidem tempori, vt quibusdam hîc visum fuit. Quum verò longius breuiúsque temporis quædam essent momenta, & notæ eorum & velut affectiones, nec hinc nec inde melius tunc quidquam ad valetudinem accederet mulieribus omnino, oec si quiddam etiam aliquantò tamen in muliere statim postea deterius appareret, de morbo intus latitante capta indicatio fuit veteribus. Atque reuera quum sic periodicè natura insurgat ad depulsionem menstruorum, à mobili aliter atque aliter affecto verius, causa huius inæqualitatis repetetur, quàm à motrice natura. Cuius malè affecti signa quum per temporis spatium breuius vel lõgius natura edere solita sit, vt innotescet magis statim postea; hoc morbosum tempus Hippocrates conuenienter interim appellauit hoc loco, sed ex accidenti, etiámque sterile eodem modo, vt iam explicabimus. Quòd nunc enim viarum libertas adsit in promouendis menstruis, fert præsens quidem hypothesis. Nec quòd copia deest rei quæ propulsetur, hîc sanè quæritur & dubitatur. Etiamque valere naturam hîc, & satis esse robustam, periodus ex ordine certo recurrens testatur amplissimè in hypothesi. Mobilis ergo solios, hoc est rei, quam natura cõmoneat ad expulsionem, obsistẽs cõditio id ipsum facit. Accelerat quippe ea periodum menstrualem aot quidem tardat. Conditionem illius peiorem nunc dicimus & deteriorem. Quoties siquidem hæc tenebitur dominatu naturæ, reliquis paribus & minùs obstantibus; aut per ternarios septenarios suos materia menstrualis semper tum excludetur aut quaternarios: maturiùs autem tardiúsve, nunquam. Operæpretium quidem esset quot modis semen malè afficitur, nunc recensere, quum hîc siquidem agatur de conceptione: id verò quum longioris sit ac difficillimæ expositionis, repetat quisque (licet) ex disputatione περὶ ἀφόρων Hippocratis. Intellexerat sanè Aristoteles ex diuino hoc authore αἷμα πνεῦμα, sanguinem quasi nonnunquam morbo tentari in mulieribus, ad finem cap. 19. lib. 3. de animalibus. At ex principio ferè lib. de Sterilibus apud Hippocratem, facilè lector quoque consequatur, quomodo non solùm (οὐχ ὑγιεῖ χορῷ τὰ καταμήνια, οὐδὲ τῆς γυναικὸς μὲν ὑγιαῖνε ἐούσης, αὐτὰ δὲ νοσέοντα) prodeant morbosi menses (quum siquidem non sit tum mulier sana) sed quòd ne tum quidem concipit mulier in hypothesi. Rationem hanc reddidit Hippocr. in oratione, qꝰ in muliere quæ aduersa valetudine vtitur, laudabilis esse non potest sanguis & sanus; sed & quòd ad concipiendum protsus tuto mulier est impotens & inepta. Quæ nũc quoque causa est cur per accidens in hypothesi ad temporis anomaliam, hoc est vti exposuimus, ad vitium sanguinis & quasi morbum, nunc connexa statuitur ab Hippocrate sterilitas. Hypotheticæ sterilitatis rationem subiunxit eodem loco Hippocrates apprimè veram. ὑγρὸν γὰρ γίνεται τὸ αἷμα ὑπὸ τοῦ χρόνου τοῦδε, διὰ δὲ ταῦτα οὐκ ἐνδέχεται τὸ σπέρμα τὸ καθαρὸν γίνεσθαι ἐν τῇ γαστρὶ τοιοῦτον. Ideo namque seminis cõceptionem nõ perfici, quòd ex sanguine malè affecto morboso que nulla eiusce concretio fiat: at tum potiùs in hypothesi semen dissluere, tanta tunc est in mulieribus sic affectis sanguinis tenuitas prauitasque: aut quod compingitur ex eiusmodi sanguine, dissluit etiam aliàs facilè, quum sit substantiæ molioris. Quum etenim sanguis ab vniuerso corpore delapsus io vterum morbosus sit, dilui promptè substantiam seminis. Dilutum verò semen, ait, paulò aut longiùs aliquantò pòst foras effunditur vnà cum ichore. Vide aphorismum 61. lib. 5.

Quia tamen δῆλον δὲ ὅτι καὶ τὴν γαστέρα τὴν γυναικὸς, καὶ ταῦτα καταμήνιον, perspicuum id euadit magis ex perspicietia corporis mulierum & menstruorum, eo ipso authore eodem loco: Ideo nunc etiam recta, vt illic tum, ratione Hippocrates iubet & ὁρᾶσθαι, corporeis scilicet oculis ioqueri primùm oportere in corpus mulieris; & πυνθάνεσθαι, vode per πυνθάνεσθαι (quæ propriæ cuiusque notæ suot) hoc est per meotis aciem, qui est medicinam facturus, quo animum intendit, id sine negotio consequatur. Ergo nostra quidem sententia, reprehensio hic est mensuræ Atticorum superioris. Quum enim Hippocrates ooster gratia exempli cotylas binas mentitam meostrualis materiæ modò proposuisset, quæ omnium tameo eadem ne cogitari quidem naturalibus vllo modo potest; quasi id nunc reuocans genus mensuræ aridorum & liquidorum (temporibus Galeni cotyle reduci poterat ad septem & dimidiam vncias ponderales) Medicos mouet, ne hac de re idem io vniuersum temere de omnibus iudicium ferant: quinimo sedulissimè expendant peculiarem naturã cuiusq;. Obseruet illi (inquam) diligenter & per πυνθάνεσθαι quidem quisnam menstruorum modus fluoris speran debeat & expectari possit. Eiusce porrò argumenta tanquã indubitata hæc petent, si bene coniicimus, ex variis differentiis colorum, quas sigillatim enumeraoit Hipp. primo statim initio libri de muliebri natura. Quum enim huius argumẽti disputationẽ ipse instituisset designato eiusdem inscriptionis opere, bipartita omnis illi fuit de caulis morborum muliebrium disceptatio. Atque primùm ac maxumè (haud pudet nos enim hîc multa extra rem, quando non sine re, nunc recensere) τὸ θῆλυ in hominibus causam ibi posuit; quam vitis & mulieribus esse communem sumus opinati & exteriorem. Frustra alioquin additum esset in oratione ὑπὸ τῆς αἰδοίης, vt quid redundans, ab Hippocrate. Per quod τὸ θῆλυ quid nobis visus sit ipse tunc intellexisse, vel Platone diuino, altero interprete, & quomodo aliter longè quàm plerique omnes ex sententia illius velimus interpretari, si quando concedetur, nostram breui mentem aperiemus, nostræ expositionis rationem tunc redditurri eodem modo. Deinde statim ad muliebrium morborum causas aggressus Hippocrates inquirit in mulierum naturas, ad colores præsertim attentus. Quo quidem loco colorum discrepantias visus ipse suit scienter non disiunxisse à mulierum naturis. Vt voluisse putetur Hippocrat, naturæ muliebris certissimos indices colores esse. Ac nunc propterea ita loquutum de industria Hippocratẽ agnoscimus volentes, πυνθάνεσθαι ὃ χρὴ ἐς τὸ σῶμα τῆς γυναικὸς ὁρᾶσθαι. Vbi aspectum non tantùm signauit, sed & quod

M. Tull. in partitionibus.

Galen. lib. [illegible] vict.

etiam sub eum cadit, proprium nempe obiectum. Attentè igitur Medicus intuebitur in corpus mulieris, de illius natura iudicaturus pro discrepantia coloris. In ordine primo candidulæ constituuntur, tam copioso abundantes humore & sanguine, vt omni ex parte perfluant. Quibus ex aduerso opponuntur nigellæ, sicciores & magis adstrictæ. Has verò inter vtrasque sunt sortitæ sibi locum ὠχραί, rubicundo aut russo potiùs colore saturatæ. Quas omnes differentias colorum, vt & reliquas, quotquot sunt, quæ cadere sub aspectum nouisset Hippocrates, iubebat non sine ratione, πυκνάζουσι ἢ χρὴ ἐς τὸ σῶμα γυναικὸς ἰδόντα, vt diximus, in scopum dictum. Nam quemadmodum valde ad prognosin confert & erudit Medicum faciei ægrotantis character, primo prognost. valere etiam vt hoc loco poterit, quæ in facie elucebit eiuloris species ad diagnosin, per coniecturam artificiosam. Id verò adhuc ab arte Medica & officio artificis planè proficiscitur. Indicium cuius maximopere augebit firmabitque facta per eum diligens interrogatio de valetudine mulieris anteacta. Non hic quidem ex ea percontando, vt quispiam opinari possit quadam ductus verisimilitudine, an antea febricitarit aut alio morbo fatigata mulier fuerit ægrotatque: sed potiùs vtrùm more illarum quæ secunda valetudine fruuntur, menstrua suam periodum & modum tenuerint semper eundem. Sic verò εἰ ἔθηκεν αὐτῇ, εἰ μὴ, modò exponimus. Hinc enim etiam certum quid decerni statuíque oportere de mulierum alterutra valetudine nuper apertissimè constabat ex perspicua Hippocratis oratione. Perspicuam verò eam (credimus) nostra oblongiot tum explicatio fecit. Ne nimirum qui nos malè diu locus exercuerat, efflueret sine facilitate & aliquo fructu. Cæterùm interpretes verbum φορῆς de motione menstruorũ prnfluuióve scriptum esse opinati, quotquot sunt illi, interpretantur: & per numerum dierum maiorem minorémve valuerunt motionis tempus menstruorum connotari atque mensuram. Etsi verò verbi istius significatio idem quod ἔρχεσθαι signet vulgo; ita tamen aduentare istum fluorem existimamus, vt per tempus ab Hippocrate definitum, id tremporis connotetur spatium, quod inter duos menstruorum cursus interest ac continetur. Quasi velit Hippocrates ex retardatione & acceleratione fluxionis menstruorum aduẽtantis periodicè, quæque suo tempore expectatur, iudicandum esse Medicn de secunda aut aduersa mulieris valetudine. Naturæ enim bene motatæ benéque constitutæ sunt motiones statæ ratæque in sempiternum. Vt si vnquam natura à sua deficiat cõsuetudine, impar meritò reputetur. Hac de re iudicium certum ferent qui ea quæ ab Hippocrate dicta sunt in Epidemiis, & à Galeno libris de crisibus & diebus crisimis, perlegerint. Σώιτους αὐτῇ ἔσται, vtrum semper viuat valetudinaria. De aduersa autem valetudine hîc duo facient fidem pleniorem. Ἢν δὲ ἐλάσσονας ἢ πλέονας, breuitas primùm nempe & diuturnitas fluxionis menstruorum solitò maior, quando nuper quomodo morbosum tempus possit dici, exposuimus. ἢ αὖτε ἐλάσσονα, deinde etiam eorundem copia vel inopia per aphorism. 57. libr. 5. Correctio protinus tamen subsequitur in Hippocratis oratione, ἢν μὴ ἡ φύσις αὐτὴ νοσῇ, nisi fortè natura morbida sit & infructuosa. Vt non quidem tum commutatę consuetudinis ratio habeatur, sed cuiusdam ordinis potiùs perpetuò confusi & perturbati; ἀτάξιαν dixerunt Græci. Κόσμον & τάξιν in omni re statuit natura valens & victrix, eámque pro viribus consequitur. Hanc verò morbus peruertit, aut alia affectio quædam impediens, ipsam confundit. Natura porrò si morbosa erit, quonam modo ἄφορος sterilis quoque est, eodem loco dictum est antea, vbi duæ eædem hæ affectiones tempori tribuebantur ab Hippocrate.

Ἢν δὲ πῃ ἄλλῃ, quòd si hoc ita sit] Hunc locum retulerunt nonnulli ad morbosam naturam. Et quanquam (ἐπὶ τῷ μὴ φύσει) alius quispiam morbus videatur hoc ipso nomine insanabilis, quòd è natura propendeat; si nunc tamen mulier μεταίνοιτο ἔτι τὸ ὑγιαίνειν, transferatur ad sanitatem aut saltem ad valetudinem meliorem, ac ex inordinato in ordinẽ natura eius reducatur & consuetudinem; ἄμεινον longè satius fuerit. Quasi initio libri de Sterilibus aliquantò magis significanter idipsum ferè verbis expressit Hippocrates ex hac consequente hypothesi; quòd menstrua euadunt morbosa, quum non bene habet se mulier, redundante nimirum in corpore mulieris bile aut pituita aut aqua exuperante. Attamen (ὁ δὲ ἀφορισμὸς, ὕφορος γίνεται· ἢν δὲ μὴ, ὦ) si statim eius cura suscipietur, redditur muliet sæpe fœcunda: Sin minùs, contrà. Vniuersam porrò curandi rationem idem ipse præscripsit Hippocrates aphorism. 36. lib. 5. γυναικὶ ᾗ καθαρμὸν ἄγαν, &c. Menses decolores nec per idem tempus euenientes, perneceſſariam indicant purgationem. Cuius aphorismi priorem partem ad oculorũ iudicium retulit Hippocrates, quemadmodum & posteriorem ad νόημα simpliciter, hoc est ad mentem. Quòd nimirum, si contigerit fortè, vt inter iudicandum aliquid effugiat aciem Medici oculorum; idipsum mentis perspicacitate comprehendi debeat & iudicari eodem ipsomet authore. Sanis verò nunquam catharticum imperasset Hippocrates, interdixit contrà multis locis secundo aphorismorum. At cathartici formam significabit species dominantis humoris. Hanc verò faciet notam menstrua linteum excipiens, aut arena quidem hoc eodem etiam postea teste Hippocrate. Sed de iis postea suo loco. Cæterùm ἐπὶ τῷ quamprimùm cura suscipienda videtur Hippocrati, quandoquidé sic tum facilius sit mulierem in integrum restituere, aut saltem in statum aliquantò meliorem; quàm si malum diuturnum fuerit (credimus) ac inueteratum magis?

lib. de arte.

Χωρὶς δὲ αἷμα ἔρρει τοῖσι ἱεροῖσι, καὶ ἔοικε, secedit verò sanguis menstrualis tanquam è victima recèns mactata] De periodico tempore menstruorũ, eorum quoq; mensura ac diuturnitate profluuij, de substantia deniq; eorum (quam vulgò consistentiam vocant) actum hactenus est ab Hippocrate, vt ex omnium simul perspicientia & collatione lector coniicere possit, an bonis naturæ rebus illa prodeant aut secus: hoc est, an illa habeant se ex omni parte secundũ naturam. Ergo vna hæc quoque est è cõditionibus sanguinis menstrui qui laudabilis iure debet haberi, vt in hypothesi sit fluátque sanguis è mulierem tanquam ab hostia & victima sacra: hoc est, quæ perfruatur valetudine integerrima. Cuius sermonis sensus Hippocratis

pocratis, quò possit intelligi sine negotio, tenendum inprimis est, quòd is mus veteribus quondam fuit, quum vellent diis suis immolare ac sacrare deabus, vt animãtium quidam designarentur inspectores, etiamque ad id præfecti: quorum id erat muneris, vt sedulò perquirerent, an in iis omnia essent integra mundaque. De eorum notis & legibus integrum est alios authores perlegere. Sumus ipsi tantùm memores, quòd iisce curiosiores & perspectis extis, de integritate illorum aut quidem maculis versutè nimis tum ad sacerdotes tam referebant, & quòd, vt ita loquamur, subdolè sententiam suam dicebant, & eam fallaciter interpretabantur. Quæ vniuersa nunc volentes prætermisimus sine amplificatione, ne latret aut nos quispiam mur dear maleuolus. Quandoquidem nec nunc sacra tractari queãt nisi extra rem. Ratum id tamen constansque sit, atque firmum, quòd hic mulier conuenit cum victima in eo, vt prospera ponatur vti valetudine; hoc enim resonant, τὸ ὑγιαίνειν ἐν γυναικί, siquidem sana sit mulier. De cuius etiam certitudine pleniorem fidem faciet, qui elucebit color in sanguine. Cui, ne sit is quoque fallax, credendum nimis non erit, ideóque conuecti bona ratione illi modò etiam hoc præcepit Hippocrates, vt ἕλκος πήγνυται, is citò concrescat. Atque re vera in sectionibus venarum Medicus sæpenumeru animaduertat inter medicandum, rutilum esse sanguinem, purpureum, etiámque rubrum; qui tamen aut erit intemperans aut morbosus alio aliquo modo, nisi ei id tum quoque adsit, vt citò coeat. Etenim ad valetudinis securitatẽ nun quã hæc duo debent seiungi. Putris enim etiam cõtrà, & qui magna bilis, aut pituitæ, aut humoris atri copia perfusus sanguis est, etiam concrescit aut sæpe grumescit. Quis autem eius tum esse debeat genuinus color, & cur tam celeriter conglaciet qui laudabilis vbique habetur; non huius est luci statuere; quemadmodum nec nunc definire, cur post phlebotomen inter refrigerandum quæ portio in eo vilissima aut putris est, petat semper supremum vasis locum. Si iogratum non erit, quum ista ad physiologiam pertineant, eodem reliciantur. At si integer ipse, hoc est eiusmodi videatur qualis debet nou haberi solùm, sed esse reuera, in se coniunctas binas verè habeat bas dotes, pernecessarium quidem est; vt & sit sanguis ruber oimirum, & citò concrescat.

Quorsum verò nunc apud Hippocratem, ὅσοι δ' ἐν φύσει ὀδὶ κάτω, &c. deinde noo ita dissimili oratione postea, nec stylo, ὅσοι δ' ἐκτὸς ἁμαρτίων ἔλκεσιν ἢ κάμψεσι? Nimirum vt proposito non ita pridem naturæ modu, qui vbique semper sufficiat; intelligeretur quænam alioqui obrepant & inde tandem mulieribus calamitates cootingant, quæque molestiæ. Sua, vt probè nouimus, commoda menses habeut, quoties naturæ instituto respondent & voto, in tempore pluribus modis, qualitate, quantitate, modóque, dicamus etiam consistentia atque colnre. A medio autem quò abscedunt mẽstrua magis & lungiùs abfuot in hanc vel illam partem propensa; in detrimenta quoque maiora mulieres incurrunt aut plura, & sæpe ruuut, & vnà præcipitant fœtus suos. Namque vt ducatur exordium ab (ὅσοι δ' ἐν φύσει) iis quæ suprà quartum purgationis diem menstruales manent: αὐτίκα κακαὶ γίνονται, oon tantùm instant & adsunt quæ mulieres male afficiant, & miserè exerceant; sed καὶ τὰ ἔμβρυα αὐτίκα, & quæ fœtus ipsos. Persimile iudicium quoque esto de consequenti altero extremo, in quo defectus est, quemadmodum iam proximè explicabitur. Ne vet ò etiam pigriori motione mulier per quatriduum purgari tum existimetur, ac eodé modo parum sanguinis putetur effundi interea, etiámque sic ad aliquid iustam copiam purgationis desideran; occurrum huic quoque sic animaduertito per præoccupationem consequentem.

Καὶ πολλὰ καὶ χωρὶς τῆς ὑπερβολῆς] Scilicet, vt quemadmodum diutiùs in hypothesi quàm à natura fuit definitum, menstrua feruntur: ita quoque interim non stillent quidem (sicuti nunnullis contigisse ipsi quoridie vidimus & adhuc obseruamus, sed πολλὰ καὶ χωρὶς & liberaliùs effundantur. Hoc modo semper exuperabit in hypothesi profluuium, vt deficiẽt ipsum quoque aliàs, sicuti exponetur iam consequenter. Cuique alienum porrò videatur, quomodo quas hic prior ordo continet, quum copia iisce oon desit sanguinis ad nutritionem vtriusque in hypothesi, vterque tamen extenuatur. Sed præterquam quòd largiore diuturnioréque hoc profluuio sanguinis, de vnius atque alterius alimento tantundem detrahitur, est hæc & minùs habilis ad alendum materia menstrualis, sicuti aliquantò superiùs demonstratum fuit à nobis, vbi qua ratione tempus morbosum dici queat, antea exposuimus pro Hippocratis sententia. Si placet (lector) locum repetito. Quum alioqui mulieres minutulæ & quæ graciles, sint ἐπιφλοεῖς, apparentes venas habeant & amplas & multi sanguinis capaces; hæ crassos hoc modo & quadratos fœtus perpetuò ederent. Attamen hic (τὰ ἔμβρυα αὐτίκα κακὰ) sunt minuti nunc fœtus earum, sed data & explicata de causa.

Καὶ ἀμυδρώτερα] Accommodatè redditum opioamur à nobis, vt velut tenellum quiddam facilè corrumpantur. Nec vltra progredimur grammaticando. Nonnulli verterunt marcescere & contabescere. Sed videbit lector Galenum in exegesi sua, vbi quid ἀμυδρώτερα aliis visum sit, aliàs exposuit. Cæterùm in Arist. doctrina tenues quoque vulgò ipsi obseruauimus aliquando edi alia de causa, vt quando scilicet iisce prægnantibus non desinunt menses ferri, vel ad postremum tempus gestationis. Sic sanè meritò tum minutulos fœtus pariunt matres, & minùs vitales (ait) aut quidem infirmos, cap. 2. lib. 7. de historia animal. Secus autem se longè res habet in proposito, vti explicatum antea à nobis fuit.

Ὅσοι δ' ἐκτὸς ἁμαρτίων ἔλκεσιν, *sed quibus infra tres dies*, &c.] Nunc igitur ab opposito, vt sint contrariorũ oppositæ consequentia, quoties menstrua fundentur dies pauciores tribus, moderata volumus interim manu ant quidem parciori, quanquam fortasse confertim: (Nunc enim εἰλῆσαι χωρίς, ei quod modò dicebat πολλὰ καὶ χωρὶς τῆς ὑπερβολῆς, vt quid verè oppusitum, manifestè repugnat) qua nuper matres extenuabantur, hic opposita nunc omnino ratione crassiusculæ fiunt & bene coloratæ, & quidem non viriles, vt alij iudicarunt, sed robustiores. Vt quanquam certioribus de causis iisque æquissimis nunc fructus ferant pleniores & crassiusculos, illis sit id tamen insolens adeò & rarum, vt vix se vnquam peperisse meminerint, & ne aliæ quidem. Non sanè huius cõditionis mulieres tam sæpe pariunt, quia nec

concipiunt, quàm ipſæ expetant. Eſt namque magni momenti, locorum muliebrium manitio omnis ad conceptionem. Huc transferatur (ſi placet) ratio reddita ab Hippocrate, eáque veriſimilis, ab initio libri περὶ ἀέρων: αἱ γυναῖκες τῶν αἱμάτων πάντων ἐνδεέστεραι τὸν χρόνον ἔχουσι, καὶ ἐν τῷσι μεγίστοισι αἵμασιν ὀλιγάκις τὰ χρόνια τῶν μοχλῶν, ὅτι κάτωθεν τὸν χρόνον τρέφουσι. Ex qua oratione quanquam in re quidem diſſimili, dignoſci poterit quàm ſit ad conceptionem opportuna cùm veteri tum venarum illius vacuitas. Quam vt maiorem vulgò illæ in hypotheſi ſuperiore conſequuntur, ſic ſunt his omnia nimis hîc anguſta, quia oppleta; atque ideo ad comprehendendum multò magis inepta. Non quòd tamen nunc ea ſit mens Hippocratis & eius ſententia, qualem idem ipſe tulit aphoriſmo 46. lib. 5. quæ ibi ponuntur nimirum craſſæ præter naturam: ſed quia vt illæ modò faciliùs ſemen comprehendunt, ita hæ concipiant quidē, at minùs frequenter & ex diſtantioribus interuallis. Porrò autem euentus frequens demonſtrat, quàm ſit hæc ex vſu vacuitas veteri ad conceptionem, etſi ex accidenti quidem. Viuenſiſe etenim accepimus, imò etiam ſæpenumero ipſi vidimus, quòd proximo compreſſu poſt purgationem perfectam ex vehementiore cathartico, quæ ſteriles antea reputabantur, ſolitæ ſint ſemen excepeum continere. Quo mulieres quædam eruditæ euentu, ab aſſumpto cathartico cautè & aſtutè viri congreſſum fugitantes ſeorſum cubant, ita ſe perſentiunt geſtationis veteri frequentia fatigatas, ac tum præſertim ſeſe aſſuetas impleri norunt ipſæ frequenter ſimplici ac primo ſtatim cum viro congreſſu.

FINIS COMMENTARII
PRIMI.

MAVRICII CORDAEI RHEMI COMMENTARIVS SECVNDVS IN LIBRVM PRIOREM HIPPOcratis Coi de Muliebribus.

SENTENTIA PRIMA.

ΗΝ δὲ πνῖξ τοσαύτη ἐξαπίνης, μάλιστα τῆσι μὴ ξωνύσησιν ἀνδράσι, καὶ τῆσι γραυτέρῃσι μᾶλλον ἢ τῆσι νεωτέρῃσι· κουφότεραι γὰρ αἱ μῆτραι σφέων εἰσί. 1

HORRO autem si strangulátio oboriatur repentè, eas potissimùm inuadit, quæ viri consuetudine carent, & seniores potiùs quàm iuniores: leuiores quippe illarum uteri sunt.

Γίνεται δὲ μάλιστα ὅτε, ἐπλὴν κενεαγγίσῃ καὶ ταραπωρήσῃ πλείοσι τῆς μαθήσιος. 2

Quod quidem tum maximè fit, quum uasorum euacuatio maior solito præcesserit, & assiduus molestúsque labor.

Αὐαίνεται αἱ μῆτραι μᾶλλον τοῦ τῆς ταραπωείης τρέφονται, ἅτε κεναὶ ἐοῦσαι καὶ λυφταί. 3

Aridior præ molestia laboris uterus facilè conuertitur & agitatur, quandoquidem uacuus est & leuis.

Εὐρυχωρέη γὰρ σφίσι ἔστιν, ὥστε τρέφεσθαι, ἅτε τῆς κοιλίης κενῆς ἐούσης. 4

Amplissimũ etenim idem is locũ habet, quò conuerti queat, uacuo nimirũ uentre.

Σφετόμενα δὲ ἐπιδημέοισι τῷ ἥπατι, καὶ ὁμοῦ γίνονται, καὶ ἐς τὰ ὑποχόνδρια ἐμβάλλουσι. 5

Vt autem cõuertitur, hepar impetit, simúlque cum eo manet; ac, vt breuiter dicam, impetum facit in hypochondria.

Θέουσι γὰρ καὶ ἔρχονται αἶψα τοσοῦτον ἐκμάδα, ἅτε ὑπὸ τῆς ταραπωείης ξηραθεῖσαι μᾶλλον τοῦ κατεῦ. 6

Concurrit enim & sursum ad humorem fertur, nimirum quia ex molestia laboris quàm è re sit, factus est aridior.

Τὸ δὲ ἧπαρ ἐκμαλέον ἐστίν. 7

Humidum est autem hepar.

Ἐπ' ἐὼ δὲ ἐπιδήσῃσι τῷ ἥπατι, πνῖγα ποιέεσθαι ἐξαπίνης, ἐπιλαμβάνουσαι τὸν ἀφαπνοὴν τὸν ἐκ τοῦ κοιλίου. 8

At posteaquam uterus ad hepar appulit, strangulationem parit, repentè intercipiens transpirationem quæ fieri solita erat circa partes alui.

Καὶ ἅμα τι ἔρχονται ἔστιν ὅτε τοσοῦτον ἐπήλθῃ τοσοῦτος ὁ ἧπαρ, καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς φλέγμα καταῤῥῇ ἐς τὰ ὑποχόνδρια οἷα πτερυγίου· καὶ ἔστιν ὅτε ἅμα τῇ καταῤῥύσῃ τοῦ φλέγματος, ἔρχονται ἐς χώρην ἀπὸ τοῦ ἥπατος, καὶ παύεται ἡ πνῖξ. 9

Accidit etiam nonnunquam, vt simul atq; inceperit uterus hepar opprimere, eodem modo in hypochondrium utrumq; pituita procumbat è capite tãquam suffocato: nonnũquam & unà cum pituitæ prolapsu uterus ab hepate in pristinũ locũ recedit, atque hoc pacto desinit suffocatio.

Κατέρχονται δὲ καθέλκυσαι ἐκμάδα καὶ βαρυνθεῖσαι. 10

Vterus porrò descendit humorem educens, eóque satiatus & ingraueſcens.

Τρυσμὸς δὲ ἀπ' αὐτέων γίνεται, ἐπ' 11

Vt autẽ ipse se in suũ locum recipit, ab

eo murmur concitatur: quo cùm peruenit, accidit ferè vt ijs peractis aliquãtò quàm priùs humidior venter reddatur.

Tum enim partem *pituitæ caput à se* 12 *remittit in aluum.*

Vbi inquam *appulit ad hepar vterus* 13 *& hypochondria, suffocat & premit, atque tum alba oculorum mulier sursum vertit, & refrigescit.*

Sunt & quæ tum liuescant facilè, & 14 *quæ dentibus strideant, &* quibus *saliua in os influat, non dissimiliter quàm ijs quos Herculeus morbus agitat.*

Quòd si uter ad hepar diutiùs immore- 15 *tur & hypochõdria, mulier suffocata perit.*

Accidit & aliàs vt in euacuata & 16 *laboribus cõfecta muliere cõuersus ad vesicam vterus in eius osculum impingat, & sic stranguriæ afferat consequutionem.*

Nullum tamen inde aliud damnum 17 *consequitur: imò verò sanescit quidem breui, si valetudinis cura eius suscipitur: sanescit quoq; nonnunquam sponte sua.*

Sunt & quibus præ labore multo, aut 18 *etiam inedia, ad lumbos aut coxas quando vterus impegerit,* negotium *faciat vt & dolores.*

λῶ χωρίωσι ἐς ἕδρην τὴν σφῶν αὐτῶν· ἐπ' ἰὸν δ' ἔλθωσιν, ἔστιν ὅτι ἡ γαστὴρ μᾶλλον ἐκφανὴς ὑγροτέρη γίνεται, ἢ ἐὸν τὸ πρὶν χρόνῳ.

Χαλᾷ γὰρ πολλὴν ἡ κεφαλὴ τὸ φλέγμα τῆς ἐς τὴν κοιλίην.

Ἐπ' ἰὸν δὲ ὅταν τοῦ ἥπατι ἔωσιν αἱ μῆτραι καὶ ζώοισιν ὑποχονδρίοισι, πνίγουσι, καὶ τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἀναδίδωσι, καὶ ψυχροὶ γίνεται.

Εἰσὶ δὲ αἳ καὶ πελιδναὶ γίνονται, ἢ δὲ καὶ ὀδόντας βρύχει, καὶ σίαλα ὀπὶ στόμα ῥέῃ, καὶ ἐοίκασι τοῖσιν ὑπὸ τῆς Ἡρακλείης νόσου ξυνεχομένοισιν.

Ἢν δὲ χρονίσωσιν αἱ μῆτραι πρὸς τῷ ἥπατι ἔχουσαι ὑποχονδρίοισιν, ἀποπνίγει ἡ γυνή.

Ἐστι δ' ὅτε ἐπὶ ἰὸν κινεαγχήσῃ ἡ γυνὴ, καὶ ὀπισθαπορήσῃ, αἱ μῆτραι τρεφόμεναι πρὸς τῆς κύστιος τὸν στόμαχον προσπίπτουσι, καὶ στραγγουρίην παρέχουσιν.

Ἄλλο δὲ οὐδὲν κακὸν ἔπεστι· καὶ ὀλίγῃ ὑγιαίνῃ γενομένῃ· ἔστι δ' ὅτε καὶ αὐτομάτη.

Ἐστι δ' ἧσιν ἐκ τοιαυτοείης ἢ ἀσθένειης πρὸς ὀσφῦν, ἢ πρὸς ἰσχία προσπεσοῦσα, πόνους παρέχουσιν.

EXPLICATIO.

De suffocatione hysterica se hunc locum scilicet præclarè interpretatos nonnulli opinantur, ducti hac coniectura aliquantùm verisimili: quòd hic nempe propositum viderent Hippocratis, morbos vnà cum symptomatis qui mulieres malè habeant & exerceant, commemorare: atque inter symptomata muliebria, huiusmodi suffocationem principatum etiam obtinere. At nos nostra aliò trahit sententia. Quæ tamen quàm apud vos habeatur vera, si placet, priùs expendite, ac tum iudices estote. Existimamus namq; hîc πνῖγα strangulationem simpliciter dici, & non quæ ex vtero suboriri vulgò creditur; quinimo quæ per vterum potiùs excitatur, nunc Hipp. intellexisse. Atque huius nostræ opinionis causas quiq; percipient facilè ex sequentibus. Huc etenim postea Hipp. verba quædã cõmodè trãsferem', ad facilioré captũ huiusce rationis. Operępretiũ est tamẽ, vt antè sic familiariter ex eodẽ Hipp. colloquamur. Hæc ergo nunc gradatim, hoc est ex ordine (si placet) hypotheses sint Hippocrateæ. Inanitio ex vacuatione præcedat inprimis vasorũ, aut molestus quidẽ labor qui priùs vterũ exhauserit. Sic sanè & vterus meritò statuat ne leuis. Nõne is est naturæ instinctus in affectis bene corporibus, vt pars omnis sit eius maximè appetens quo refici possit & recreari? Quidni etiam ad id suopte nutu feratur? Quẽadmodum seminis appetẽs vterus situẽnsq;, ei occurrit ac sæpe prorumpit, atq; tum tãta vis quoq; est nonnũquam libidinis, vt etiam aliquãdo moueatur extrorsum ad percipiendum ex eo fructũ: ita his positis de quibus modò agebamus, an non potiùs ad hepar quàm aliorsum deferatur uterus? In hypothesi superiore redactus ad angustias oppressúsq; siti ipse ponebatur. Atq; idcirco in mulieres suis viris destitutas cadebat affectio præsens, vt & in seniores; quibus totus ferè vterus exaruerat, contra opinionem Galeni & eius de dictis Hipp. iudicium, quemadmodum videre licet cap. 5. lib. 6. de loc. affect. apud eundem. Quidni ergo (τρίφου ἐπ ωνιαὶ ἰώσαι ἐ κοῖσαι) quum idem ipse sit vacuus & leuis, conuerti etiam in vtrisque iis mulieribus modò dicatur? Hoc enim & sequens oratio sonat, κυφότερα δὲ αἱ μῆτραι φέρουσι. Quia tamen cadit, etiámque opprimit & quidem sine ætatis merito nonnunquam reliquas; quæ huius euentus opportunitas tunc esse queat, idem ipse sic declarauit apertissimè, γίνεται δ μάλιστα τότε.

Vt hæc

Vt hæc nunc causa antecedat, Inanitio scilicet vasorum ex vacuatione, & exuperans & nimis molestus labor, aut solito maior exercitatio & oimis anxia, contra Galenum. Quibus positis an non iustis de causis (αἱμοῤῥοΐαι αἱ μετ' ἔμφυσιν) ipse atefactus (φρίσσοντες) præ laborisangustia vertitur & intorquetur meritò (ἀπ' αὐτοῦ) in omnem partem?

Ἐπέχουσιν, amplitudo spatij] Huius antea initio disputationis ad id cõferebat amplitudo loci, vt πολύποτα καὶ ἀκαταπαύστως nonnullis indolentiùs menstrua supprimerentur. Eadem hæc quidni nunc etiam faciat ὑπὸ φρίσσοντος, vt vterus aliò diuertat facilius & cum leuiori molestia intorqueatur? Parta est nunc autem spatij libertas huius, ἀπὸ τῆς κατὰ φύσιν ἰούσης, ex ventris vacuitate suprà posita.

Στρέφεται δὲ, conuertitur autem] Vt verò primùm nactus est vterus ipse dimotionis è sua sede occasionem spatiique libertatem (ἐπιβάλλουσι τῷ ἧπατι) sese hepati adiungit ponùs quàm alteri parti explicata de causa, & quidem aduersus sententiã Gal. 6. de locis affectis. Quæ eadẽ suo loco mox repetetur postea ab hoc authore. Quando verò occurrentibus aliis & dissimilibus causis, vt verbi gratia vteri ligamentorũ strictiore quadam aut dextra parte, aut eadem decurtata, contra interpretationẽ Galeni; non est perpetuum vt vterus emotus suo loco hepar opperat; non tamen ipse desinit sursum promoueri in dictum eundem semper scopum. Quam ob rem statim adiunxit Hippocrates, καὶ ἐς τὸ ὑποχόνδριον ἐμπίπτουσι, qnòd tum saltem inuadit hypochondria. Id tamen discriminis in us obseruabit lector, quòd si dextrorsum in hypothesi vterus trahatur, ἡμιόγκιον, tunc (vti explicatum antea fuit) hepati se applicat adiungitque, vt ipse secum. Cnius hæc ratio proximè subsequitur: ἅτε γὰρ καὶ ἕλκοντα αὐτὸν πρὸς τὸν ἰκμάδα. Vbi verbo currit & natum partis & impetum motioois signanit Hippocrates. Tanta vis enim est huic insita, tantus támque appetitus ardens amicæ rei & familiaris, cuius desiderio quaodoque tenetur, ardet & peruritur etiam duce natura; vt nonnunquam non ita dissimili ab animantibus impetu ducatur & quasi rapiatur ad eam, quod est quoq; aduersus Gal. Incn iam designato. Hac ratione conttouersum fuit inter veteres, an recensendus esset vterus ioter animantia, vti id videtur apud Galenum eodem loco. Sed sanè non satis fuit Hippocrati verbo priori sententiam suam explicare, adiunait ei & hoc aliud, καὶ ἕλκεται αὖθις, & sursum repit quasi ad fontem inexhaustum atque perennem. Ἀπὸ τοῦ τῆς γαστρὸς] Sic ratio iterum annectitur, vt ratum sit fontem humoris gratiosi, vtpote iam exculti naturæ magisterio, hepar esse, lib. 4. de morbis, contra Galeni quoque sententiam.

Ἐπὶ τῷ ἐπιβάλλουσι τῷ ἥπατι, at postea quam vterus ad hepar, &c.] Redeat ounc oratio (perplacet) vnde deducta fuit. Ex antedictis enim satis iam exploratum fore cuique arbitramur, quorsum oũc se setmo vertat Hipp. Vt de suffocatione ab vtero qui apud se agit & suo loco manet, non hic nunc ab Hipp. suscipiatur disceptario, sed veriùs omnino de vteri motione quæ illi præter morem adsit & præter naturam, hæc tota disputatio cœpta est ex hypothesi. Quia oimirũ vterus appulit ad hepar ipsumq; premit, spectẽ quandam inducit suffocatioois per oppressionem, ἐξαπίνης, etiam repentè. Namque discrepat hæc hoc pacto ab hysterica vulgò dicta strangulatione, cuius causa nec repentè nec sine sensu, sed simul cum vapore ab vtero exurgens authore Galeno, & sensim & manifestè per ductus apertos effertur ad partes superiores. Modò autem ad hepar vterum adhũgere sese exposuit, quia sic frequentiùs accidit. Noo desinit attamen, vt iam antea positum est, etiam sursum aliàs, etsi aliorsum quàm ad hepar, rapi, atque eodem modo inducere etiam opprimendo suffocationem. Erenim quemadmodum si ipse in latus quãdoque impingat, sui indicium præbet mole manifesta: ita etiam si quando sine vllo interuallo diaphragma fortè oppetat, ipsum premit consimiliter, etsi id quàm aliàs non faciat palàm & tam manifestè. Hoc nempe modo semper πάσχει παθὼν ἐξαπίνης, vt est præoptatum non ita pridem. At nondum patet satis quomodo periculum sic quoque creat vterus suffocatioois, etsi ἀπαιωρήσεται τὴν ἀφὴν τοῦ ἥπατος ἀπὸ τῶν ὑπεζωκότων, interpretatus videatur Hippocrates, id perfici per spiritus partium interceptionem quæ sunt circa aluum, quæque ipsam (credimus) attingunt & spectant. In iis est parte superna ipsum diaphragma potissimùm, quamuis secus putet Gal. dissimulanter cap. 5. lib. 6. de locis malè affectis. Thorax verò & eius fabricatio eiusmodi est in corpore humano, vt quasi instar dolij ostium habeat ad asperam arteriã adiunctum linguæ radicibus, hoc est ad supremam illius partem quà perspiret duce natura, & quâ contectus concluditur epiglottide, & quidem (vt est loquutus ipse) tegitur quasi qnodam operculo: Ne nimirum, si quid fortè cibi inter vorandum aut absorbendum potiùs ist hâc in pulmonem incideret, spiritus impediretur: qnemadmodum hæc vniuersa sumpsisse suspicio quædam est M. Tullium ex Hippocratis libellis de corde & de alimento. Eoatum hunc sanè prudenter antiquis fuit prouerbium, qnòd sorbere non possumus simul ac flare. Qui nunc fiet igitur, vt intercipiatur ex inferna thoracis parte perspiratio; quum siquidem ex omni parte circumclusus ipse sit non minùs ab imo quàm ab antico posti cõque, etiamque lateribus? Curnam hîc enim ex ventris partibus perspiratio magis præpediatur quàm ex aliis? An quòd ante ascensum vteri isthac interspiraret & cor & pulmo, quâ nũc ex hypothesi vtrumque premitur? Exspirando commouetur thorax motu peristaltico, spiritum eadem omnino ducens qua ad se pellexerat ipsum antea & cor & pulmo. Multo clamore, intensa oratione & vocum concentu graui, variis etiã musices organorũ generibus, vt & venatorio cornu, diaphragma multũ agitari fatẽtur omnes quidem, quemadmodũ & expenumero si quid sit vi aliàs expectorãdum. Id verò an ἀφικνεῖσθαι οἷόν τε κατὰ λόγον ounc haud posse dicatur apud Hipp. atq; ideo suffocari, lectores ipsi viderint. Verumenimuero quum ἀφικνεῖσθαι verbum synonymum sit τῷ ἀφορμᾶσθαι, vnde dicta etiam est ἀφόρμησις; alienum non erit (rogamus) si modò explanetur & quidem obiter, quid Medicum agens M. Tullius sibi voluerit, quando ἀφόρμησιν Tironi profusse congratulatus est, præsertim quum tam hic locus sit lubricus, vt ne vix quidem vllus interpretum inueniatur, à cuius expositione veritas non desideretur. Illi verò non obseruauerunt quotquot sunt omnes, perspectam habuisse Marc. Tullium totam hominis fabrica-

lib. 2. de nat. Deorum. vide cap. 7. lib. 7. de vsu part. apud Galenum.

tionem & omnem humanæ oaturæ figuram atque perfectioocm. Nouerat is quoque tribus rebus, cibo, potione, ſpiritu, animantium vitam teneri, & ad hæc omnia percipieuda os eſſe aptiſſimum, quod naribus adiunctis etiam ſpiritu augeretur, lib. de Deorum uat. ſecundo. Imò nouerat petbellè (& hoc eius dictum præſens poteſt illuſtrare) quòd & dilarando & contrahendo frequenter ſpiritu duceretur animalis cibus, quo maximè (ait ille) animantes aluotur. Apertum reddi etiam poteſt ex epiſt. 8. lib. 16. ad familiares, quàm illi magnæ tum fuerit ſolicitudini valetudo Tironis, atque eius vſum ſuauitatémque fatetur M. Tullius ſe deſiderando ſenſiſſe. Et quòd, quanquam eum videre rota cogitatioue cuperet, ipſe tamen penitus cum rogabat, ue ſe tam longæ nauigationi & viæ pet hyemem niſi beoe firmum cõmitteret: néve nauigaret niſi exploratè. Sui deinde rationem cõſilij ſubiecit ipſe, quòd vix in ſuis tectis & nppidis frigus in firma valetudine vitaretur: nedum in mari & via facile ſit abeſſe ab iniuria temporis. Idq; teſtimonio hoc dehortari tẽtat Euripidis, ψύχος δ' ἀνεῦ χιὼν μαχώμενον, quòd ſit nimirum corporibus extenuatis frigus infeſtiſſimũ. Hæc vetò eo ſubeutiùs pet nos proferuntur vniuerſa, etſi extra rem, quòd ad medici officium ſpectent & ipſum inſtruant multis vbique modis. Quódque eſt aliquantò maius de morbo Tiroois, Ciceroni prognoſticum quoque huiuſmodi fuit: ἀνάδυσιν μέ, χρονίσειν δέ. Ciceronis attameo aoimum recreabat, quòd Aſclapo Medicus planè confirmaſſet propediem ipſum valentem ſore. Vode Tironem exhortabatur M. Tullius (tanti faciebat & colebat ipſum) vt omnem diligentiam adhiberet ad cõualeſcendum. Mouebat prætetea, vt Medico haberetur honos. Ex epiſtola conſequeno apertè etiam patet, quòd etſi in quartanam eſſet couuerſa vis morbi, ſperabat ipſum tamen diligentia adhibita etiam firmiorem fore. Atque vt faciat, mooet; quod eſt humanitatis ſuæ. Ac oe quid etiam tum aliud curet, niſi vt quàm commodiſſimè conualeſcat. Scribit & epiſtol. 12. quòd Tironem cupit venire ad ſe, ſed viam timere, quòd ægrotarit grauiſſimè, quódque inedia & purgationibus, & vi ipſius morbi comſumptus eſſe queat. Adiecit & hoc ootatu condignum, quòd graues ſolent offenſionnes eſſe ex grauibus morbis, ſi quæ culpa commiſſa eſt. Accepiſſe ſe teſtatur pòſt ab eo epiſtolam vacillantibus literis, ſed id non admiratur, tam graui morbo, epiſtola decimaertia. Et quod eſt mirum magis, Medico, mercedis quantum poſcet, iubet promitti. Denique ex ea ipſa coniici poteſt facilè Marcum Tullium accepiſſe Tironem rus eſſe profectum. Vode cum eo ſic eſt ipſe locutus: Tibi ἀφόρητον gaudeo profuiſſe; hoc eſt, meliori te eſſe nunc loco & valetudinis firmiori ſtatu, ac eius coodritione propter iucunditatem & ſuauitatem ſummam quam tu ipſe perceperis inter deambulandum & ruſticandum. Id ipſum eſt quod vulgò & vernaculè vſurpant Galli, aërem capere & foris leuiter deambulare. Meritò hac ratiooe ium uunc poſtea, ſi etiam Tuſculanum prodeſſe intelligat Ciceto, tantò illud ſibi amabilius pollicetur fore. Indulgẽdum vetò & modis omnibus inſeruiendum eſſe valetudini hortatur; præſertim quum quid valetudo poſtulat, u oo iguoret Tiro: nempe πῶμα, ἀναπάυσεις, ἀβλακείας σύμμιξιν, πέψιν, ὑπνώσεις πολλάς. Fac bellus (tandem inquit ille) reuertare. Nou modò te nũc, ſed etiam Tuſculanum ooſtrum plus amem. In ipſa autem quæ ruri fit iucunda deambulatioue, aëris bonitate nouantur ſpiritus & recreantur; qui iu totum corpus diffuſi efficiunt vt non ſecus (vti interpretamur) dum conualeſcit æget, diſcutiantur qui pauci ſuperſunt humores vitioſi in vniuerſo corpore, qnàm qui in aliqua parte cõtenti per meatus inſenſiles & minùs apertos in habitum abeunt arte Medici. Qua quæ ad id pollent facultate medicamenta, dicta ſunt quoque Medicis veteribus ἀφορητικά. Quæ obloogior digreſſio etſi lectnribus fortaſſe peperierit nauſeam, hæc tædium tamen ùs ferat eò minos, quòd Medicum planè quæque in ea redoleant, & ad eum hæc omnia ferè ſpectent quæ Marc. Tullius ſcripſit in epiſtolis ad ſuum Tironem, amici & Medici partes ſortitus. Iterum itaque rogamus, booi conſulite. Quis hunc enim, ni Medicus ſit, Ciceronis ſcrupum adimat? Cæterùm minùs Ariſtotelem præterit quoſdam eſſe motus ἀκουσίους, non voluntarios, ſed ſæpe cieri eos agnouit etiam animantibus inuitis. Suot eiuſmodi aliquando tum qui à corde, tum qui à partibus podeudis proficiſcuntur. Illic exempli cauſa accidit ſpectato nonnunquam hoſte, vt & maleuolo quodam homine: hic vetò ſpecioſa & eleganti forma quadam muliere, aut mammis eius, aut fortè etiam partibus pudendis. In ùs enim vtriſque tunc ſecus ſe motus habet, quum ſic ipſa quoque afficiantur diſſimiliter, ad ſioem libri de animantium motu apud Ariſtotelem. Sed id ſanè non eſt quod hic cum Hippocrate quæritur. Quinimo, an quemadmodum io thorace ſuus eſt cordi motus duce natura, ita an ſit alius in capite peculiaris quoque meoingi: aut quidem, an hæc mouearur cum corde communitet. Quæ poſterior pars nobis videbitur huius quæſtionis lõgè altera veriſimilior, ſi meninx eodem tempote mouebitur quo quę ipſam perreptant arteriæ, vt vtrorumq; diaſtole par tum oimitum eſſet. eſſet & eadem in ùs vtriſque ſyſtole. Verumenimueto etſi in veſica, liene & peritoneo arteriæ moueantur, an protiuus tamen hoc ipſum artollunt, an etiam deprimunt? Omnes quidem hactenus meningem intuiti, eam commouerı aoimaduerterunt. At iſtius motionis cauſas nulli omnino inueſtigarunt. Quonam igitur eorum modo, ſic redacto corde ad angustias per hepar, quod ab vtero comprimitur in hypotheſi, nunc hìc caput ſuffocari dici queat? Porrò autem ſic (ſi placet) noſtra cogitatio progrediatur ratiocinando. Si qui ſint teſpiratiouis fructus, vt ſunt rcuera, ac ex illa decerpi quidem poſſint: caput percipit eos priori loco quàm cor aut pulmo. Quod vt mirabile dictu, ita ſanè facile; attamen veriſſimum. Quandoquidem reſpirationis primùm gratia & nõ emunctionis, quoolam uoo oiſi ſecundariò, condiderit natura nares capiti viciniores & adiunctas, ſicuti ſcriptum legimus lib. de morbo ſacro apud Hippocratem. Ait enim, ὅταν γὰρ ἄνθρωπος ἀσθμαίνῃ καὶ τὸ πνεῦμα καὶ οἱ μυκτῆρες, τὸ πνεῦμα σφόδρα μὲν ἐς τὸν ἐγκέφαλον ἔρχεται, hoc eſt, Quum ore ſpiritum homo ducit & naribus adiunctis. vt eſt loquutus Marc. Tul. Cicero ſecundo libro de natura Deorum, primùm quidem venit ſpiritus ad cerebrum, deinde verò in ventriculum (cordis credimos) magna ea parte &c. Quod & ſimiliter Gal. ſenſit quodã loco in libris de vſu par-

Errarunt hactenus omnes qui in eam dictionem firma negando ſemper consuetum legerunt. epiſt. 8. lib. 16. epiſt. 9.

epiſtol. 13. lib. 16.

vſu partium & de placitis Hippocrat. atque Platonis. Si quoſdam autem ſpiritus caput habet ad ſenſus & motus animales, vndenam eos priùs capiat & emendicet, ſi non ab infernis? In his namq, qui vitales exuperant, deſtinati cedunt in animales, nimirum ad caput delati per arterias. Hi verò ne exardeſcant ex motu cultúque diututiore per iſtos anfractus nimis tortuoſos, hoceſt ne ipſi concipiant inflammationem modo ſcilicet phrenirico: (hac ratione nonnulli cordis gratia cerebrum ſuo modo & temperie efficiunt efformatúmque quondam opinati ſunt) cautè quidem, vt frigus aut veriùs refrigeratio eo in loco magis augeretur; & ad circumpoſitam venis arteriiſque medullam per ſe frigidiuſculam cerebri, adiunxit natura durioris meningis motum perennem. (Id verò ex Hippocratis doctrina non inuouetur quidem per nos, ſed renouetur; obnixè rogamus, in poſterum.) Noti hæc namque diſſimiliter mouetur quàm cor. Quòd ſi caput refrigeſcens operas capit & fructus, eis qui ſunt à corde perſimiles: quidni offenſiones & moleſtiæ vtriſque in genere ſimiliter communes erunt? Si nuoc igitur per oppreſſionem quoddam rudimentum ſuffocationis incidat in pectus, in pulmones, adeóque in cor; an iure diſſentaneum videatur, ſi eiuſce oppreſſionis particeps caput reddatur per arterias, quum ſit communis vtriſque modò explicata perſpirario? Pertinet igitur ad caput, vt ad pulmones, ſuffocatio. Enimuero quis hic certiora quàm hæc requirat ſigna, ex quorum perſpicientia hallucinatum Galenum eſſe ſuſpicetur & mõſtret in re propoſita aduerſus Hippocratem? Euertere verò rationes illius haudquaquã arduum eſt propiùs intuenti, ſiue in prægnantibus vteri tumentis ratio habeatur; ſiue etiam ventriculi ſpectetur moles, qui oneratus cibo (etſi vterque auctibus tacitis & paulatim quidẽm) diſtenditur ſupra modum. Præcipua hæc enim ſunt rationum momenta Galeni, quibus turari ſe & nomine ſuppreſſo Hippocratis, ſuum ſe doctorem oppreſſiſſe opinabatur cap. 5. lib. 6. de locis malè affectis; ſi modò is fatebitur opus hoc eſſe Hippocrateum. Haud verò fortaſſe animaduerterat Hippocratis incœptum nõ eſſe quidquam de ſuffocatione hyſterica meditari; ſed quæ per vterum potiùs (vt antè diximus) ſolita ſemper fuit ſuſcitari repentè, quæque ad oppreſſionem poſitam vũlgò conſequitur, nec tum quidem per ſe, ſed ex accidenti tantùm. Galenum, ſi placet, conſulire, & argumenta eiuſdem & ſigillatim & diligenter expendite. Namque quò quiſque præſentem diſputationem iudicet habitam eſſe ab Hippocrate de vteri errore, hoc eſt de eius moru præter naturam; iam, vt receptum à nobis paulò antè fuit, ad Hippocratis verba quæ rudiorem explaneot abunde acceptionem Galeni, attendite. Is peccauit enim (quod pace tãti viri etiamque ſummi poſt Hipp. temporã dictum ſit) peccauit (inquam) in verba magiſtri. Græcus ſermo ſub initio legitur libri de muliebri natura, vbi hæc quæ in quæſtione nunc poſita offenſio eſt, comperietur ordine ſecunda inter eas quæ cadunt in mulieres & eas opprimunt: Ὅτε αἱ μῆτραι ἀπὸ τὸ ἄνω ἕλκωσιν, ἄφωνος ἐξαπίνης γίνῃ, & quæ ſequũtur eodẽ loco. Ex eorum perlectione tum facilè cõſequaris (etſi nõ vt hoc loco explicẽtur cauſæ, ſed illic prætermittãtur, propter quas cõſueuit vterus deiici de ſuo ſtatu & aberrare loco) eaſdem tamẽ in mulieribus illic deſcribi opportunitates; hoceſt quòd in viduis quæ iuuenes adhuc ſunt, & virginibus iam prouectiori ætate, per comparationem affectio nunc notata potiùs dicatur locũ habere. Eadem illic quoque elucent ſymptomata (πνῖγα nunc enim cũ iſthac ἄφωνίᾳ confundimus) ſiue attendamus ad ſuffocatiooem, ſiue ad dentium cunſtrictionem, ſiue ad faciei mutationem coloris. Viderint alij hac de re quid ſentiant reliqui. Nos equidẽ non neſcimus theoreticos doctiores ſuam ſententiam de ſuffocatione hyſterica protuliſſe in apertum: ſed iis aſſentiri iure non poſſumus, ſaltem haud nunc fatebimur eam ſuffocatiooem intelligi, de qua hic agitur ab Hipp. De cauſis verò ab hoc authore modò enumeratis, ne litera in libris eorum vlla inuẽta à nobis fuit. Ergo vt ad rem ooſtram redeamus, è duobus alterum pro præſenti ſententia authoris neceſſariò conſequetur: aut quòd vterus ſtatim ibde recedat, vt primùm eò appulit, conquiſito oimirum humore tumeſcens & effectus ſeipſo grauior hoc pacto (anquirebat enim humorem, quem ad ſe trahendo ad aluum quoque promouit & infernas partes ex hypotheſi) & ſic quæ antè cœperat, citiùs deſinat ſuffocatio: aut quidem vt hepatis conſuetudine perfruatur & maneat diu cum eo quaſi adhæreſceus, ipſumque tandem tantopere opprimat tamdiúque, vt ſic quoque mulieres periculum nequaquam effugiant, quinimo penitus eas ſemper extinguat ſuffocatio. Perpetuum id tamen erit vtrobique, quòd ſcilicet appellit vterus ad hepar, opprimitque id ſua mole & præſentia, ſiue nimirum ipſa ſtatim deſinat, ſiue perſeueret & magis ſuffocatio premat. Hippocratis verba facere Latina minoris negotij res longè nobis fuit: ſed etiam præter leges paraphraſtum, quas perrumpimus huc loco volẽtes, abſtruſiorem authoris voluntatẽ quibus & quoad licuit, perſcrutamur artibus. Hoc ipſum ergo, ſi moleſtum non eſt, iterum hoc modo inculcemus. Repentè, ſi voles, intercludatur reſpiratio per offenſionem & moleſtiam quæ pendet à ſuffocatione. Momenta perpendito etiam minima eſſe, licet. Interuallum temporis tamen vt ad hoc iuſtum ſit omnino, ratio vbiq; iubet phyſica. Vterus ſertur ſuprà dimotus de ſua ſede ex hypotheſi. In hac motione igitur vt duo ſtatuantur extrema neceſſe eſt cum ratione quoque naturali ſimiliter. Vt quemadmodũ certus & expoſitis de cauſis ab Hippocrate, dum è ſede propria ſurſum vterus viam capeſſit (hoc enim eſt quod verba ἄρχεται πορεύεσθαι, *suadere incipit*, ſonant) tunc nondum facta, ſed tantummodo inchoata & incipiens adhuc ſit ſuffocatio: atque vt rudimenta ponũtur huiuſcemodi aſcenſus tantùm, & leuia ſunt adhuc quædam ſuffocationis principia; ſic ipſa quoque leuiter deleantur & ſine negotio vllo, deſinentibus ſcilicet cauſis tãquam corruentibus fundamentis. Sitiens vterus leuiſque ab euacuatione, etiamque cuiuſdam vt grati humoris appetentiſſimus, ceu quendam fontem priùs petebat hepar. Ecce nunc quoque ex hypotheſi, ſicuti ſit ſæpenumero, dum ad abſorbendum ſe parat, caput effundit phlegma; quo, vt eius metropolis eſt, vterum humectat & implet. Quæ autem in capite reſidens pituita priùs ſiſtebatur, quanquam vix tum oppreſſionem faceret, poſitum ſuffocationis rudimentum deleuit ex euentu ſcilicet influens in partes ſubiectas. Quo enim vterus carere antea ponebatur, mirum ne

Hipp. libro de principijs, quem vulgò de carnibus inſcribunt.

videri debet, si quum abunde modò perstuatur, voto potitus in pristinum locum recedit & saturatus? Ac sic iustè quidem simul cum irruente pituita suffocatio deficit. Ipse igitur pabulum detraxit priusquã priores repeteret sedes, nactus sic sui reditus opportunitatem. Ex satietate nimirũ grauior effectus est, non aliter quàm fuit antea leuis per inanitionem, vt erat in hypothesi. Ergo etiam nunc, si placet, attendatur ad mentem & scopum Hipp. Hic namque suffocationis extrema duo (inquam) notantur. Suffocationis, vt & ascensus, notanter dicimus; quum siquidem simul statuerimus quosdam vtriusque gradus, vt & progressus. Quoddam verò principium notauit Hippocrates explicato modo. Notauit quoque & sic loquutus quendam progressum, quòd & quiddam medium est; ἐπ' ἰὼ δὲ ἀπὸ τοῦ ὑπὸ τὰ ἅρθρα ἰόντι μᾶλλον, &c. Atq; huius vtriusque signa apertè sunt diuersa, vti & symptomata, quæ nominatim is quæq; descripsit in oratione sua. Is quoque expressit extremum posterius his fatus verbis, ἰὼ δ' ἀπὸ τοῦ ὑπὸ τὰ ἅρθρα μᾶλλον πρὸς τὸ ἧπαρ, si in hepatis scilicet vicinia aliquãtisper vterus mansisset, aut quidẽ ad alterũ hypochondriũ, hoc est sinistrum. Dextrum enim prius per hepar voluit significatum. Eò verò qnum ventum est, quem admodum in superuis partibus moram vterus trahit præter naturam, itémq; vt incipientis ascensus ideòque & suffocationis leuia posita sunt antè principia, atque hac ratione deletu adhuc facilia: (quippe quæ deleat è capite fluës pituita, aut quidem vinum in os infusum initio libri de muliebri natura apud eundem Hippocratem) sic vbi cõfirmata res est in aduersam partem, quippe etiam quũ temporis quidque firmetur lapsu & diuturnitate, ἀπονήσῃ ἡ γυνὴ, mulier suffocata perit & extinguitur nisi, vt est apud Hippocratem, libr restituatur manu Medici, hoc est Chirurgi ministerio, aut alius aliquor pluribus remediis eodem loco enumeratis ab Hippocrate. Ipsum, si placet, legite. Sed hæc hactenus dicta sint vniuersa intellectáque, quoties præter naturæ legem vterus ascendit & premit superiora. Qnando verò (ἐπ' ἰὼ δὲ ἐπ' ἰὼ κατασήσῃ ἡ γυνὴ) iisdem de causis, quod longè absurdius quibusdam meritò videbitur, in vesicam impinget & nonnunqnam in partes circumsitas atque vicinas, sui tum qnoque alia signa edet, & symptomata patiet diuersa. Sed de iis postremo loco. Prius enim audiamus oportet quæ adsident, & quæ refugientem quoque vterum comitantur, ex ipsiusmet Hippocratis narratione.

initio libri de mul. nat.

Τρυγώδεις δ' ἐπ' αὐτῶν γίνεται, *ab vtero editus sonus veluti cuiusdam stridoris*] Vbi diligentiùs quidem esset inquirendum, cur nam per ascensum ad hepar nõn ciet vterus murmur, vt per descensum; si non protinus videremur meditando consequuti, quòd prior motio quæ est præter naturam, fieri nõ solita sit κατ' ἀνὴν & pedetẽtim sensimque (δίκην γὰρ τοῦ ἴχνεσι τίθεσι, vti nuper dicebatur) qnanquam mulieri sic affectæ tunc tantùm nota sit, &, vt ita dicam, perceptibilis, quemadmodum paulò superiùs explicabamus. Nunc autem ad ingenium & ad instrum in vtero quasi momẽtum ad inferna, adscititia partaque ei accessit quædam grauitas, vt est in Hipp. oratione. Hæc enim verba id resonãt, κατὰ δίνησιν ἐμπίπτει καὶ βαρυνθῇσι, detraxit vterus humorem, cuius admixtione stridor concitatur, inde factus scilicet aliquantò grauior. Est secundũ deinde symptoma, ἡ γαστὴρ μετ' ὀλίγον ὑγροτέρη γίνεται. Quòd nimirũ aluus hnmidior eodem modo redditur. Cuius causa quoqne esset nobis excogitanda, si nõ pleniorẽ adhibuisset ipsemet Hipp. explicationem. E capite superiùs eliciebatur pituita vi attractrice vteri potentissima, cui motionem quũ ipse sic promonerit ad partes infernas, mirum minus videri debet, si alnus inde postea humidioribus solitò excremẽtis feratur. Haud enim nouum nunc est, quia viris euenit etiam frequenter, etsi alia de causa; vt liquescens pituita defluat in ventrẽ è capite, ac secundũ gyros & anfractus intestinorum tandem foras perrepret. Inde adeò subiecit Hipp. χαλᾷ γὰρ ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ τὸ φλέγματος ἐς τὴν κοιλίην, quòd pituitam capnt demittit & laxat in aluum. Atque hoc est fluxionis quartum genus per palatum, vtrique cõmune hominũ generi, cuius meminit Hippocrates ad finem ferè libri de glandulis; quanqnam, vt dictum iámq; est, alia de causa. Suscitatur tum tamen à pituita. Sed vt percurramus reliqua, detur, si placet, quòd vterus ad pristinum locum recedens inchoatam finiat suffocationem. Cum hepate autem aut sub hypochondriis si morã trahet ipse diutnrniorem, an suum progressum faciet suffocatio? Sanè qnidem. Atq; tum sæpenumero hæc proximè præcurrent & symptomata comparebunt. Obuertentur ocnli sursum versus, atq, adeò tum albę oculorum partes solę conspicientur. Ad hĩ autem quod hic ἐκ τοῦ ὑποχονδρίου ἀναβαίνουσι dixit, ἀναφαίνεται δ' ἀνωτέρω eidem ẽrat consequens 1. prognost. Itémq; & (ἐπὶ ὀδόντας βρύχει) dentiũ accidit stridor, qnoties nimirum μασητῆρες musculi motu mouentur connulsionis, vt qni nunc oculos commouebant, scilicet per sympathiam quæ per vterum succedit ex suffocatione explicato antea modo. At de his vtrisque Hippẞ. etiámque Galenum consulito lib. 1. prognost. hoc enim communiter accidit aliàs vtrisque hominibus, quanquam & sæpe ob varias causas; cerebro patiente tamen semper & malè affecto. Hic verò causa quidem muliebris est. At ψυχρὴ γίνεται, tum mnlier frigidior etiam redditur, simul sangnine cum spiritibus ad interiora confugiente. Sunt & quæ παλιναὶ γίνονται, luidæ apparent, præsertim verò in vultu propter interceptionem spirituum per explicatam suffocationem. Idem hoc ipsum aliis verbis expressit Hippocrates initio statim libri de muliebri natura ita loquutus: Καὶ ἡ χροιὴ λήγοντα γίνεται. Sed & tunc accidit frequentes (σίαλα δὲ πολλὰ ῥεῖ) vt in os saliua influat mulieris sic affectæ. Vnde verò hæc eò venit, quæ (si placet) modò pituita dicatur? Spumans ne hæc comparebit ex contentione thoracis, cuius vim suscitet ad respirandum spirandi necessitas & angustia pulmonum? Cui interpretationi consentiet is sine dubio, qui ad ea attendet quæ seqnens continet nunc Hippocratis oratio. Sunt hæc autem, καὶ ἰσχναὶ τῶν ὑπὸ τῆς ἱερὴς νούσου. Vt hac superiori nimirum ratione appareat tum mulier consimilis iis qni epileptico concutiuntur motu & paroxysmo: (Namqne ξυντεινόμενοι in vnoqnoque exemplari legitur in masculino) in quibus ἀφρὸς spuma vulgò ὁκὰ τοῦ σώματος περιέχεται ὑπὸ τοῦ πνεύμονος, per os excluditur ex pulmone. Rationem subiecit Hippocrates eodem loco, quæ vix conducat ad rem præsentem. Adscribit & symptomata qnæque alia quæ epilepticis adsident & infestant, & eorum causas declarat Hippocrates lib. de morbo sacro. Spuma (inquam) tum ne

lib. de morbo sacro.

apparebit,

apparebit, ao ὑδρωπικὸν tantùm, ooo ſpumans aotem ſaliua aut pituita? Hic enim & ex pulmooe, & ex vaſis glanduliſque humor effunditur, quas à ſaliua fundenda σιαγόνας Græci dixerunt comment. ad aphoriſm. 3. lib. 1 protrhet. Adſtant hi verò ad radicem linguæ, nec lentum humorem continent tamen, qnemadmodum quæ per corpus reliquum ſparguntur glandulæ. σφόνδυλα meminit Galenus quarto capite lib. 8. ἀφ' ὑπνου, ſed id extra rem. An verò etiam per iſthanc puſillam ſaliuæ euacuationem è ſuffocatioois periculo mulieres liberabuntur? Ita enim epilepticis vſuuenire obſeruatum eſt aliquando. Haud quidem. Et hoc ſanè tum diſcrepabunt ab epilepticis. Vt ſariari primùm aut ſaltem vterum oppleri & homectari priùs oporteat quàm ad ſuam ſedem referator. Facit enim ipſe tum demum finem ſuffocãdi eodem modo. Aliàs autem, vt quum (χρονίσωσι αἱ μῆτραι πρὸς τῷ ὑπνῳ) per moras premit vterus hepar nimis diu, & inde partes etiam eo ipſo ſuperiores, ἀναπνευμονίαν ἢ γαστέρα, mulierem is quoque opprimit, vt verè ſuffocata tandem intereat. Tunc namque quemadmodum regreſſus nõ fit vteri ad locum proprium: ita nec mulieris ad priſtinam valetudinem. Sitiens vterus & nimis exiccatus, quia hepati hærer tenaciùs, ei vim infert maiorem, & eodem pacto ſuffocationem parit ex accidenti; ἀπὸ συμπτώματος, vt eſt de pulmone loquutus Hippocrates lib. de morbo ſacro. Quamquam diſſimiliter omninõ, quũ huius munere nequeat vita carere, ne quidem ad breuiſſimum momẽtum temporis. Quæ quidem dicta ſunto hactenos de oppreſſione quæ ad vterum ſurſum petentem & hepar oppeteotem partéſque ſuperiores, conſequitur. Mox enim moleſtiæ percenſebuotur, quas premens vteris ſemper affectus conſimiliter, partibus infert ſibi vicinis & circumiectis. Sed priùs, ſi placet, oe quid præterm ittatur, dictam ſuperiùs calamitatem hiſtoria ſequente volentes coofirmemus. Vbi quem ipſi accepimus oculis animóque ſenſum, hunc ſic apud vos tantò andaciùs exponimus, quantò propiùs & veriùs ad ſententiam accedit vereris magiſtri huius. In veteri vico templi domicilium habebat magnus qui fuit Regis aliqnando prætor. Cui tum in œconomiam ſubſeruiebat vir ſanè bonus, Thomas Duchemin οἰκονόμος, & eius vxor. Hæc verò quum aliquando veſperi exuiſſet ſeſe ineundi gratia ſomni, illi (vt aiunt) fortè fortona exciderat è vaginula cultellus acutior in ſuccinctum aur potiùs implicitum illius amiculum. Nocte exacta nudum cultellum vnà cum veſtimentis nihil cogitans mulier recipir die ſequenti. Deinde etiam manè egreditur, ac ſeſe in empotium conſert pro more ſuo. Vnde quum redit & ad parentes fores accedens, diſſidénſque ne matutiùs illæ ſibi præcludantur, dum vetat id & eminus clamitat, ecce io ſoueolam imprudẽs impingit paoimenti, & haud auſpicatò quidem delabitur in manus ſuas. Atque eo quoque caſu in ſapheiam ipſius cultelli acies adacta eſt, qui extremis oris veſtimeoti diffluentis circum pedes clam continebatur. E cuius vulnere per hæmorrhagiam tanta conſequuta eſt inanitio vaſorum & vacuitas, maximè verò vteri, vt in diſcrimioe ſummo vitæ ah vteri ſuffocatioooe verſari, imò etiam penè animam agere omnibus videretur. Verum tamen illi expedita per nos curatio opportunè fuit atque perfecta: pleniore ciho nimirũ, quiete, ſomoo, atque iiſce quæ ſuo loco vterum quidem continerent: grati præterea odotis rerum ſuffitu, ſotu, enemate hyſterico, cucurbitis ad crura intetua admotis & ventrem imum. Quid verò hæc ad rem, niſi quòd vterus effectus leuior, quia inanis, cooſcendit ad hepar, qui per oppreſſionem periculum creabat tunc quoque ſuffocatioois? Non vos hoc etiam prætereat: Motus Galeni authoritate doctor Fernelius, arte inſignis & ſcriptis clariſſimus, putaoit nonnuoquam vterum nihil aut petexiguum è ſua ſede dimouetì: ſed vt erat abſtruſorũ iodagator ſemper ſedulus, quotidianis adductus parrim adſtantium mulierculariuo querimoniis, partim etiam ægrotantium precibus, vterum tãdem tactu ſuſpenſum ſæpe deprehendit, & (vt air idem ille) cuiuſdam inſtar globi in ventriculũ elatum eſſe, quem tum etiam opprimebat grauiter. Vnde idem manu depreſſus, manifeſtiſſimè in propriã ſedem (ait quoque) propulſatus eſt. Quæ ſanè eadem curandi ratio omnino fuit cum ea, cuius ſuprà meminimus ex initio libri de muliebri natura Hippocratis. Verùm etiam hoc idem ipſum factitant adhuc noſtri huiuſce temporis mulieres, quæ ſe hyſtericas audent profiteri. Imò viros oooimus quos ab hoc munere & nomen & titulus ſcilicet inſignis & pulcher delectat adhuc parum pudenter, ita ancupantur auidè ipſi rumuſculum inter imperitos. Vnde etiam meritò Doctor ille monebat, alienum id magis videri non oportere, vtpote quòd vterus ſurſum petat; quàm eiuſdem prolapſum partis, quo ferè hæc tota excidit à pudendis. Prudenter ille (inquam) valde, quum ſiquidem videamus poſteaquam de vteri ad hepar dixit aſcenſu, eodem oratioois ſtilo proximè eius deſcenſum Hippocratem expedire, quam vulgus Medicorum nominat procidentiam, oou autem egreſſum. Egreſſionem enim de qua ab Hippocrate dictum quoque ſtatim poſtea eſt, ab eiuſdem deſcenſu manifeſtiſſimè diſtinxit eodem loco. Sed iam referatur tempus eſt, quodnam incommodum ſitiens vterus ex hypotheſi, parti anticæ inferat & aliis, quæ ei ſurſum & deorſum adſtant à latenbus. Hic enim prætermiſit Hippocrates quid pars poſtica ferat detrimenti: ſed id alio loco expoſuit. Ergo vterus ita affectus, vt dictom eſt, quibus poteſt vilis & artibus gratioſum humorem anquirit, quo ſe reficiat, ſatiet, & humectet. Volumus quidem. An à ſupernis tantummodo ipſum conſequetur. Ἐπὶ δ' ὂν ἐπ' ἰὼ κατωγαίου ἢ γαστὴρ, eſt & cui à labore moleſtia, &c. Vbi quemadmodum στρέφεται verbo aptitudinem antea vteri ad motum notauit, ounc etiam eandem per στρέφεται dictionem inculcat ſignificanter. Quum enim huiuſmodi ſitus vteri debeat eſſe collocatióque duce natura, vt pudendis rectà eius oſculum reſpoodeat, & cauum eius totum corpus æqualiter diſter ab omni eius parte quaſi aliquid puncti inſtar poſitum in medio circuli; ſi (στρέφεται) vterus ad veſicam inclinabit, ac illapſus ad ceruicem illius, vt hepar modò ſuprà, ipſum opprimet; & ad meiendum aſſiduè tũc veſicam proritabit, vt deprauatè tum quoque ipſa fundat vrinam, ſcilicet guttatim & cum ſtillicidio. Ac ſanè ἀμφὶ τὸ αὐτὸ κακὸν ἔχει, ſine vllo alio incommodo, id eſt ſine detrimentõ vitæ. Nempe quia hoc opponitur damno ſuperiori, quod mota diuturniot vteri ad hepar peperit nuper ex hypotheſi. Nunc verò an veſicam appetat vterus quaſi humoris appetens ſitiénſque quem ipſa continet, lector ipſe videris. Veri-

cap. 16. lib. 8. de partium morbis & ſympt.

similius id longè quidem foret, si quando (περὶ ἰσχιὸν ἢ περὶ ἰξία) allapsus idem ipse ad lumbos & coxas, pariat dolorem, & premendo quidem vt antea, scilicet de sede sua dimotus ob causas commemoratas. Atque non fuit hic satis Hippocrati vsurpatis iam verbis magnam vteri egestatem denotare, sed (εἰσπίπτει) adiunxit & inediam; ad significationem maioris (credimus) inopiæ & ieiunitatis. Ac tum tamen καὶ ὑπὸ πεῖρ ὑγιαίνει, curata diligenter citò sanescit, quum siquidem vterus noo longè abfit à solo natiuo. Imò etiam (ὅτι καὶ αὐτομάτη) suo sæpe nutu & spoute sibi per se restituitur, non ope alterius.

SENTENTIA SECVNDA.

Quòd si corpore malè affecta sit mulier, ac illi bilioſa menſtrua continenter ferantur, de his hoc modo erit iudicium facile.

Ην δὲ γυνὴ ὃ σῶμα φλαύρως ἔχῃ, καὶ ἴῃ χολώδεα τὰ καταμήνια, διάγνωσις τόδε.

Tum enim valde nigra apparent: nonnunquam etiam nigra ſunt ſplendẽtiáque, ac paulatim funduntur, ſed quæ citiſſimè tamen concreſcant.

Μέλαινα γάρ ἐστι καθαρτὰ· ἔστι δ' ὅτε μέλαινα ἢ λαμπρὰ, καὶ κατ' ὀλίγα ἔρχεται, καὶ ταχύτατα πήγνυται.

Ad hæc vtriuſque genitura facilè diſſipatur & euaneſcit, cùm quæ maris eſt, tum quæ fœminæ; nec hæc vnquam concipit vtero.

Καὶ ὁ γόνος ἀμφοῖν ἀμβλύνεται ἀμφοῖν, τῇ τε ἄρρενος καὶ τῆς θηλείας, καὶ οὐκ ἴσχει ἐν γαστρί.

Ac morbi quidem principio iis expurgatur diebus adhuc *quibus conſueuit, neque pluribus.*

Καὶ ἀρχομένης μὲν τῆς νόσου, καθαίρεται ταῖς ἡμέραις αἷς μεμαθήκει, οὐ πλέοσι.

Prægreſſis autem menſibus, plures illa dies expurgatur, ſed minore in dies copia ipſi exeunt *& apparent.*

Προϊόντων δὲ τῶν καταμηνίων, πλείονας ἡμέρας καθαίρεται, καὶ ἐλάσσονα τὰ καταμήνια κατ' ἐκάστην ἡμέρην φαίνεται.

EXPLICATIO.

QVÆ nuper expedita fuit ab Hippocrate moleſtia, aliunde cauſas non ducebat quàm ab ipſomet vtero; & huic peculiaris erat & propria, conſortio alterius minimè naſcens. Vterus namque tum quaſi conuulſioois quadam ſpecie ab exhauſto cõmotus, aſcendebat ad hepar, vti nuper ampliùs explicarum fuit à nobis pro ſententia Hippocratis. Ergo vnius affectio partis erat, noo autem totius, vt quę mox deſcribetur ab hoc authore. Hoc enim capite ſecundo, Mulier malè ſe habeat corpore, ptæ bilis abundaotia, ex hypotheſi quidem volumus, quemadmodum & capite ſequenti aliàs ex dominatu pituitæ, ſicuti poſtea exponetur, pro iudicio Gal. comment. ad ſententiam primam comment. in lib. Hippocr. de humoribus. Ergo quòd malè nunc eſt mulieri corpore, quódque nunc cum Hippocrate hunc bilioſi menſes fluunt, quæ duo quidem ſunt; ſimul, ſi placet, inprimis ſtatuatur.

Διάγνωσις τόδε] Hoc perſpectum quidem eſſe poteſt Medico perſpicaci, ex menſtruorum ſcilicet propoſito colore: (μέλαινα γὰρ καρτὰ) potiſſimùm verò quando valde nigra comparebunt. Huiuſcemodi autem fortis appareant, volumus: quî fiet tamen, vt eadem nigra dicantur eſſe λαμπρὰ, ſplendida? Minùs hæc enim poſſe ſimul videntur cobærere, niſi, vt dicatur obiter, nigra ſimpliciter ſic intelligantur, eadem eſſe quæ obſcura, ac tum quidem non tam hîc copiam bilis exiſtimare oportebit quàm ſic vim eiuſdem declarare quæ ſanguinem adurat, eóque pacto atrum magis reddat quàm ſit ex illius natura. Notus quippe eſt ſanguinis nariuus color in firma valetudine, vt qui toſcus effluat tum, tanquam è victima, ſicut antea dictum fuit. Quoties autem in ſanguine noo parum, vt quum modò nigra ponebantur ſimpliciter menſtrua, ſed bilis potiùs plurimum in illis exuperabit; tum quoque menſtruus magis flaueſcet ſanguis, quemadmodum poſtea illuſtrabitur perfecta nimirum in linteis experiẽtia. Si hic concaleſcat (inquam) magis, quum ſit bilioſus ſanguis ex hypotheſi, nigricabit tanto opere ſæpenumero, vt etiam pelluceat, ſed naualis quaſi conſractæ picis inſtar, aut aloës, aut etiam ſcammonij præſtantis modo, ſi quando hæc fortè in partes diſſipabuntur. Sequitur deinde vt de menſtruorum dimotione Hippocratis mentem quoque explicemus in hypotheſi. Ait enim κατ' ὀλίγα ἔρχεται, lentè menſtrua dilabuntur. Cui oppoſitus eſt omnino modus naturæ in ciendis & propulſandis menſibus: ſiquidem confertim tum & cumulatè eorum euacuatio fiat, quemadmodum noratum fuit à nobis huius initio commentationis. At naturam pigram nunc eſſe agnoſcimus, quum parum firma ſit mulier valetudine, vtpote cui proximè morbus impendeat. Adde etiam quòd eſt craſſiuſcula, quia nigra quidem ab Hippocrate ſcribitur, materia menſtrualis; vnde ταχύτατα πήγνυται, cogitur & coaleſcit citiſſimè. Quæ vniuerſa cuiuis phyſico pluſquam

ſico pluſquam ſatis eſſe queant ad tarditatem commotionis, etſi libertas fortaſſe vaſorum adfuerit. Eò enim ſuperiora quæque teſerantur modò, ſi placet. Verumenimuero cùm citò cõcreſcere in melioribus notis antea ducerentur materiæ menſtrualis ab Hippocrate, quod & idem aliàs quoque boni conſultum eſt; cur id vt alienum hoc loco aſcribitur? An quia alia nunc ratio huius eſt, quum nimirum ignea vi concreſcat permixtæ bilis potiùs, quàm ad nutriendum aptetur ſic opportunè, quod tũc pro ſcopo proponebatur? Non quòd extra vaſa tantùm citò denſetur, ſed quia talis materia iam ipſa eſt ſuapte natura, vt & eſt craſſiuſcula ob cauſam modò explicatam. Ne qua verò ſuboriatur de redundantia verborum in Hippocratis oratione ſuſpicio, quorſum quod ipſe ſtatim ſubiunxit, ſpecter, attẽdite. Detur (volumus) vt prædictum eſt, mulieres ſic affectas adhuc obambulare, necdum etiam ipſas decumbere, nullumne idcirco ſtatuamus muliebre ſuperius hoc eſſe aliud detrimentũ? Namque præterquam quòd magnopere iſtud intereſt ad valetudinem, hoc quoque aliud accedit damnũ, quòd vtriuſque ſcilicet parentis inde ſemen ἀμυδραίνεται, & corrumpitur & diſſipatur, quamnis ratione diuerſa: quam modò ſubnectimus, ne quid nunc etiam ſuperſit indefinitum. Ecquid enim videri modò queat in mulieris valetudine, quod alioqui ad virum poſſit dimanare? Quod quidem inculcamus eò attentiùs, vt non quiſquam vitium ſcilicet geniturę quæ è muliere eſt, fruſtra ſperet emendatum iri eius admixtione quæ è viro coniicitur, ac illius integritate. Quum enim quæ ex vtroque patente genitura eodem immittitur, ſimul commiſceatur graria conceptionis authore Hippocrate, quia ſanguis muliebris morboſus hîc euaſit ex hypotheſi, fit veriſimile, quòd einſdem vitij huius particeps quoque fiet genitura viri, ac proinde quidem quòd vtraque planè rudis ad ptolem redderur & inepta. Vt nõ ſolùm hoc modo corrumpatur, ſed labem quoque ſuam alteri communicet manifeſta de cauſa. Quæ quidem rario tãdem efficiat, vt (οὐκ ἔχει ὁ μητὴρ) ſemen exceptum vtero mulier non retineat. Sed cut mulieres ſic affectæ non concipiant, paulò ampliùs explicabitur poſtea ab Hippocrate. Habebat ſe antea mulier malè, vt dictum eſt. Iam verò (ἐκχωρέοντος δὲ τοῦ πόνου) incipit motbus ex hypotheſi. Vt autem quod animo cõceptum tener, deptomat Hippocrates, & ad faciliùs id ıntelligẽdum proponat eodem pacto; reuocetur huc apboriſmus opetæpretium videtur nobis, qui eſt huiuſmodi: Γυναικὶ τῇ καθεμένῃ ἄχρις, καὶ μὴ ἔχῃ τὰ αὐτὰ αἰεὶ χρήματα, καθαίρεσις δίδωσι σωφρήν, ſi qui ſunt menſes mulieri decolores, per idem tempus non tepetant, perneceſſariam eſſe purgationem ſignificant. Ita Philotheus μὴ ἔχῃ τὰ αὐτὰ αἰεὶ χρήματα expoſuit, vt aut ὑφαίτερον γινωσῇ, ἢ ὑστεραίτερον, tardiùs aut maturiùs ſolitò vacuentur. Quia nempe non idem ſemper ſeruetur tempus periodi, ſiquidem menſtrua ſæpe tardant, quemadmodum & aliquando etiam anticipant ob eas cauſas, quas ad finem ſui commentarij Galenus expoſuit. Quod quidem diſcrimen (ἐκχωρέοντος πόνου) morbi principio locum nõ habet Hippocrate authore, quin vix dum eſt quidquam adhuc mulier perpeſſa nondum planè ægrotans, vt non vſque adeò proſtratam eius eſſe naturã iudicemus, quin ſui munetis adhuc ſit ipſa memor, & ad periodum etiam retinendum ſufficiat ad menſtrua deſignatæ commotionis. Necdum verò grauitate morbi de materia menſtruali tantundem detritum putamus, & abſumptum, quin (καθαίρεται τὰς ἡμέρας αἷς μιμνήσκει, ἐν αἷσιοις) tot diebus expurgari poſſit, quot mulier antè aſſueuerit, necdum ſanè pluribus. Conſtant nimirum vires, & integræ adhuc ſunt.

Προϊόντων δὲ τῶν ἐπιμηνίων, πλείονας ἡμέρας καθαίρεται, *Prægreſſis autem & anticipantibus menſtruis*, &c.] Opponere queat videri Hippocrates artificioſè nunc eiuſce mulieris ſtatum quæ ſtato tempore aſſueuerat antè purgari, ei quidem cui ante tempus à natura præſcriptum purgationis, menſtrua præcumpunt, & phyſicum ſic ſuũ anteuertunt ordinem. Quaſi velit ipſe nunc id diſcriminis intereſſe, quòd meritò quidem ſuum ſeruant adhuc menſtrua ordinem reciptocationis, qnódque tum nunquam ipſa diutiùs fluũt, quàm conſueuerint, ſi in limine hærebit motbus ptincipióque: quod locuples argumẽtum eſſe ſatis poteſt, vt quiuis credat validas vires corporis ſupereſſe, ſi planè non integras. Eò contrà ſi venerit vnquam res ægrotantis, vt vi moleſtiáque motbi, auctiotibus nempe cauſis bilioſi excrementi, atque eodem pacto oppreſſis viribus naturæ, menſtrua ſic præferantur ante tempus à natura definitum; qnòd durabunt diutiùs ipſa quidem, ſed parcioti in dies manu, & vetiùs quaſi ſtillabnnt; vt tum ſerè vix tantùm appareant. Qui menſtruorum quaſi ſtillicidij modus quoties accidit, ſemper noſtet Hippocrates ῥαίνειν verbum conſueuit vſurpare, quemadmodum ſæpe ſuprà obſeruauimus. Cõcedet ingenuè quiſquis in œconomia Hippocratis vixit aliquantiſper, eſſe ita comparatum, quòd quicquid narura potens molitur & incœptat, ſiue quid tãtùm commoueat, ſine per ſe etiam ſoras propulſet: ad id accingit ſe quidem tardò, ſed quod tamen ſummè perficiat, boc eſt pro viribus. Huius conſuetudinis ratio demonſtratióque petenda eſt ex libris prognoſt. & commentariis ad id operis, tum ex libris de criſibus & diebus criticis in doctrina quidem Galeni. Ergo quũ ſit valde natura potens morbi principio, ſuam iure ſeruabit quidem menſtruæ commotionis periodum modúmque, nec tum plures erũt pari ratione ſolito eruptionis dies. At paulò longiùs morbo progreſſo, quod tamen bæc ad verbum περιόντων δὲ τῶν ἐπιμηνίων minùs ſignant, ſed ſuo tamen complexu comptehenſa ſignificant, vt expoſitum eſt; & maturiùs tunc opus ſuum natura aggredietur, & ſtatum depulſionis menſtruorum anteuertet ordinem præ redundãtia nimirum bilis, quæ eſt in bypotheſi. Secus hunc quidem locum Caluus, aliter quoque Cornarius, perdoctus vterque interpres: vt & alius quàm nunc etiam, expoſuit aliter. Ad vlreriotem autem morbi progreſſum ſi qnis hæc teferri putet oportere, vt hîc progreſſionis nota ſit, quemadmodum antea principij, & ſi ita ſit, (quod eſt tamen minùs) antè (togamus) animaduertat, quòd morbo tribnebatur anrea principium: nunc autem ſi quis progreſſus ponitur, dandus ipſe nunc ſit profluuio menſtruorum, vt conceptis verbis apertiſſimè expreſſit Hippocrates. Et quanquam (πλείονας ἡμέρας καθαίρεται) mulier diutiùs tunc expurgetur, hæc tamen iniquè menſtruorum purgatio compenſari æſtimatur poſſe ſtillationis diuturnitate, quia interrumpitur hæc ſæpenumero. Vt hac quoque ratione additum ſit ſtatim ab Hippocrate,

lib. de genitura Hippocr.

lib. de genitura.

καὶ ἐλάττονα τὰ καταμήνια καθ' ἑκάστην ἡμέραν φαίνεται, quòd parciùs in dies menstrua fundantur; vt veriùs, quemadmodum antè dictum est, ea tum tantùm appareant. Ex qua quidem paucitate & parsimonia menstruorum tandem consueuit suboriri morborum prouentus frequens, indéque magnus quoque symptomatum comitatus seqoi. Hæc verò vniuersa iamiam Hippocrates ordine recensebit. Sed, si placet, vti diximus, is aphorismus in memoriam reuocetur, qui hoc explanet caput magis, & caput quoque proximè sequens quod est de pituirosis mensibus. Vtriusque enim huius affectiònis menstruorum curationem suo ambitu ipse complectitur, vt propiùs intuenri apertiùs aliquanto fiet. Καθ' ἑκάστην ἡμέραν, in dies, hoc est paulatim, minuuotur menstrua, vt tandem tamen desinant. Si namque hoc stillicidium assiduè maneret & perseueraret; in alteram trãsiret degenerans affectionis speciem, qui ῥεῦς καταμηνίων Græcis dictus est. Etiámque ei metus esset, ac periculum ab vlcere hysterico randem impẽderet horribile & formidolosum, vt ex statim conseqoentibus cuique fiet manifestum: ac tum quidem maximè, si multa bile perfundetur sanguis menstruus, vt est in hypothesi.

16. lib. 5.

SENTENTIA TERTIA.

Præterea febres erraticæ superueniunt, acutæ, cum horrore & cibi fastidio, sæpenumero etiam accidit *stomachi morsus.*

Γυρετοί τε ἐπιγίνονται πλάνητες, ὀξέες, ζὼν φρίκη καὶ ἀστία ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, καὶ καρδιωγμός.

Ac tum maximè torquebitur, quando ei menstruorum instabunt dies.

Καὶ πονέει μάλιστα, ἐπ' ἣν πλησιάζωσι τὰ καταμήνια αὐτῇ.

At posteaquã expurgata fuerit mulier, *& meliùs illi erit aliquantisper quàm antea: postea denuo in eundem statum relabetur.*

Ἐπὴν δὲ ἀποκαθαρθῇ, καὶ ῥηϊδίη ἐπ' ὀλίγον χρόνον τοῖσι τὰ τοιάδε· ἔπειτα δὲ αὖθις ἐς τοὐτὸ καταστήσεται.

Conualescit attamen breui, si valetudinis cura studiosè suscipiatur.

Μιχθαγορίδη δὲ, ἐν τάχει ὑγιαίνει.

Quòd si non curetur, progressu temporis omnia deteriùs eam habebunt, quæ superiùs sunt commemorata.

Ἢν δὲ μὴ θεραπεύηται, καὶ ὁ χρόνος τοιοῦτος, πολλὰ μὲν μάλα πονέει τὰ τοιάδε εἰρημένα.

Adde quòd eam dolor inuadet modò ventris partem quæ est vmbilico inferior, modò inguina, aliàs verò lumbos & omnium cum sede partium cõnexiones, adeóque aliàs ipsam ceruicem.

Καὶ ὀδυνέει λήψεται τοτὲ μὲν τῆς γαστρὸς τὸ κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ, τοτὲ δὲ τοὺς βουβῶνας, τοτὲ δὲ τὸν ὀσφύν τε καὶ κοιλίην, τοτὲ δὲ τὸν τράχηλον.

Nonnunquam & aliàs fortis accidet suffocatio, & ante oculos caligo inducetur, vertigóque, nimirum missa sursum purgatione & resultante.

Τοτὲ δὲ πνῖξ τοιοῦτος ἰσχυρὴ, καὶ τοῦ ὀφθαλμοῦ ζόφος ἔσται οἱ καὶ δῖνος, οἷα τῆς κεφαλῆς ἄνω ἐλλομένης καὶ αἰωρουμένης.

Namque mulieri, vt in summa dicam, *parcè ac restrictè excluduntur menses in aduersa corporis valetudine: & quibus copia* sanguinis *corpus abundat, his menstrua largiùs effunduntur.*

Ἡ γὰρ τοῦ σώματος φλεβοτομίη γυναικὶ τὰ καταμήνια ἐλάσσω ποιέει· ἢν δὲ αὖ τὸ σῶμα ἔμπλεων ᾖ, τὰ καταμήνια τούτῳ πλείονα ἔστι.

EXPLICATIO.

Ex iis quæ vulgò fruiunt in vtrumque hominum genus symptomatis apertum satis esse credimus, quàm sit effrenis & ferox natura bilis promptáqoe ad vim ioferendam & noxam, potissimùm verò vbi redundat. Illa verò ex hypothesi superiore in muliebri corpore dominatum tenebat. Atque etiam, vt Hippocrates gradatim demonstrat, ita tum imminuebantur menstrua paulatim: vt sui solommodo signum ederent, & intus delitescerent tandem repressa. Quæ caosa satis quear esse ad augẽdum calorem ex accidenti, vt explicatum est. Nónne & in menstruorum suppressione, quum sit heterogenea & multiplex materia eorum, ampla etiam occasio ineſt, cur multa aberrent & mulieri superueniant? Nónne

variis

variis quoque in ſedibus ad quas materia menſtrualis refluit aut potiùs regeritur, varij etiam ea de cauſa rigores poſſunt cieri, & erraticæ febres ſuborirí? De corde loquutus Hippocrates & diaphragmate in fragmento de virginalibus, ipſe ſubrunxit hæc eadem de re: quando verò hæ fuerint partes oppletæ, φρέσι ἐξω πυρετὸ αἰτίδιον, πλανήτας καὶ πυρετὰς λέγουσι, exurgit rigor cum febre, has febres Græci nominant errantes. Motu bilioſi ſanguinis per ſentientes partes ſuſcitatur rigor. Eiuſdémque ipſius putredo parit febres, quæ quia nullum ordinem ſeruant nec typum, imò nec certum locum tenent, in corpore eas obtentare meritò nunc rati ſumus. Nec tam ſanè huius erroris cauſa eſt, ſuperſtitis & relictæ ex aliis morbis materiæ aut anomalia aut varietas, vt eſt in prognoſticis, quàm eſt variarum partium infirmitas, quæ facit vt partes oonnullæ nonnunquam hunc ſanguinem capiant calidiorem, vt & aliæ eundem quoque aliàs excipiant, & cum dolore quidem, quamuis ſine typo vbique.

Ὀξεῖς] Acutæ ſunt autem hæ febres propter vim ſui humoris atque naturam. Quòd ſi bilis exuperantis ad ſtomachum adpellet vapor, ei negotium quidem faceſſet & appetentiam ciborum euertet funditus. Vnde nunc teliquit ſcriptum Hippocrates, ξὺν ἀκρητίῃ, cum cibi faſtidio. Quemadmodum & alias, ſi fortè impetum faciet bilis ad ventriculum, καρδιογμὸς enaſcetur, ſtomachi morſus. Sed hæc quidem ita ſint. Quid καὶ πονέει μᾶλλον ἐν τοῖσι, &c. omnes hæ moleſtiæ eut magis vrgebunt, quum menſes etunt in propinquo? Contrà autem exacta eorum purgatione, cot leuiora quæque mulieribus euenient, ſi conferantur cum calamitatum ſuperiorum ſæuitia? An quòd (quanquam otioſa natura nunquam ſit) accingat ſe tum illa demum fortiſſimè, etſi fruſtra quidem, ad periodicam menſtruorum profuſionem? Demonſtratum enim fuit libri huius initio, πρόχυσιν turbationem totius corporis præcedere perpetuò ante ſecretionem ſanguinis menſtrualis, ac poſtea etiam illius depulſionem ſequi, ſi deſint tũc quæ obſtent. An non eueniet id igitur, quia ad ferocis & impotẽtis iſtius humoris impetum irritus accedet naturæ conatus, quódque eo pacto ex omni parte corporis tumultus concitetur, vt tumultuoſa quædam tum fiat coutuibatio? Contrà autem (ἐν τοῖσι δὲ κατωτέρω, καὶ ἤδη ἐν ὀλίγῳ) è turbulentis iiſce decurrentium menſtruorum tempeſtatibus atque procellis, & mulieres ad tempus leuat mẽſtruorum exacta perfectáque ſic depurgatio, & ſuperiores minuit ærumnas. & delet quãplutimas, etſi non funditus. Perennis enim fons morbifici iſtius humoris ſic nondum exaruit; ſed adhuc manet inexhauſtus. Quò fit vt (ἔνεστι δὲ αὖθις ὅτε καὶ ἀνὴρ) tes muliebris denceps recidat in conſimilem aut ſæpe etiam deteriorem valetudinis ſtatum.

Μηδεμιημάτη δὲ ἐν πολλῇ ὑγιείῃ, *curata tamen, breui ſanescit*] Contumacia curationis nulla hîc tamen adeſt. Nulla hinc terret difficultas & obſtat. At verò leuibus præſidiis recipit mulier curationem, breuique ſanescit.

Οἷσι δὲ μὴ ἐκκαθαίρεται] Quibus tamen neglectis incrementum quidem morbus capit & vetuſtatem. Vnde (μᾶλλον ἐπιτείνει τοῦτο) altas radices ideóque auulſu tantò difficiliores figit & agit, eodémque modo ad enumeratas antè quotquot calamitates etiam aliquantò auctiores accedent, & aliæ in mulieres ſæuient grandiori ſæpe cum cruciatu, vti mox conſequetur. Cæterùm non tatis deceos nobis viſum fuit, anſam hanc errotis de verbi πρόσω ſignificato præterire. Si etenim (χρόνος πρόσω) hoc verbum de temporis progreſſu propriè quidem intelligatur, an idco protinus tamen neceſſariũ antea fuit (πρόσθεν δὲ καθαίρεται) in eadem ſignificatione nunc de menſtruis hoc vſurpari verbum? Sed profusè nimis fortaſſe hac de re ſuperiùs à oobis. Muliebria iam nunc etiam conſectemur.

Καὶ ἐδυνὼν λύπησι, τοτὲ μὲ τὰς χοροὺς, *ac præterea nunc quidem ventru infernas partes*, &c.] Explicuit quidem perdoctè Galenus mentem Hippocratis comment. ad aphor. 53. lib. 5. Ex quo huc transferendum putamus quod non ſolùm præſentem locum illuſtret Hippocratis, ſed plutes aliquot qui cõſequentur poſtea apud eundem. Ac integrè quidem & veriſſimè iudicauit ita eſſe cõparatum, vt quum humor aliquis naturam fatigat, perpetuò eum attentat tanquam ooxium & inutilem ad quaſdam partes etiam (ſi poteſt) remotiſſimas telegare. Id verò detegit ſemper acerbitas doloris, deſignato loco. An non cum ratione nunc ergo in hac parſimonia & qualitate menſtruorum noxiæ, ὀδυνῶν λύπησι, modò eam ventris partem quæ eſt vmbilico inferior aliquantò, inſeſtabit dolor, modò inguina, vt & ſæpe lumbos; καὶ τὰ ἰσχία, & crura? Adiunxit enim ea Hippocrates libro de muliebri natura. Et quæ minùs nunc quoque prætermiſiſſe videatur Hippocrates, ſiquidem per κοχλίαν fuerit ea complexus, quum τὰν σύζυξιν δεῖ ἐν τοῖς ἰσχίοις, τὰν ἀρχὴν τὰν ἕδραν, δεῖ ἐν καὶ τοῖς ὁ ἀρὴ τὰν ἕδραν τοῖς ὄρχεσι συμπάσχειν, non ſolùm vtriuſque coxendicis partium cum ſede conoexiones, quibuſcum eſt cum vtero communio quædam, ſignet, expoſitore Galeno? ſed & omnium quæ ſunt circa ſedem, quæque ex omni parte circumſtant. Ne ſcilicet cum Cornario doctore per κοχλίαν iunctura coxendicum intelligatur tantùm: aut quis nos intelleaiſſe opinetur interfemiucum aut perinæum nõ ſatis Hippocraticè. Quod quàm ſit peranguſtum in mulieribus, & anatome palàm facit, & ratio quidem, quom ſola pars ea haud ſit capax multi ſanguinis bilioſi qui nunc negotium faceſſit ex hypotheſi. Atque hæc ſanè non eſt malorum omnis illas quæ mulieribus poteſt iſthinc impendere, ſed modò quæ partes exercet tantùm infernas, recenſebantur. Si namque ab enumeratis ſedibus matetia propagabitur ad ſuperiores, non ſecus quàm virgunculas in fragmento de Virginalibus, nunc quoque opprimet mulierum partes ſupernas, ipſa videlicet ſurſum reſultans. Quod his ſequentibus verbis Hippocrates voluit ſignificatum: ἢν τὰς καλεομένας ἄνω συνομάδας καὶ αἰσίους. Si enim ad thoracem (quæ pars medium tenet) relilierit ſanguis ille bilioſus, πρὸς τοῦτον τὸν χῶρον, ſuffocatio accidet, impeditis nimirum reſpirationis organis, non autem labefactato vſu reſpirationis. Et prægrandis hæc quidem & vehemens, cuiuſmodi eſſe ſolent nimirum omnia vulgò, quæ ex bile ſymptomata coorſurgunt. Si ad poſticas quoque hic aliàs redundans pertinebit humor, quidni πράχηλον collum exercebit dolor? Quòd ſi etiam ad anticas, πρὸς δὲ ὀφθαλμοὺς ἔρχεται, ei caligo quoque ob oculos obuerſabitur:

comment. ad aphor. 53. lib. 5.

Gal. in exeges. de humoum Hippocr.

καὶ ἕτερος, & tenebricosa quædam vertigo, si penetrabit ille penitiores. Quum siquidem fieri non possit omnino, vt ἡ τὸ σῶμα φλαύρως ἔχῃ (quod dictum sit simpliciter & in vniuersum) vt (inquam) quibus est in aliqua corporis parte valetudo aduersa, quia ex hypothesi multa ibidem menstrualis materia diuertatur, quæ sensu doloris, vt dictum est, in ea significatur; quin non excludantur menstrua parciori tum longè copia. Contrà autem, quibus est menstrualis ille humor diffusus æqualiter per vniuersum corporis habitum (sic enim τὸ σῶμα ἔμπαντον ἔχῃ, plenitudinem corporis nunc nobis perplacuit interpretari) καθαμιὰν ἕξιν πλήρη ὄντι, illis abundantiùs menses erumpuot. Qui nos sanè locus diu exercuit, sed quem consequuti tandem videamur explicato modo. Vt tum noo diuertat vllo pacto sanguis futurus proximè menstrualis ad aliquam partem, in qua aut aliquid natura perpetiatur, aut ea quodam modo malè sit affecta: sed vt quemadmodum ex vniuerso corpore, quia ex singulis eius partibus, eductom semen rapitur ad testes Veneris coogressu: coosimiliter tempestiuè accingat natura sese nimirum vbique æqualiter ad menstrualis sanguinis depulsionem; nec patiatur ipsa parteio vllam ipsius sanguinis aliorsum diuersari, vt imminutio quædam scilicet aut detrimentum aliquod in eo tunc nullo pacto fiat. Iisce conditionibus quum expletum saturatúmque corpos fuerit in mulieribus, tum quidem comparatè his largiùs menstrua profundentur quàm suprà. Quæ hausta quidem sunt è penitioribus fontibus Physicorum, vt res postulabat.

commen. ad aphor. 53. lib. 5.

SENTENTIA QVARTA.

Ergo mulieri *bilioſæ ſi menſtrua fundantur, accidit* ei ſæpe *abiectio animi, faſtidiúmque cibi nonnunquam, & anxietas, & vigiliæ, & ructus frequens, & tum deambulationes quoque recuſat, & animo concidit, nec videre videtur, & metu percellitur.*

1 Τῇ δὲ χολώδει τὰ καθαμιὰ ἦν ἔρχηται, ὀλιγοψυχίη ἐμπίπτει, καὶ ἀποσιτίη ἀνῶτε καὶ ἀνῶτε, καὶ ἀθυμίαι, καὶ ἀγρυπνίη, καὶ ἐρυγμὸὶ θαμιναὶ, καὶ οὐκ ἐθέλει περιπατέειν, καὶ ἀθυμέει, καὶ ἐμβλέπειν ὑ δοκέει, καὶ δείδιεν.

Verùm ſi cura eius ſtudioſè ſuſcipiatur, ex his conualeſcit: alioqui temporis progreſſu grauiora omnia accident.

2 Καὶ ἢν μὲν ἐπιμελέωνται, ἐκ τουτέων ὑγιὴς ἔσαι· ἢν δὲ ὁ χρόνος προσίῃ, ἔτι μᾶλλον πονήσει.

Meliùs autem cum ea agetur, ſi ſuperueniat vomitio bilioſa, aut ſi non ita valde aluus perturbetur, & egerantur bilioſa, aut menſtruale quidem profluuium eueniat non vſque adeò profuſum nec vehemens.

3 Ξυμβαίη δ' ἂν ἄριστα, ἢν ἔμετος χολώδης ἐπιγένηται, ἢν ἡ κοιλίη παρεχθῇ μὴ ἰσχυρῶς, καὶ ὑποπίπτῃ χολώδια, ἢ ῥόος ἐπιγένηται αὐτῇ μὴ ἰσχυρός.

Horum enim ſi quid vehemens incidat in corpus afflictum, ipſa quoque in periculum incurrat.

4 Ἢν μὲν γὰρ τι τουτέων ἐπιπέσῃ ἰσχυρὸν ἐπὶ σῶμα τεθυχωμένον, κινδυνώδες.

Quòd ſi aliquid bilioſi humoris ſenſim expurgetur, aut potiùs quidquid eſt illi moleſtum, conualeſcit vtique.

5 Ἢν δὲ ἠρεμέως ἀποκαθαίρηται τὸ χολῶδές τι, ἢ πρὸς ὃ λυπέον, ὑγιὴς ἔσ.

E contrario ſi eius negligatur cura, neque illorum quidquam eueniat, tandem etiam emoritur.

6 Ἢν δὲ μήτε μελεδαίνηται, μήτε μηδὲν τουτέων γένηται, θνήσκει ἡ γυνή.

At ferè fit vt ex hoc morbo profluuium bilioſum conſequatur.

7 Ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος ξυμβαίνει ῥόον ἐμπίπτειν χολώδεα· ἐκ τοιουτέου νοσήματος.

Quòd ſi profluuium fiat, primis quidem diebus pauca ei apparebunt, ſed quæ omnino auctiora quotidie fiant.

8 Ἢν ῥόος γένηται, καὶ μὲν πρῶτα ὀλίγα οἱ τὰ φαινόμενα ἔσαι· αἰεὶ πάσας ἢ τὰς ἡμέρας ὡς ἐπίπαν πλέονα ξυμβαίνει.

Verùtamen vulgò etiã accidit, vt tẽporis progreſſu acutus inde morbus oriatur,

9 Ὁκόταν δὲ ὁ χρόνος προσίῃ, ὡς ἐπὶ τὸ πλέον καὶ ἡ νοῦσος ὀξεῖα γίνεται, καὶ αἱ μῆτραι

αἱ μῆτραι διάκρουται τοῦτο δ' καθάρσιος τῆς χολώδους χωρεούσης, καὶ ἑλκωῦται.

Επὶ ὃ καὶ ἐν τούτῳ ὑγιαίνῃ μελεδαινομένη, ἰῶ οἱ εἰρχθῆ ὁ ῥόος.

adeóque vt bilioſo decurſu menſtruorum vterus mordeatur & vlceretur.

Ex hoc attamen mulier adhuc *reſtituitur bellè curata, ſi ipſi profluuium* ſcilicet *refrænetur.*

Ην δὲ φλεγμαίνωσιν αἱ μῆτραι τοῦτο τῶν ἑλκέων, ἔπι ὀξυτέρη ἡ νοῦσος ἔσαι· καὶ πολλά τε καὶ ὀδμαλέα καὶ πυώδια ἐλεύσονται ἀπ' αὐτέων τῶν μητρέων ἤδη ἀπιόντα καὶ ἐκείνοτε ὥς ἀπὸ κρεῶν· καὶ τὰ ἄλλα ἔπι μᾶλλον πονήσῃ· καὶ τὰ ἕλκεα ἔπι μᾶλλον ἀγελαώτερα ἔσαι, μέχρι μιν ἰσχνήνῃ.

Quòd ſi etiam ab vlceribus inflammationem vterus cõcipiat, longè morbus euadet acutior: túmque multa & fœtida & purulenta, quæ iam ab ipſo vtero prodibant, inde ſemper & continenter effluent tanquam è carnibus; & vniuerſa quæ diximus, magis illam exercebũt: eodémque modo fera magis reddentur vlcera, donec ipſam euincant prorſus perdántque.

Εἰ ὃ καὶ ἰηθῇ, ἄφορος ἔσαι ἀπὸ τῶν οὐλέων.

Quæ ſi tamen arte *reſtituatur valetudini, nunquam* ipſa *vtero gerat propter cicatrices.*

EXPLICATIO.

QVAM bene vel ſecus huic loco vim negationis adiungant nonnulli, addita μὴ pro οὐ particula, antecedentibus his ducti coniecturis & conſequentibus argumentis, ſi placet, expenditote. Præceſſit hypotheſis de corpore mulierũ malè affecto, quam eſt ita partitus Hippocrates, vt quibuſdam funderentur mẽſes bilioſi aut pituitoſi. Iſtorum notas, quemadmodum & pituitoſorum poſtea, moleſtiaſque ipſe recenſuit vnà cum ſymptomatis; quæ attameo vniuerſa ex eorundem decurſu, parciori nempe, ſolent ſuboriri. Tandem etiam conficit Hippocrates io vniuerſum, in ægra mulierum incommodáque valetudine (quod erat Græcis φλαύρως ἔχειν) quia aut bilis aut pituita ſuperat; corpora parciùs purgari quàm par ſit. Pars enim purgationis, vt opinari ſumus antea, tunc aliò traosfertur & errat. Contrà autem euenit, ſiquidem abuodantiùs tum menſes effundantur, quando vbique æqualiter corpus eſt expletum ſanguine menſtruali. Ergo ex hypotheſi, vt in propoſito (χολώδει) mulieris cuiuſdam corpus bile redundet, attamen (ἴσχεται) menſes ferantur, (hoc enim etiam ſtatuit Hippocrates) quid incommodi? Enimuero ipſe priùs aliqoor ſymptomata commemorauit, quæ, vt & quæ ſequuntur, variis io partibus elucebant, quia reſiſtens ex paucitate menſtruorum quædam portio bilis exuperantis ex bypotheſi, ipſiſmet menſibus dabat anſam impetus faciuodi ad aliquam partem corpotis. Eſt nempe peropportuna ad id conditio bilis, quum ei & magoa inſit tenuitas & leuitas. Vnde etiam non ita pridem Hippocrates ooſter ſic fatus eſt, ὅτι τὰς καθαίρουσιν αὖθ ὑπομίσης καὶ αὐτούσης, vtpote purgatiooe ſurſum demiſſa & reſultante. An non igitur hæc modò eſſe dicetur cootinuatio orationis in cenſu ſymptomatum quæ inde conſurgunt? Noo quòd in hac hypotheſi tamen menſtrua omnioo ſupprimantur; quin potiùs quòd iſthæc parciori manu quàm è re ſit, effluant; ac ſuperſit ſemper quædam pars eorum quæ partim ſuopte iam ouru deferatur, partim etiam quia coocaleſcens depellatur ad aliquam corporis partem, & ibi oppreſſionem faciat modo prædicto. Porrò autem ex ſymptomatis alia obſident partes alias. Malè affectum eſſe caput ſignificant puſillanimitas, vigiliæ, mœror, metus, & viſionis infirmitas. In ſtomacho alia quoque hæc apparent. Sunt huius generis cibi faſtidium & ructus frequens. Alia denique toti corpori noxia ſunt, vt inquieta iactatio & anxietas, pigritia ſiue ad deambulandum tarditas. Vagus enim incertúſque tunc iactatur ſanguis menſtruus, inquinatus bile per totum corpus, negotium faciens iofernis partibus, vt tibüs & pedibus, maximè verò quum menſes inſtant. Tum namque ἀκρατὴς οἱ νόος ἐς ὀδυνείλιν γίνεται, vt eſt ipſe loquutus de virgunculis in fragmento de virginalibus, pari ratiooe.

7. περὶ γεν. 3. comment. 2.

Καὶ ἰῶ μελεδαίνεται, ὦν, &c. *quòd ſi cura eius, &c.*] Curationem hîc perſtringit perquam breuiter, tantummodo eam attingens Hippocrates, quam ſuſcipieodam eſſe conuenienter, ex euentu poſtea iam hîc intelliges, & artificium Medici ad imitationem naturæ comparandum. Præſeotem verò euraodi tationem comprehendi ſuper anootabamus amplimdine aphoriſmi 36. libri quinti, χωρὶς τὰ καθαιμόμενα ἄσχετα, & cæt. Hanc verò ſigillatim præſcribere huius loci ooo eſt, vt nec exemplis eam illuſtrare. Quæ ſi tamen non adbibebitur, ſed χρόνος πρόσω, diutiùs differatur; verendum erit omnino oe temporis progreſſu quæque in peius ruant & deteriora fiant. Vt verò nunquam oatura in otio iacet, ſed ſuos per ſe ſemper conatus edit, & vitio humoris cuiuſdam ſæpenumero laceſſita ſtimulatáque; euentus tribus modis hîc gratus eſſe poreſt ſua ſpoote & ac-

ſcilicet quiſque oblata occaſione imminuat. Attamen libro περὶ ἀφόρων, ſubſternit φάρμακον κενθλιῶ ἐ ξηρλιῶ, atenam tenuem ſiccámque, quod dignitſimum cenſemus magna obſeruatione. Annotamus & hoc aliud eodem loco, quia ad rem quoque conducit præſentem, conſiderandum eſſe ſcilicet in ventre expurgando vel Hippocrate conſultore, ἐὰν τι κάτω ἐὰν τῶν ἀνω κάτω δεῖν ἐν λύσει, an tum purgatione opus videatur per inferna, an per ſuperiora. Deinde dignum eſt quoque oota, quòd eodem loco non ventris ſolius vacet purgationi, ſed & (τοὺς ὑστέρας καθαίρειν) ipſius vteri: ἐξαρκεῖν attamen ἡμέρας ἕνας, interpoſitis aliquot, vt tribus, Cornario expoſitore, diebus. Ex quibus quidem locis fit apertiſſimum, quòd effluens ſanguis menſtruus tum excipiebatur renui arena conſilio Hippocrateo, quò exploratum atque perſpectum haberet quiſque conceptionis impedimentum. Quidni ounc igitur cinere quoque pertenui, quē κονδιλῶ κενθλιῶ vocitant Græci, menſtrua quis etiam hîc excipiat in eundem ſcopum? At vti præſcriptum eſt à nobis nuper, reponendum potiùs; quum ſiquidem ſententiæ huius perſeuerantiam conſtanter adhuc retineamus. Qui effluit ſtillâtque ſanguis in hypotheſi, in hunc finem excipitur, vt nimirum accommodata ad ſpeciem coloris, purgandi rario præſcribatur præpotentis humoris. Decorum ergo illud ſeruetur elegantiáque, vt quum ad id ſe muliet parat, appatet priùs linteolum vile quoddam (id enim ῥάκος Græcis eſt) quod pudendis (ὑστεροτόκοις) ipſa obtendat cuiuſdam inſtar ſubligaculi. Vile hoc autem debuit eſſe & attritum, ne contactu nimirum lædat delicatulas: etiámque molle, vt plus excipiat ſcilicet imbutum ſtilla ſanguinis, eadem omnino ratione, qua molles ſub dio lanas antea exponebat Hippocrates noſter. Cuius artificij ab Hippocrate affabrè excogitati pars erit hæc prior, ſi quidem multiplex id eſſe debeat, addiderimus, & complicatum. hoc eoim demonſtrat ſatis dicto apud Hippocratem ſcilicet πτύξας, hoc eſt poſtquam complicueris. Ne quid quoque præterfluat, aut ſtillet linteolum ſanguine ſaturatum menſtruali. Sed quid de ſubligaculi iſtius menſura Hippocrates? Eſt σπιθαμὴ apud Pollucem lib. 2. quod intereſt ſpatium omne inter pollicem & minimum digitum expaſſos: quod digitos ferè quatuor æquat communiter. Erit, ſi placet, hic palmus minor, ſicuri vertimus. Sed quorſum δύο τὰ πτυχία, ſeorſum duo appendi oportuit linteola? An ſic certiùs agnoſcatur, quòd ſimul & ſemel totum quod erat in virio ex hypotheſi, non depulit natura; ſed quòd eriam ſemper quiddam ad expurgandum ſupereſt atque redundat? Etenim alioqui vnà cum ſigno propoſito ſcopóque, purgandi omnis neceſſitas obliterata & nulla maneret. Cæterùm animaduerſione dignum etiam videtur, quòd non priùs ſerendum eſſe iudicium cenſuerit Hippocrates de humoris ſpecie, quàm (ὡς ἂν τὰ φαίνηται) vbi eiota priùs fuerint linteola. Ablui fortaſſe tum illa leuiter tantùm voluit, vt quod craſſum inerat, ſic detergeretur. Serum illud autem quo imbuta eſſe pòſt apparebunt, & cuius ſemper expers ſanguis eſſe debet in bona valetudine (quum excrementum ſit & vitioſum) ita diſcerni alioqui poſſit ad expurgationem. Libro autem de natura muliebri linteola iuſſit ὡς πρὸς ἥλιον ξηραίνεσθαι, in ſole exiccari, vt & modò ὡς ἥλιον πέσσειν. Vbi ſtatim nunc attamen quaſi per correctionem ſubiunxit, μᾶλλον δὲ ὡς σκιερῷ χωρίῳ, fore præſtantius, ſi deſiccentur in loco vmbratili. Quid cauſæ eſt? hoc namque prætermiſerat vtroque alio libro Hippocrates. Æſtu ſanè ſolis noo ſolùm abſorbetur humor, ſed exoleſcit, ac prorſus panniculorum immutatur color, ex cuius perſpicientia diſcrepantiáque in hypotheſi humoris cernitur & dignoſcitur dominarus exuperantiáque, ad expurgationem delecti huius ſcilicet vel illius humoris, vt antea explicatum eſt. Prior hic enim nunc ſcopus proponitur, gratia cuius colorem inſpectari hîc voluit Hippocrates in linteolis. De coloribus autem quæ hîc vniuerſa dicuntur, peruia ſunt & omni ex parte ſimilia. niſi quòd libro περὶ ἀφόρων quem χωρὶν ſanguinem dixit in arenulis apparere, eundem ipſum lib. de muliebri natura ὠχρὸν eſſe animaduertit, vbi nempe redundat bilis. In quorum diſcrimine colorum quid interſit quantúmque, repetatur, ſi placet, ex prognoſticis. Bilem nunc δι' ἀκμῆς, per amarorem intellexit, & aliter quidem quàm in ſequentibus cap. 14. Vnde buic ſtatim ádiunxit, καὶ χολὴ. Enimuero in cenſu humorum quid amarius felle eſſe poteſt? Bilis quoque ſignificant copiam in Hippocratis oratione πυρρὰ τε καὶ ὑποπίνδακα. Sed de his copioſè comment. ad ſentent. 2. huius commentarij diximus.

Quæ hacteous omnia quidem ſpectant, quemadmodum ſententiæ huius initio propoſitum fuit, ad humoris qualitatem ſiue delectum gratia purgationis. Hunc enim an illum potiùs humorem eligas inter purgandum, permagni ſanè intereſt ad τύχοειαν. Quæ cauſa Plutarchum quondam commouit, vt ἐυτυχίαν deſideraret etiam in catharticis. Prudentia hæc nempe ratus medicamenta eſſe, quæ quaſi cum delectu quodam humorem noxium & exuperantem è corpore foras euocent. Dum enim amici & adulatoris mores inter ſe confert, ac huius animus, aut potiùs (τρόπος ἕντινος τοῦτ' ἐν ἀυτῷ) mores verè ægrotent; φαρμάκων, δίκην σοφῶν, καὶ πολλὴν τὴν διὰ, καὶ ἀφελῆ, ait, etſi metaphoricè, in ea oratione qua expoſuit πῶς ἂν τις ἐξαιρέσιτο τὸν κόλακα τῷ φίλῳ. Quæ Hippocr verba inde ſequuntur, pertioent, quanquam in mulieribus quidem cum viris communiter, ad vires medicamentorum. Etenim inter purgandum (quod dictum ſit obiter) non tantùm inſpectanda eſt humorum qualitas, ſed & vehementia medicamentorum, vt quouſque ea penetrent, intelligatur. Inde adeò conuertendam eſſe oculorum & mentis aciem præcepit nunc Hippocrates ad corpus vniuerſum, quò nimirum certiſſimè percipi queat, ἐὰν τι πολὺς καθάρσιος δεῖν λύσει, an liberali opus eſſe videatur purgatione, an contrà, in hypotheſi. Quinque notat hîc autem quæ vehementiam ſuadent aut debortantur purgationis. Ac primùm quidem de varietate colorũ in mulieribus ſpectanda dictum abunde fuit initio ſtatim libri de muliebri natura. Ibíque vt aliorum quatuor quædam prætermiſit quæ modò recenſentur: ita hoc quoque loco omiſſa quædam ſunt ex iis quæ illic deſcribuntur. In illis poſtremo tandem loco monuit eſſe examinandum & inquirendum ſedulò, qua diæta mulier vtatur vulgò. Atque reuera vt eſſe epulandum mulieri liberaliter ad liberalitatem & copiam menſtruorum præcepit antea Hippocrates noſter: ita non poteſt non conferre, vt expurgandi humoris delectus habeatur & einſdem copia imminui tutò queat, quam mulier diætam ſer-

comment. in ſent. 2. comm. 1. lib. huius.

aph. 2. lib. 2. apud Hipp.

uer, certò nosse. Quum siquidem permagni interſit in vniuersum, quibus quisque nostrum esculentis & potulentis vtatur ad sanitatem, instio ferè lib. 4. de morbis apud Hippocratem. De instituto vitæ idem, si placet, iudicium esto. Quorum nempe vtrumque pituitæ parens esse possit; vt & bilioſi humoris, quanquam tunc ratione diuersa. Illius index est vbique locorum apud Hippocratem, mucus qui ex ablutione supereſse ponebatur nupet. Liuiditas autem huius pari eadémq; cum ea quæ explicata est, quando de menstruis quæ ex nigrore splendoréque bilioſa esse iudicabantur, nuper diximus cũ Hippocrate. Ad vires cathartici reliqua pertinẽt. Quæ quia vix certis finibus possunt terminari, vt sunt iudicij difficilioris, quinque proposuit (vt diximus) Hippocrates; ex quorum inter se collatione quisque Medicorum etiam queat artificiali nixus coniectura, ad id quod commodum est & decens, accedere propiùs pro viribus, tanquam regulam Polycleti. Sed hæc, vt quæ viris sunt & mulieribus communia, non nos, si gratum est, à re muliebri diutiùs remotentur.

SENTENTIA OCTAVA.

Porrò autem medẽdi ratio præclarè, credimus, *instituetur, si, vbi prospectum antè fuerit toti corpori, postea vteri, tum eiusdem etiam oſculi cura suſcipietur.*

1 . Ἰητρείη δὲ καὶ ὅλου σώματος πρώτιστα προνοήσασθαι, καὶ τῆς ὑστίης καὶ τὸ στόμα ἰήσασθαι.

Si quidem hoc conniueat, aperiendum erit: si autem vertat in obliquum, dirigere ipsum *oportebit.*

2 Καὶ ἢν μεμυκὸς ᾖ, ἀναστομῶσαι· ἢν δὲ λελοξωμένον, ὀρθοῦν χρή.

Quòd si humidior sit vterus, exsiccandus est, ac præstare similiter cætera contrario modo.

3 Ἢν δὲ ὑγρὴ ἔασον, ἀναίνῃ, καὶ τἀναντία δρᾶν σταλίον.

Institui sanè propemodum omnibus eadem curandi ratio potest, præterquam vbi sunt menstrua promouenda.

4 Σχεδὸν δὲ πάσῃσιν ἡ πολλὴ θεραπείη ἡ αὐτὴ ἔστι, πλὴν τῶν καθαιρόντων τὰ ἐμμηνία.

Nam quibus hæc feruntur, ijs omnino commouere non est necesse, veruntamen quicquid in mensibus ineſse vitij videbitur, delendum erit, cùm videlicet pituitoſa pelliculoſáq;, tum quæ seroſa, etiámque tenuia, aut quæ alba; atque quæ grumoſa, ac quandoque etiam nigra, carbunculoſáque; aut quæ caliginoſa, acria, salſa, graueolentia, purulenta.

5 Ὅσῃσι γὰρ γίνεται, οὐδὲν δεῖ ταύτῃσι καθαιρεῖν· ἀλλ' ὅ τι κακὸν ἐν τοῖσιν ἐμμηνίοισιν ἔῃ, τοῦτο ἀφαιρέειν χρὴ, ὅταν φλεγματώδεά τε καὶ ὑγρώδεα, καὶ ἰχωρώδεα, καὶ λευκὰ, καὶ δεγμοώδεα, καὶ ὅταν μέλανά τε καὶ αἰθραιώδεα, ἢ ζεφώδεα, ἢ δριμέα, ἢ μυρεὰ, ἢ ἰλυώδεα.

Huiuscemodi cauſæ omnes radicitus sunt euellendæ, quòd nimirum non sinant vterum semen comprehendere.

6 Αὗται πᾶσαι αἱ προφάσιες ἐκβλητέαι· κωλύουσι γὰρ λαμβάνειν τὸ γαστρί.

EXPLICATIO.

ERGO vt ad suum finem curatio proposita referatur per purgationem, ad facultatem scilicet concipiendi; quemadmodum non ea pars sola quæ ad concipiendum data est, in vitio esse potest, sed & corpus vniuersum: (namque τὸ σῶμα ἅπαν ἐνοχλεῖ ὂν, est id totum præhumidum) ita huic toti cautum esse oportebit pro præscripto Hippocratis, sententia septima scilicet quæ superioti connexa proximè perlegitur, in qua pars sola inculsabatur, sexta nempe erat sententia: tunc habita ratione speciei humoris, spectatáque medicamenti magnitudine atque vehementia. Ad concipiendi facultatem desiderari com- *sentent. 6.*
moderationem vteri, esse opinamur modò ex antecedentibus manifestum. Certum quoque habeatur *aph. 54. lib. 5.*
oportet, vteri rectitudinem oſculi ad exceptionem seminis requiri. Quod esse significatum vtrumque hisce verbis animaduertimus ab Hippocrate; καὶ πὴ ὑστίης καὶ τὸ στόμα ἰήσασθαι. Sed frustra sanè huius vtriusque partis, siue quæ excipit siue quæ concipit, ratio habeatur, si non etiam toti corpori cautum priùs fuerit & bene cõsultum. Hoc enim resonat sequens hæc Hippocratis oratio, ἐὰν τὸ σῶμα πανταχῇ προνοήσῃ.

Atque

Atque reuera à toto corpore nutrimentum seminis repetitur in vteri cauũ coniecti. Quod etsi laudabile hoc etiam sit, quia tamen vitio sanguinis potentia menstrualis, eius nutritio præpediri potest; putrescat illud tandem necesse est, quemadmodum est abunde antea à nobis declaratum. Putrefactum autem excidit quoque ab vtero, vt meritò sic nulla hinc conceptio consequatur, quæ tamen hoc loco porissimùm nobis proponitur, & quidem quæritur. At bene sit consultum tori corpori volumus purgatinne prædicto modo accommodatè ptæscripta ab Hippocrate; vndenam (πῶς ὑγιὴς καὶ τὸ σῶμα πᾶσαι) libi medicinam vterus nanciscetur & eius oscillum? Ἢ μαμμὴς ἴ, os si conniueat, aperiendum quidem est; quemadmodum (ἐὰν λελοξωμένη) dirigendum quoque erit, si in aliquam partem deflectat. Quòd si etiam (ὑγρὴ ἐοῦσα) vterus erit humidior, resiccare hunc quoque oportebit, & cætera alia quæque contraria præstare, quæ Medico ptudenti fore ex vsu videbuntur. Quum siquidem hæc recensere non sit huius loci. *vide aph. 36. lib. 5. Hipp.*

Σχεδὸν δὲ πάσῃσι ἡ πομὴ] Est hæc attamen ferè omnibus eadem generalis curatio comparanda, ad imitationem naturæ, scilicet per contraria, quidquid obganniant Paracelsitæ. Vt enim similibus sæpe locus est & quidem frequens: sic est frequentior longè per oppositа etámque contraria, curatio. Sed de his aliàs.

Πλὴν εἰ καθαίρουσαι] Si modò exceperis menstrua detrahere, hoc est eam mulierum conditionem in qua oportebit menses ciere. Qui quum resistant mulris iisque variis de causis, infinitis alioqui propè modis essent conuocandi. Qui non est Hippocratis præseus scopus.

Οὐκοῦν ὁ μὲν, ἢν δὲ ταῦτα κενωθῇ] Nam quibus (ait) menstrua funduntur, quid opus est ea illis procurare & promouere? Quem quidem hunc locum negando legerunt quotquot nos præcesserunt hactenus interpretes. A quorũ tamen sententia lubẽtes decedimus, ad Hipp. scopum paulò magis attenti, ni nosmetipsi etiam nimiopere hinc aberramus. Conceptiouis impedimenta delere nuper erat animus Hipp. Ad quod quum primùm se antea accinxit, primum quoq; in bene consultãdo caput illius fuit, cuiusmodi sententia 6. huius cõmentarij ab eo propositum est. Quum ex hypothesi nimirũ mulieres gaudeant viri cõsuetudine & quidẽ libidinosè (vt exposuimus) ac ingenti desiderio cõceptionis teneantur, & studeant prægnantes reddi; consulebar tum (inquam) Medico Hipp. (πότερον καὶ, ὡς ἔφην ὀλίγῳ ἔμπροσθεν, ἐὰν ὑπομένουσα ἢ ὑγρὴ) quærendum ab illis inprimis esse, vt animaduerrant an sibi menstrua bene nec ne respõdeant. Refundi nunc ergo menstrua periodicè, hypothesis sit Hippocratea ad conceptionem. Vt huius nimirum oratio interpungatur ante dictionem ἢν δὲ, quæ pertineat nempe hoc modo iungatúrque ad consequẽtia. Quibus nimirum menstrua funduntur, in his eunc ãdis Medicus non insistat; quin potiùs omne suum studium & operam hinc auocans aliò transferat; perneccssarium quidem viderur Hippocrati. Sed Medicus sedulò pro Hippocrateo iussu mulierem interrogarit volumus. Imò etiam certò ab ea ex hypothesi intellexerit menstrua profundi: satisne id inde fuerit ad concipiendi facultatem? Minimè verò. Quum enim hæc ipsa in nutritionem cedant seminis vtriusque commixti conceptique, hoc sanè quidem cõputrescet, ni eadem ipsa integra fuerint & laudabilia, vt est ab eo nuper explicatum. Eámq; ob causam scopus hic alter superiori proximè modò connectitur ab Hippocrate. Nempe ἀνὴ ὃ πάσχῃ τι τῶν ὑστερικῶν, τῶν ἀφαιρέων χρὴ, vitium quodcumque auferendum esse, si quod in menstruis inhærebit. Quòd si quonam nunc eo vitio in hypothesi, menstrua contaminata apparent, quæratur, adiungetur statim ad id pnstea ab Hippocrate responsio. Secus autem quàm in fragmento de virginalibus, se hic res habet. Quum siquidem illic ex suppressione sanguis ad cor refluus diaphragmáque (per quod, hepar ei proximum, quia contiguum, intelligi tunc existimauimus) eas expleret partes, atque eo pacto rigorem vnà cum febre errante concitaret. Vnde tunc etiam vt ad acutam inflammationem, delirium; ad putredinem, vociferatio; & ad caliginem, metus; etiámque ad oppressionem strangulatio consequebatur: ita etiam tum (ὑπὸ τῆς κακίης τῆ αἵματος ἡμῶν ἐπιλαμβάνει ὁ θυμὸς καιὸν ἐφλεγμα) animus sanguinis errore inquinatus ita grauiter discruciabatur, vt malum inde contrahens, anxius totus corrueret, quasi deiectus de sua sede & potestate. Hic autem sanguinem foras effundi cum Hippocrate antea posuimus. Quæ nunc ratio est, cur ipse sanguis vitij labíque suæ non facit hoc loco animum participem. Quandoquidem in hypnrhesi suum vaporem tetrum perniciémque sursum nnn remittat. Quæ menstrualis hic autem sanguinis vitinsi indicia tradnntur ab Hippocrate? De inquinamentis menstruorum Hippocrates suam sententiam confirmabit, in aliquot notas ea partitus. De pituitosis pelliculosisque & de nigricantibus, quæ tria sunt, ab eo antea abunde dictum fuit.

Ἰχωρώδεα καὶ] Serosa, tenuia, albáque, ad seri persimilem substantiam tenuissimámque putamus referri oportere; vt hisce tribus meritò semper tenuitas possit connotari: sicut & eorum crassitudinem designari certissimum est, si aut θρομβώδεα καὶ &c. grumosa, aut quidem nigra, aut carbunculosa, quemadmodum ab Hippocrate ponuntur, comparebunt. Non quòd tamen is qui sanguis excluditur, grumos referat aut carbunculos: sed quia potiùs est huiusmodi ὑδρωπικῶς scilicet, efficienter, tantisper dum præsertim effunditur. Accidisse enim multis plerumque ipsi obseruauimus inter medendum, si solummodo mẽstrua instent, necdum ipsa ferantur adhuc; corpora mulierum scatere tum iam quibusdam tuberculis, aut simile quid aliud aliàs in cute extima conspici & apparere; aut nigricantibus nonnũquam etiam maculis cuticulam fœdari & pollui. Quidni etiam caliginosi mẽses (ζοφώδεα) appellentur, si, dum illi excludantur, tenebras aut caliginem oculis offundent mulierum? Nec nos prætenit quòd ad gustum propriè δριμέα καὶ ἁλμυρὰ, acrimoniam & salsuginem interpretes naturæ retulerunt, quæ nos de sensu tactus qui in sinu pndoris suscitatur, hoc loco exponimus; sed semper interim quidem, dum menstrua excernuntur. Hæc enim mordent sæpe pudenda todúntque, sicut plerisque in locis apud Hipp. lib. de muliebri nat. & lib. de nõ gerentibus vtero, notauimus; etiámq; hoc eodem libro, vt & alibi in historiis.

θολερὸς, πυῶδης] Ad grauitatem odoris fœditatémque pertinent duo reliqua, præter aliorum interpretum opinionem. Vt idem sit βαρὺ, quod ἀκάθαρτος, grauedinem pro sententia quorundam. Id enim aliàs notauimus in doctrina Galeni comm. ad sentent. 4. & 60. comment. 2. in lib. 1. Hippoct. prorrher. Quæ vniuersa quæ ferè tredecim esse modò dicebamus, tanquam αἰτιώδεις, ὡς τὰ αἴτια, eáque φανερὰ & ἐνδεῖξις, vt causas manifestas & veras nunc esse delendas imperat noster Hippocrates, quum totidem aut quidem plura conceptionis impedimenta esse ab ipso statuantur. Sed hæc exempli gratia, vt diximus, nunc recensuisse Hippocratem cogitamus, quum fortè eius incidisset sermo in ea impedimenta quæ pendent ab exuperantia humoris.

SENTENTIA NONA.

Quibus igitur pituitosa menstrua sunt pelliculosáque, hæ & crassæ sunt & multæ carnis, ijsdémque præhumidum os est, & saliuæ copia etiam glutinosæ.

Οἱσῖσι μὲν οὖν φλεγματώδεα καὶ ὑμενοειδέα τὰ ἐπιμήνια ἐστὶ, καὶ αὐτὴ σαρκώδεές εἰσι, καὶ τοῦτοισι τὸ στόμα ἔξυγρον, καὶ παχύτερον πολὺ καὶ γλίσχρον.

Quòd si quid vel acidũ vel acre degustauerint, qua tũ os saliua madebit, liquidior ea erit & fatua; tũ etiã ad omne cibi & potionis genus fastidiũ consequitur, turbatióq;.

Καὶ ὧν ὀξέος γεύσηται ἢ δριμέος, ὃ πύελον τὸ τοῦ στόματος πλαδωδέστερόν τε ἔσται καὶ αὐθυρὸν· ἢ τοὺς ποῦ ὁ παῖς φάγωσιν ἢ πίωσιν, ὄχλος.

Iis quoq; vẽter supprimitur, ac pinde attollitur, cũ nausea & iactatione frequenti.

Καὶ τοῦσίσηται αὐτέοισιν καὶ ἀείρεται καὶ ἡ κοιλίη, καὶ ναυσίη, καὶ θόρυσμος πολύς.

Adde quòd è capite fluxio manat, quæ vniuersa obstruit, quæque magnam copiam inducit humoris; vnde partes quæ proximè oculis subiacent, liuescunt & turgescunt instar vesiculæ.

Ἀπὸ τε κεφαλῆς ῥεῦμα καταῤῥέῃ, καὶ πολὺ ὑγρασίῃσι ἐπάγηται, καὶ ἡ ὑποφθάλμια πελιδνὰ καὶ πεφυσημένα.

Has mulieres *suffire totas necesse est, & crebrò vomere cùm sumpto cibo, tum non accepto: quinetiam mollire ventrem inferiorem, sed leuissimis medicamentis, quæ minimùm bilem euocent.*

Ταύτας χρὴ ὅλας πυριῶν, καὶ πυκνὰ ἐμεῖν, καὶ ἀπὸ σίτων, καὶ ἀπὸ ποτέος· μαλακοῖσι δὲ τοῖσι κάτω χολίοισι, φαρμάκοισι δὲ παμπόλλοισι, ὀλίγα ἢν ἐπιχέῃ χολίου ἄγῃ.

Profuerit quoque semel tantùm quotidie cibum capere, & multis se laboribus exercere, etiámque exiccante vti diæta, & potu parcissimo meraciore.

Καὶ μουσοπτέῃ, καὶ γυμάζεσθαι συχνὰ, καὶ ὡς ξηροτάτῃ ἕψῃ διαιτᾶσθαι, καὶ ποτῷ ἐλαχίστῳ ἀκρητεστέρῳ.

Præstiterit etiam aluum facilè seruari.

Κοιλίην δὲ εὔλυτος ἀμείνων διαφυλάσσεσθαι.

Quòd si huic diætæ non paruerit vterus, pessarijs oportebit eum expurgare non mordacibus.

Τὰς δὲ ὑστέρας χρὴ, ὧν μὴ τοῖς τοιούτοισι τοῖσι διαίτῃσι ἐπακούωσι, καθαίρειν φαρμάκοισιν ἀδήκτοισι τοιούτοισιν.

EXPLICATIO.

De signis quæ de dominatu pituitæ fidem facerent, suo loco antea actum est. Namque non ita pridem præter cætera, vnum atque alterum ponebatur ab humoribus impedimentum grauiditatis. Erat pituita nempe, itémque bilis. Quod vtrumque quum sit auferendum Hippocrate hic cõsultore: occasione nunc etiam recèns oblata, occurrunt & alia quæ vnà cum prænotatis signis vel aliquantò ampliùs & certiùs pituitæ dominatum arguant. Præterquam quòd enim in hypothesi pelliculosa menstrua ferantur; ferè fit etiam vt αὐτὴ σαρκώδεις mulieres sic affectæ sint obesiusculæ & crassiores. An ipse velit παχεῖς intelligi, videbit lector ex aph. 44. lib. 2. An verò παχύτερος, non autem ὑδατώδης, vt aph. 7. lib. 4. & 21. lib. 5. Videat quoque Galenum cap. 5. lib. 2. de temperamentis, quum siquidem vtrique sit hominum generi commune, ora nimirum humore copioso diffluere & ratione alioquin non ita dissimili. Sed ille erat modò (γλίσχρον) viscidus & glutinosus, quonàm igitur (καθαίρειν τὴν ὑγρὰν καὶ) modo sputum liquidius tunc putabitur ac etiam insulsum? Quia ex hypothesi (καὶ ὧν ὀξέος γεύσηται ἢ δριμέος) crassum

etassum illud viscidum acido incidatur, & attenuetur rei acrioris gustu. Annon enim illius naturæ non dicam saporis pituita censetur? Sic maluimus assentiti Galeno quàm Erotiano interpreti. Galenus existimauit ἄσηθον, τὸ χωρὶς ἁλὸς καὶ ὄχ ἁλμυρὸν, quod est salis expers & sine salsugine. Fere coniuncta hæc ambo reperias apud Hippocratem 2. de morbis, αἰσήθεσι καὶ ἀνάσμοις. De eduliis autem loquebatur ipse, quæ iubet vt nullo sint sapore aut nidore condita, quasi dicat, quæ nihil prorsus redoleant. Gustus duorum per se antea commouit in ore maiorem ptyeli copiam mulieribus: nunc verò comesse aut bibisse simpliciter, nocet molestiámque adfert, si, vt est decens, nobis reddatur ὄχνος. Appetit multa stomachus frigidior, vt & imbecillis cibum ægrè conficit, etiam minùs fortem. Hæc verò sunt mulieribus communia cum viris. Ergo abhorrentibus sic ab esu eduliorum generis cuiusuis nauseantibúsque mulierculis, scilicet ad superiora affectante pituitæ renuiori portione satis liberali & bile pauca commixta; aluus contrà consistet iustis de causis, quum ei sic calcar desit. Est enim bilis aluo quasi stimulus naturalis ad excretionem excrementorum. Quæ verò crassior portio moram trahit in intestinis, supra modũ disteudit abdomen non aliter quàm pueris, maximè verò bibaculis, ob pituitæ nimirum copiam quæ in illis redundãs inest & copiosa & qua aluus tota natat. Tã multa (inquam) subest tum, vt ἀλυσιὸν sæpenumero anxietatem pariat angustiámq;. Ἀλυσιὸν autem euenire hoc loco copia grauante humoris pituitosi patebit omnino, si quę cõmentatio ad sent. 16. lib. 1. progn. signantur cansę, vbi de nudatione pedum Hippocr. est sermo, omnes perlustraueris. Videto quoque Galenum in lexico Hippocrateo, vt & comm. ad aphor. 57. lib. 7. itémque comm. 22. lib. 2, & comm. 47. lib. 4. de diæta acutorum; & longè pluribus aliis locis. At portio tenuior quæ ponebatur modò sursum ferri, en ne consistet loco? Crassescet illa quidem mora diuturniore, vnde etiam in præcedentibus πύῳ γλίσχρῳ in os influebat, pituita viscida lentáque. Ἐγκέφαλος ἐστὶ μυελὸς τῆς ψυχῆς καὶ κεφαλῆς, est namque cerebrum velut arx aut ciuitas quędam è qua in alias partes tanquam domos aut colonias dimanet & influat quod est frigidum & glutinosum. Quod multò plnribus explicatum legimus lib. de glandulis apud Hippocratem. Glutinosum autem frigido coniunctum αὖον τ' ἐστὶν ἐν ὑγιεῖ διαχύσει, &c. vbi pinguedinis est espers, non patitur exuri sese: sed temporis incalescens diuturnitate concrescit densatúrque, vt scriptum est alias ab Hippocrate, si fumus satis memores, lib. περὶ ἀρχῶν. At posteaqnam est pituita caput oppletum, quia ibi diutiùs (inquam) nequit manere sine acerbitate doloris Hipp. lib. de glandulis: palla repulsam nõ sine periculo repetit sedes infernas vel solo nutu suo. Eóque frequentiùs in gulam fertur, quippe quia careat operculo. Vnde (καὶ ναυσίη) non solùm sæpe venter attollitur, vt modò dicebatur, sed & nausea, & vomitio, cæteráque symptomata exurgunt, quæ nunc & præcitato loco descripta sunt ab Hippocrate. Tantam verò humoris copiam adesse tum fluxio testatur, vt non tantummodo interiores partes redundent humore, sed (καὶ ποτὲ ὑποπλήσσοντα) omnes in vniuersum. Inde adeò nbseruauit Hippocrates noster (tanta tunc nimirum rheumatis vis est) vicinas sub oculis partes affici oppleríque, atq; sic eiusce humoris fieri participes; vt tandem & liuescere videantur & tumere ampullæ modo. Est hoc etiam sæpenumero apertum cuique. Neque hic enim interpretationem eorum possumus probare, qui per τὰ ὑπωφθάλμια περιοιδήματα, palpebras intelligi nunc opinati sunt, & fieri eas turgidulas: neque qui genas aut zygomata, partes oculis quanquam subiectas omnes, inrellexerunt: qnin potiùs masime propinquas hic existimamus significari, & supra zygoma vtrinque oculis proximè subiacentes. At omnia hæc nouisse, non est satis, nisi etiam detur vltra; qnum ad diagnosin solùm illa pertineant. Snmmum iam igitur & admirabile licet Hippocratis in curãdi methodo iudicium animaduertere. Vix autem queant pituitosa per sinum pudoris excerni, quin cruta ferè pariter condoleant, ac persimili excremento redundent, iisque subiectæ quæque partes & annexæ. Tibias tunc dicimus extremósque pedes similiter turgescere. Si supernæ partes etiámque mediæ sua sunt antea perpessæ repletionis eius carochymæ symptomata intus foríque, quidni iure iisce omnibus ac singulis bene nunc cõsultum cupiat Hipp. ad totidem capita studiosè attentus & modos bos consequentes? Itaque Hippoc. hypocausto primùm fundit humores viscidos crassósque, eodémque modo eos attenuat accommodatissimè. His de causis sic mulieres affectas (ἴλας γυναῖκας) voluit suffite totas. Ne verò calore diffusus humor noxam pareret molestiámque, ita crebras quoque deinceps non minùs artificiosè vomitiones ciet, vt ad excretionem mulieres sollicitet & vacuo stomacho & saturato. Nec minor interea infernis opera datur, nec venter inferiot magis feriatur; quum nec durum relinqui ferat nec pigtum; sed leuioribus eum iubeat expurgari medicamentis, vel quæ minimum bumoris educant & euocent bilioši; qui paucus nempe inest in hypothesi, quique sua præsentia potiùs prodesse quàm obesse qneat. (Erunt verò illius spei & fructus quæ detergendi viribus pollent medicamenta.) Excrementitioa frigidósque humores bilis calefacit, conficit, attenuat, dissipat & absumit. Omnia denique solet intus bilis exiccare potentissimè. Atque in hunc eundê scopum quæ sunt reliqua nnnc curationis præcepta apud Hippocratem, spectãt. Eiusmodi sunt, semel quotidie capere cibum, quando superior præsertim illi mos fuerit, sæpiusculè conniuari: crebrò exerceri, & siccissima diæta vti; hoc est exiccante cibo siccóque, & bibere parcè meraciúsque. Quæ quia sunt facilia & vtrisque hominibns communia, nunc missa faciamus volentes. Ista explicatur pluribus locis apud Galenum, potissimùm verò ab Hipp. libello de salnbri dieta. Descriptis porrò artibus si nihil vterus ipse remittat nec morem gerat, hoc est si quibus exatuisse poterat vterus, ignaua visa fuerint inertiáque, vt inexhaustus hic supersit, quia non desinat excernere pituitosa; ei ipsi sua quinque erunt suo tempore & loco vsurpanda remedia. Fiet id pessis commodè subiectis, quique in mulierum condantur naturalia, & qui agant sine morsu quidem. Nonne eiusmodi sunt qui exiccandi vterum vi polleant ipsumque exhaurient (qnamuis ex accidenti) suo contemperato calore, non autem mordenti & acriore ipsum vellicando suscitent ad excretionem? De his autem postea. Cæterùm tanti momenti esse

initio lib. περὶ ἀρχῶν

epist. 18. lib. 16. ad famil.

(καλὸν δὲ ὕπνος, nunc dixit Hippocrates, ἀμείνων ἄφροδισιάζειν) nouerat in vniuersum M. Tullius facilem seruari aluum, ad sanitatem, (id quod & rei & dictionum affinitas in memoriam nobis reduxit) vt quum indulgendum esse valetudini seruiendúmque hortaretur ille suum Tironem, ita sit cum ipso loquutus: Ea quid postulet, non ignoras, πῖνε, ἀσιτίαν, ἀλείματα σύμμετρα, πέψιν, ὑπνώσεις καλὰς: his verbis facilitatem alui commendans. Quo quidem loco vt eadem opera istud quoque perstringamus, nulli prorsus interpretum nobis visi sunt mentem Ciceronis consequuti, (& hoc quoque obiter eodem modo, quando etiam decet Medicum) dum ἄφροδισιάζειν alij quotquot omnes, interpretantur aliter. Porrò ea humorum dissipatio est dissolutióque, quam leuis & iucunda exercitatio in aeris libertate procurat. Vbi videlicet qui nuper ægrotabat, iam affecto aut etiam penè confecto morbo, sese ab opaco confert in apricum, valetudinis gratia confirmandæ. Dum liberiore puriorétque perfrui aëre Galli concupiscunt in eum finem, hac vtuntur formula loquendi, ire ad capiendum aërem. Imò (quod fauet nostræ sententiæ) sibi multò amabilius fore significabat M. Tullius eadem epistola, si, quum eius gratia commigrant Tiro in Tusculanum, Tusculanum etiam ipsi profuisse intellexerint.

SENTENTIA DECIMA.

At suffire bonũ est semper ante menstruas *purgationes, priore quidem loco suffitu ex fœniculo; deinde ex aromatis.*

Προπυελεῖν δὲ τοὺς τῶν καθαρσίων ἀεὶ, πρότερον μὲν τῇ πυέλῃ τῇ ἐκ τοῦ μαράθου, ἔπειτα τῇ ἐκ τῶν θυμιαμάτων.

Suffitiones autem suppositionésque oportet perfici ita consultò, vt rite & decẽter omnia administrentur quo tempore menstrua ferè solent effundi.

Τὰς δ' πυέλους ποιεῖσθαι καὶ τὰς προσθήσεις τεκμηριόμενος ὅκως ἄριστα πεποίηται, καὶ κατ' ὄψιν ἔσεσθαι ὁ τῷ χρόνῳ τὰ ἐπιμήνια εἴη.

Ergo si pura sint & eiuscemodi esse appareant, & verè sanguinea; tum accedat ad virum ineunte menstrua purgatione.

Ην μὲν οὖν καθαρά τε καὶ ἀκραιφνέα, καὶ ἔναιμα φήνηται, οὕτως ἴτω πρὸς τὸν ἄνδρα ἐν ἀρχομένοισιν ἐπιμηνίοισιν.

Optimum tamen fuerit hac ipsa *desinente, & adhuc tamen profluente potiùs quàm penitus cessante.*

Ἄριστον δὲ ἐν ἀπολείποντι, καὶ ἔτι ἰόντων μᾶλλον ἢ ἀφαιρέων.

Cùm autem cũ viro rem mulier habere volet, in suffitũ usurpet aliqd ex adstringentibus quæ in eam rem solent adhiberi.

Οτὲν δὲ μέλλῃ ἴέναι πρὸς τὸν ἄνδρα, προθυμάσθω τι τῶν προθυμάτων τῶν στυπτικῶν.

Fumigetur inquam *per operculum velut ollæ & arundinem, pharmacum aspergendo cineri calenti.*

Θυμάσθω δὲ διὰ τῆς κεπίης καὶ τῆς καλάμου, ἐπὶ πυρὶ θερμῷ ἐπιπάσασα τὸ φάρμακον.

Dum autem inspergit, circumponere etiam operculum & calamum, eámque suffici oportet *sedentem.*

Οτὲν δὲ ἐπιπάσῃ, καὶ τὸ κέπιον περιθῆναι, καὶ τὸν κάλαμον, καθεζομένην πυεῖσθαι.

Atq; cùm ipsam fumigari necesse erit, vtatur plumbo, vt ad nutum *patefacto* calami *osculo fumigari* faciliùs *queat.*

Οκόταν δὲ δέῃ αὐτὴν θυμᾶσθαι, τῷ μολυβδίῳ χρῆσθαι, ὡς αἰεωγμένῳ τοῦ κάλαμου θυμᾶσθαι.

Inde vbi surrexerit, in lectulo rursus plumbum indatur.

Εἶτα ὅταν ἀίσσῃ, πάλιν ἐν τῇ κλίνῃ περιθέσθω τὸ μολύβδιον.

Quo postea etiam subtracto, cum viro concumbat.

Εἶτα ὑφελομένη τοῦτο καῦτα ξυνευναζέσθω τῷ ἀνδρί.

Quòd si quæ à viro immittuntur, mulieri non appareant; extentis cruribus & decussatim positis, ipsa quiescat.

Καὶ ἢν τὰ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς μὴ δῆλά οἱ ᾖ, ἐκτείνασα τὰ σκέλεα καὶ ἐπαλλάξασα, ἡρεμείτω.

Natio

Νηστεύειν δὲ ὄφελος ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρῃ, πλὴν κυκεῶνα, ὃν ἐθέλῃ, αἴδητον ἐφ' ὕδατι.

Τοῦτο δὲ ποιέειν ὅτε, ὁκόταν μέλλῃ θυμιᾶσθαι.

Ἢν δὲ ξυγγενομένῳ τις ἀνδρὶ καθαρῇ τῇ ὑστέρῃ τὸν γόνον, καὶ μὴ ἐς τὸν ἕτερον ἀπίοι ἡμέρην, σίλφιον μὲν εἴργεσθαι καὶ λουτρόν· πίνειν δὲ λίφτον ἐν ὕδατι ἄνθητον καὶ δὶς καὶ τρὶς τῆς ἡμέρης.

Αὕτη δὲ ἡ δίαιτα ἕως ἡμέρας ἓξ· ἄμεινον δὲ ἑπτά.

Ἢν δὲ μὴ ἀπίῃ τὸ τοῦ ἀνδρὸς ὅταν ξυλλάμπῃ, λυέτω πάντα τὸν χρόνον, καὶ ἀκινήτην διατιθέτω.

Ἢν δὲ βούληται περιπατῆν, περιπατείτω ἐν ὁμαλῷ χωρίῳ καὶ λείῳ, περάσαντες δὲ μηδαμῶς, μηδὲ κατάντες.

Καθέζεσθαι δὲ ὅπως μαλακὴ, ὡς ξυλλάβῃ· τὸν δὲ ἄλλον δίαιταν τὸν αὐτὸν ποιέεσθαι μέχρις ἡμερέων τεσσεράκοντα.

Ἀλουτέτω δὲ, ἢν καὶ ὅτε δέῃ λοῦσθαι, ὀλίγῳ καὶ μὴ λίαν θερμῷ· τὸν δὲ κεφαλὸν μὴ βρεχέτω.

Σίτοισι δὲ χρεέσθω καὶ ἄρτοισι καὶ μάζῃ, ὡς γε βούληται· κρεῶν δὲ φάσσῃ καὶ τοῖσι περιπλησίοισι· θαλασσίων δὲ ὀκόσα χιλίῳ ἴσησιν.

Εἴργεσθαι δὲ λαχάνων ἀγριέων.

Οἴνῳ δὲ μέλανι χρείσθω, κρέασι δὲ ὀπτοῖσι μᾶλλον ἢ ἑφθοῖσι, καὶ τῶν ἡμερέων καὶ τῶν θηρείων.

Καὶ ταῦτα μὲν, ὡς ξυλλάβῃ, ὅτως χρὴ ποιέειν.

Ἢν δὲ γε μὴ ξυλλάβῃ, ἀλλ' οἴηται δευτεραίαν ἢ τεταίαν ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ῥεύματα πάμπολλα ὑγρασίης, δῆλον ὅτι ὑγρότεραί εἰσιν αἱ ὑστέραι.

Θεραπεύειν οὖν χρὴ κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον, μέχρις αὖ ξηραὶ γένωνται.

12 *Perutile autem est eo ipso die à cibis abstinere, nisi capere cyceonem fatuum ex aqua velit.*

13 *Quæ quidem obseruanda tunc sunt, cùm debet suffumigari.*

14 *Sin autem post congressum quod est è viro semen mulier utero continuerit, neque postridie ipsum effluat, arceri ipsam oportebit à cibo & balneo; satis autem fuerit polentam eo die bis etiámque ter ebibere, sed sine sale.*

15 *Porrò sit hæc victus ratio sex dierum: profuerit quidem magis, si etiam septem.*

16 *Si* inquam *à congressu non effluat quod est è viro semen, illota maneat toto hoc tẽpore, & se quieti dedat studiosissimè.*

17 *Quòd si deambulandi desiderio fortè tentetur, in plano & adæquato solo, nunquã in accliui aut decliui loco deambulet.*

18 *Præterea sedere eam molliter oportet, si conceperit: ac reliquam victus rationem eodem modo seruare per triginta dies.*

19 *A balneo iterum* inquam *abstineat: aut si quando lotione opus esse videbitur, modica aqua laueiur, eáque non valde calente: caput verò ne irriget.*

20 *Cibísque vtatur pane & maza, si ita velit: ex carnibus, palumbo, & alijs id genus: marinis autem quæ aluum sistant.*

21 *Prohibeatur autem ab olerum vsu acriorum.*

22 *Vino autem vtatur nigro & carnibus assis potiùs quàm elixis, cùm cicuribus tum ferinis.*

23 *Atque hæc quidem, si conceperit, sic peragenda erunt.*

24 *Si autem non concipiat, sed secundo à concubitu aut tertio die quæ sunt à viro magna humoris copia diffluant; manifestum iam est quòd vterus nimio redundat humore.*

25 *Instituenda ergo tum curatio erit ad eum quem diximus modum, donec ipse siccior euaserit.*

EXPLICATIO.

VT muliebris partis concipere, qui huius loci est scopus, proprium est & peculiare; ita corporis totius esse, quod est conceptum, fouere & enutrire, nouerat Hipp. nisi fortè eueniat vt alimẽto idipsum quidem defrauder. Quæ causa sanè fuit cur iure quidem non illius solius partis, sed & totius valetudini incumbendum pariter Medico, haud ita pridẽ idem ipse summa industria præcipiebat. Hoc præstitit autem præscripta paulum antè ex arte purgatio. Nunc contrà vtriq; suffitus cumminuiter prodest, vel hoc iudice etiam Hippocrate. Vide aph. 59. lib. 5. & illi consentaneum quendam locum lib. 2. de mulierbtibus. Itaq; hoc loco (περιθειῶ δὲ καὶ τὸ καθαρσίων εἶναι) suffire oportebit tum sempet ante menstruas purgationes. Quasi huiusmodi mens sit Hippocratis, vt quotiescunque Medicus attentè voleт de menstruorum notis suum iudicium interponere, an ista nimirum defierint, vt antea fuit in hypothesi, pituita redundare; attendat ac studeat (inquam) ipse perspectis omnibus quæ pro iudicio Hipp. & imperio sunt antè descripta, periodicum cursum menstruorum fouendo semper anteuertere; hoc est, suos Medicus semper adhibeat fotus quando menstrualis instabit expurgatio. Hic enim quod est dictum ab eo, καὶ τὸ καθαρσίων εἶναι, vt suimetipsius est interpres animi, nobiscum proximè ita colloquetur; quò conuenienter omnia tum scilicet adhibeantur, ὡς ἂν χρόνῳ τὰ ἐπιμήνια ἴῃ, quo ferè solent tempore menstrua profundi. Quodnam enim humana mens queat excogitare vnquam commodius, quàm quum opem natura ferat & menstruorum indicium edat, ostendat ac patefaciat noras eorum? Dicatus est autem ea fœniculis (περίπυρα) ptiot suffitus aut fotus quidem vtero potissimùm; ac ferè gratia cõsequentis, qui mox instituetur ea ἀπὸ συμμιγῶν; quæ & aromata sunt Galeno in exegesi dictionum Hipp. quæque longè vehementiùs agũt quàm superiora. Non enim per ὀπὸ μαράθρου ferulaceas herbas & quæ vmbellam ferunt, pro aliorum sententia, hunc locum voluimus exponere. Huius essent ordinis vmbellæ fœniculi, dauci, anisi, anethi & consimilium; ea quibus comparati posset decoctum in rem præsentem. Quod non potest non esse quidem vtile, ideóque & hoc in loco verisimile. At hîc nostra sententia domesticum intellexit itémque syluestre fœniculum Hippocrates, quod præ magnitudine ὑπερμέγεθες Græci dixerunt, cuius & radix & semen potentiùs agat longè quàm domestici. Horum vis autem quum sit imbecillior quàm reliquorum, viam ptius munire debent illa quidem, & itet parare posteriotibus, quæ ex aromatis, interprete Galeno in exegesi sua, solent suscitari. Eadem quippe sunt συμμίγματα quæ κρίσιμα, vt suprà annotauimus ex eo. Portrò autem si horum vsu σύμπαντος μοῦσος ἐμμυκωμένης ἀνεχάνεν, conclusum aut conniuens vteri osculum dehiscit & hiatulum redditur, lib. de superfœtatione apud Hippocratem; quidni eadem ratione etiam omnino, quæ ad vterum vasa pertingunt, relaxata dilatabuntur? Legite (si molestum non erit) comm. Galeni ad aph. 28. & 59. lib. 5. Vbi hæc dictio συμπα, τῆς ὕλης ἀφανιζούσης τὰς τῶν συμπάντων πρασίας, hoc est, quæ visa sunt aptissima ad sumigandum, satis apertè declarat. Thus (ait) myrrha & styrax, aliàque huius generis sunt, quum caloris vi & gratia valeant & suauitate odoris. Subiunait etiámque eodem loco: Namque ab ũsce solis qualitas in corpus vniuersum diffunditur. Vt quibus in mulieribus neqneat aromatum vis quoquouersum penetrare, durum iis potet esse corpus vteri densumque; atque eam ob causam ὑπὸ ἀπτόδου ὡς τοῦ συνόλου ἔθ), ineptum esse ad conceptionem, quemadmodum ipse pluribus espositit eodem commentatio. Cæterùm nos minùs præterit in lexico Galeni περίπυρα (cum Cornelio Celso dicere possumus assas desudationes) significare ὅσα ἄχυρα κύκλασας, ἢ σύμμιγμα ἔχοντα ὑπὸ στυπείας ἀνθρ, quæ ex silicibus & marinis lapidibus igne candentibus suscitantur, aut ignitis recrementis ferri. Hæc enim aut similia quædam in vaporatium solebant deportari, vt quibusdam moris est adhuc, ad eliciendum sudores. Qui modus est alius desudationis quàm qui vulgò erat in balneis. Videndum tamen est quid, quótque modis in Hippocratea doctrina περιθειῶ, fumigare, iuuet ad conceptionem. Quo namque tempore perficiendum id sit, ipsius eiusdem oratione satis iam omnibus reddetur manifestum. Istud ergo verbum quum ὑπὸ πυρὸς dictum puretur, igneam vim efferri aromatum, & penetrare in omne corpus, est nunc intelligendum. Cuius quodnam sit munus, repetendum, si placet, erit ex commentario Galeni ad aph. 28. lib. 5. Sed siue fotus ex decocto fœniculorum, siue siccior postea suffitus id præstet; is tum sanè modus omnino tenendus erit, quemadmodũ περίπυρα & ἔτερα demonsttant, vt ptiori loco fotus adhibeatur; deinde vsurpetur fussitus, qui longè est eo quidem siccior. Sic est enim explicatum nuper. Duobus namque tot modis περιθειῶ fumigare consueuerunt veteres etiam nunc authore Hippocrate. Si summo attamen illud vtrumque artificio non solùm inter se conferatur, sed ad vsum etiam trahatur; is tum (ἢν πρόσω ἴῃ) seruetur ordo, vt vtrumque perpetuò fiat (ὡς ἂν χρόνῳ τὰ ἐπιμήνια ἴῃ) tempore modò designato ab hoc authore. Quorsum verò hæc? Vt (ἵνα μὲν ἦν καθαρὸν καὶ ἀκήρατον) si sanguis menstruus hac arte purus & integer, hoc est emendatus superiori arte Hippocratea, tunc tibi apparebit; qui colore nimirum cruorem referat victimæ recèns mactatæ, vt verè sit & videatur (hoc enim sonat dictio ἀκήρατον) omni carere vitio scilicet à pituitæ & bilis perfusione, maxima ex parte vindicatus; sic bene mulier affecta (inquam) ad virum accedat, quò facilius sic nimirum ex compressu grauida fiat. Ad hunc locum possunt referri quæ per galbanum ad os vteri appositum experimenta fiunt fœcunditatis lib. de superfœtatione, & quæ per allium & netopum, aliàq; id genus, lib. de muliebri natura. Alia quoq; aliis aliquãtò fortè verisimilior erit hæc de iis purgationibus interpretatio. Vt nimirum sicut antea proximè verbum καθαίρειν tributum pessariis fuit, quæ expurgandi vteтum vi pollent: ita nunc quoque (καθαρσίων ἀπ') eiusmodi purgationes intelligantur, quæ ex accõmodata pessorũ appositione sequi cõsueuerũt. Ne quis id isthic scilicet opinetur præstari oportere per hystericas potiones, quæ suã omnẽ operã vtero dicãt duce Natura. Vulgò sic sanè vterus se habet vt

pulmo,

Dioscoride authore cap. 67. & 68. lib. 3.

sententia 9. huius clim. 2.

pulmo,quamuis ratione diuersa. Assolet hic oempe tãtummodo per ἀναλάβειν exonerati,quemadmodum alter ille onus suom propulsat per ὑπαλλαγὴν longè breuiori via. Duræ ceruicis is censeatur in hac explicatione secunda,qui viscidox & leotos humores,quo tum vterus omuis interior & eius cauum obducitur vt in hypothesi, post vniuersalem purgationem à Medico susceptam, æstimarit solùm educi posse epoto medicameoto. Non hic igitur quisquam καθάρσιον, vt oec ὑπὸ τῆς καθαρσίου putet scriptum verisimiliter de catharticis propinandis; etsi sanè (vti mox proponetur) antè tum & ex arte quidem præcedere debeat purgatio vniuersalis. Siue etenim alteruter suffitus quandoque fiat, siue hæc tempestiuè per pessum purgatio instituatur; quis non iudicet vtrumque per inferiora esse vsurpandum? Hoc pacto oamque viribus integris ac sine illarum detrimeoto vllo, remedia prodesse possunt: & qui etiam introrsum obductus est humor vtero, vtobiqne semper suffitu tenuatus, succisus. dilutúsque, poterit pesso ex arte instituto & indito elici,educíque, etiamque expurgari. Etgo per pessaria purgationes singulas nunc singuli suffitus præcedent. Est hoc enim quod hæc repetita toties apud authorem verba sonant, πρὸ δὲ μείζος πάντων καὶ πρὸ ἀρχῆσιος, παραμένους ὅκως ἂν τὰ πάντα πεπύηται. Sed quum καὶ ὧν πρόσθεν ἔσκε dixit,quemnam modum voluit Hippocrates intelligi? Pro ratione quidem vetterunt nonnulli: alij,vt coouenienter naturæ omnia adhibeantur,censuetunt. A quibus si dissideamus,id fit sanè dum auctoris mentem consectamur. Ad præootatum namqne ab hoc authore modum referri & hunc quidem oportere existimamus, quo complicatum linteum præteodi pudeodis antea iussit muliebribus ad excipiendum menstrua profluentia; vt ex colore eorum dato & captato indicio, decetni tutò statuíque posset de specie purgationis. Expugnandis enim morbotum causis, vt & impedimentis omnibus diripiendis, quidoi remedia connenienter adhibeantur? Sic verò vbi comparata cuique νίκμησις erit, summo tum demum cum iudicio & recto fiet medicina per purgationem. Non hîc enim,vt mẽstrua cieantur,suscipitur quidem curatio: sed vt quæ funduntur,emendari scitè queant atte Medica, hoc est Hippocratea. Quum siquidem quæ hoc capite traduotur ab auctote,referri ea quæque oporteat ad fœcunditatem, ac in mulieribus etiam tempestiuè menstrualibus vsurpari. An huic dissentanea sit sententia Hippocratis 36.lib.5.& quæ sunt in commentario Galeni, videritis. Studium etgo & scopus authoris est, menstrua quæ vitio alienæ materiæ deprauata sunt, emendare; quippe cùm inepta superiùs posita sint ad coocepriooem. Periculum verò sic igitur iterum fiat fœcunditatis, & modo antè præscripto ab Hippocrate. Vode adiunxit Hippocratex, ἢν μὲν οὖν καθαρὴ ᾖ καὶ ἀκραιφνίη, hoc est si vniuersa quæ Hippocrates præcepit, ru ipse obseruans diligenter fueris executus; erit explorandum etiam deinde sedulitate matote perpeodendúmque,scilicet quantopere profeceris vsu superiorum. Noo hic enim dissimiliter quàm suprà,ad iudiciũ oculox Medico nuoc adhibeodos consuluit Hippocrates,quo discernat quantum sit consequntus expectatæ rei. Vt quum quæ alterius permixtione contaminata erant menstrua apparenter ex hyporbesi superiore,nune remediotum coottrà ope, etiam suo fluxionis tempore καθαρὰ, pura integráque esse putentur; ooo id quidem adhuc saris esse queat ad cooceptionem: sed ad certiorem pleniorémque fidem ἀκραιφνίη Hippocrates esse desideret, hoc est ἀκραιφνέστερα. Vt oporteat hæc non solum esse eiusmodi,sed & apparere. Menstrua nimirum superiùs in hypothesi bile aut pituita reduodabant. Ab iisce deterſa ounc satis si videbuntur prædicto modo ab Hippocrate, (καὶ ἔναιμα ᾖσσητε) vt etiam sanguinem referãt victimæ recèns mactatæ,quæ omnis & iocorrupta & integra eligebatur; (sed de hac menstruorum cooditione statutum priùs est ab Hippocrate) iam nunc sic affecta mulier audeat profiteri se oon tantummodo ab excrementis mundam lautámque & elegantem esse,sed vt ad cõgressum, sic & ad excipiendum semen concipieodúmque paratissimam. Idcóque (ἵνα κεῖθι πὸν ἄνδρα) ounc meritò iuber Hippocrates,vt ad complexum viri mulier accingat sese,& cum eo rem quidem habeat. Ex impedimentis enim quæ antè descripta suot, præsidiis coouenientibus deletum id esse confidit quod erat nupet in hypothesi; eodémque hoc pacto solum id euasisse fetax atque fœcundum. His artibus si fons priore loco ooo exhauriatur, hoc est corpus vniuersum, adeò vt sinus muliebris & vterus, tanquam quidam riouluxe xarescens de se nil remittat,& minùs (quod dicit ipse) motem getat; pessariis quæ non mordeant,vtendum erit. Sed de his suprà, & in consequentibus ampliſſimè. Vtendum quoque erit & effumatiooe duplicis quidem oaturę,ac rum maximè,quaodo imperatum fuit ab Hippocrate. Quòd si fortè melioribus naturæ & artis rebus esse laudabilis cooditionis menstrua comparebunt, vt pannos prætensos pudendis modo scilicet Hippocrateo,effluentia menstrua cruentent; iam, quæ quasi rristis antè terra fuit,nnnc fœcunda fructuosaque mulier tepuratur. Ideóque sic affecta ἵνα κεῖθι πὸν ἄνδρα, adeat virum confidenter. Vsque verò adhue manifestum qnidem est,quo quidque ordine geri debeat in hypothesi; quid nimirum prius, quid item posteriux vsurpandum sit totet periodos menstruas. Quo exacto ferè remporis interiecto spatio,vbi tandem ventum erit ad articulum,eámque metam,vt (ἐν ᾗ χειμάνοιτ) menstrua esse videantur in propinquo,& propemodum ferantur foras; an ipsis tum inuentibus,quúmque primùm illa excludi cœperint,iure quæratur,sit oe tunc Veneti aliqnis locus ad conceptionem: an verò dum ipsa iam impetu quodam feruntur; aut potiùs quum desieruot penitus. Tria hæc enim tempora lectori propiùs aduertenti ad verba Hippocratis & animaduertenti, in oratione norantur ab hoc eodem authore. Ex quibus iisce si quoddam hic eligendum erit ad Venereos complexus gratia cooceptionis, (præsens est hic enim scopus Hippocratix) quum fluxio menstruorum,quia & omnis quidem motio,tempore finiatur & distinguatur partium varietate temporis; quæstio existit (inquam) hoc loco,An (χειμάνοιτ) sit eorum principio congredieodum. Nos planè enim dissentimus ab iis qui ἐν in μὴ particulam negantem commutant, quique præcipiunt esse legendum μὴ χειμάνοιτ, sic mulieribus coogressum perperam denegantes inchoantibus menstruis. Nimirum oe quum primùm illa quidem excludi cœperint,quod est è viro semen nimia tum materiæ menstrualis copia extinguatur. Etenim idipsum

cap. 10. Lib. de facultat. nat. Gal.

est, quod illi, & iustè quidem, incusant ex præcitato commentario Galeni. Quòd si Veneris vsum concedant medio mẽstruorum cursu, hoc est fortasse in eorum impetu; tunc etiam potiùs semen obrutum iri quàm aliàs, fit multo magis verisimile, eodem quoque commentario apud Galenum. Simpliciter hac de re interrogatus olim Aristoteles, per collectionem fatus ita quidem est: φύσει μὲν οὖν ἡ σύνοψις γίνεται μετὰ τὴν τούτων ἀπαλλαγὴν τοῖς γυναιξὶ, tatus conceptionem mulieribus euenire vulgo natura duce, postquam menstrua substiterunt. Vide Arist. ad finem cap. 19. lib. 1. de generat. anim. In quem locum hinc multa ipse transtulit, quemadmodum facilè poterit vnusquisque meritò suspicari. Post eum longè latiùs Galeni responsio diffunditur, quando loquutus is est in vniuersum. Suam verò sentẽtiam hac potiori ratione initio statim dicendi confirmauit eodem loco, quòd vasorum vteri quæ intra ipsum serũtur, hoc est per quæ mulieribus menstrua expurgantur, oscula (bellè quidem, si addidisset *mediocriter*) pateſcunt, ὅταν ἡ γυνὴ συλλήψεσθαι μέλλῃ, quando conceptura est. Accidit hoc autem quando incipit, vt & quãdo desinit effusio mẽstruorum, & reliqua quæ eodem loco scripta sunt, eáque saltem verisimilia omnia. Quæ volentes quidem prætermittimus, quando minùs ad tem pertinere nobis videantur. Est namque nunc alia mens & scopus Hippocratis. Atque an hic locus incautos deluserit lectores nec ne, iis iudicatu non erit arduum, qui animũ ad Hippocrateæ orationis progressum intendent. Quòd si nonnullis hinc suam hac de re sententiam banisse aliàs Galenus libello de dissectione vteri videbitur: bene, an quidem secus; ipse lector viderit. Sed nostro quidem iudicio quod nunc est positum in quæstione, ex hypothesi scriptum quidem opinamur, non autem simpliciter, nec in vniuersum. Siquidem quum statuisset Hippocrates non ita pridem, omne κακὸν quod inerat vitium in menstruis deleri omnino oportere, causásque perplures & quidem varias recensuisset, quæ κωλύουσι καμβαίνειν ὑὸ γαστρὶ, impedimento essent concipiendo semini; eas quoque eodem pacto radicitus esse enellendas præcepit. Quam orationem manifestè postea illustrauit, de pituitosis exemplo proposito. Quarum vt proximè antea meminerat, ita & earum affectiones plurimas enumerauit cum symptomatis, imò etiam remedia ac varias has curationis formas præscripsit, effumationem, vomitionem, alui facilitatem & lenem eius solutionem, tenuem diætam, excitationem, siccantiáque edulia, porionem parciorem & meraciorem. Denique quòd in hypothesi iis ora multo humore diffluerent & largiore saliua glutinosáque, conseruãdam esse libertatem alui is quoque meritò iussit. Quibus remediis & artibus si morem non gerat nec cedat omne quod ineſt vitium in mẽstruis, conuerteret studium Medici opportunè ad propriam peculiaremq; muliebris partis curationem. Hæc verò perficietur, vt ampliùs expositum priùs fuit, prosthetis quæ morsu careant, & duplicis generis dicta fumigatione; iis etiam conditionibus & cautionibus adhibitis quæ sunt in oratione, ac præsertim instante menstruorum cursu. Quo deinde tempore si ex propendentibus linteolis menstrua fortè comparebunt landabilia colore, turò vt rem habeat mulier sic affecta cum viro, ipse præcepit. His positis nónne iam omnibus esse perspectum potest, quòd non simpliciter, sed tantùm ex hypothesi hæc scripta nunc esse meritò dicuntur ab Hippocrate? At iam, si molestum non est, hypothesin præsentem aperiamus ex sententia authoris. Quum autem, vt in omni motione solent Naturales, in proposito curriculo principij & finis nunc ipse meminerit Hippocrates; curnam interiectum eiusdem spatium, hic (quærimus) prætermisit? An quia ἡ διώκησις μόνον ἐν τῇ μήτρᾳ τὸ σῶμα, ὑπολυόμενον τῷ πολλῷ τῶν ὑγρῶν ῥεύματος, illabentis copiosi sanguinis affluxu coniectum semen eluitur, ideóque sedem firmam illud non habet in vtero nec moram vllam: cæteris contrà temporibus nec multus nec confertim sanguis illabitur? Quod etsi Galeno veritati consentire videatur in vniuersum: λέγει δὲ ἐν κωλύσεσι, cum muliere tutiùs agetur nunc tamen Hippocrate authore ad cõceptionem, si congressus fiat desinẽtibus menstruis; quum siquidem par tum metus non sit ab impetu & oppressione sanguinis, vt aliàs, profluentis. Quod quidem κωλύσεσι ita terminauit Hippocrates, vt (ἕως ἂν παύσωσι ἑωυτὰ ἀφανίσαι) velit & exoptet tum adhuc potiùs aliquid menstruorum profundi, quàm ita dispatuisse, vt desietint penitus. Etsi enim nonnullis κατ' ὀλίγον, τοῖς δὲ αὐτίκα καθαροὶ γίνονται, paulatim menstrua purgatio fiat, aliis autem simul atque confectim: quum eodem authore eodem quoque loco (καὶ γεγόνασιν ἵνα ὅταν συλλαμβάνωσι, ὅταν δ' ἐν συλλαμβάνωσιν) quædam etiam dum menstrua funduntur adhuc, concipiant, nec omnino postea possint, locum præsentem de mulieribus pituitosis conscriptum ab Hippocrate, audebo equidem suspicari Aristotelem perlegisse & transtulisse, vt pleraque omnia pro more dissimulanter. Instè hanc nobis suspicionẽ etiámque fidem augebunt ἵνα & συλλαμβάνωσι dictiones translatæ (inquam) ab hoc loco, in quo de destruẽda sterilitate & asserenda è contrario fertilitate per conceptionem ex instituto differitur ab Hippocrate. Atque quum enuntiarit hunc locum Aristoteles, ab Hippocrate dissentiens, de omnibus in vniuersum; verè tamen subiunxit ipse, tanquam callidus imitator illius, ὅσαις μὲν οὖν μετὰ τῶν καθάρσεων αἱ ὑστέραι συμμύουσι, quibus nimirum vteri acetabula statim conniuent à purgatione menstruali. Eloqui verò ista tum debuerat (nostra quidem sententia) Aristoteles tantummodo de pituitosis, de quibus solis nunc primùm agit Hippocrates ex hypothesi; quum siquidem his admodum facilè cotyledones pet aphor. 45. lib. 5. mucore oppleantur. Per mucorem enim quidni cum Galeno lib. 15. de vsu partium & cap. 5. lib. 6. de locis affect. pituitosum bumorem intelligamus, qui suo lentore vasorum obstruens ora, faciat & obstet, quò minùs conecto in vterum semini mixtóque simul, vlla intercedat communicatio ac societas cum spiritu & calore corporis totius, quibuscum sida esse debet consociatio & communitas quædam vitæ ad conceptionem? Id loquitur aphor. 59. lib. 5. In quo (παρέσθω οὖν δηλαδὴ ἡ ὀσμὴ ἥδε τῷ σώματι, &c.) odor transmittitur per transuersum corpus in nares, vt indicium habilitatis ad conceptionem. Huius porrò vim causæ multi hactenus non agnouerunt interpretes. Quæ si argumenta satis esse non videbuntur ad euertendam illorum sententiam, vt addubitet nunc etiam aliquis, num nostra illa superior expositio Hippocratææ menti consentiat; magnam hîc obseruet (rogamus) industriam Hippocratis, qua causam

euellere

cap. 11. lib. 1. de histor. animal.

cap. 10.

Gal. lib. de sectione vteri.

Arist. cap. 2. lib. 7. de histor. animal.

euellere tentauit sterilitatis. Pituita verò fuit ex hypothesi superiore. Iunctum est antedictis hac ratione quod sequitur apud Hippocratem continuatúmque, ὅπως δὲ μέλλῃ εἶναι πρὸς τὸν ἄνδρα, ὑποθυμιάσθω κ τ λ, &c. quo monet aut iubet potiùs ipse, vt quoties mulier ad congressum se parat & est rem habitura cum viro, vt in hypothesi, suffimentum aliquod ipsa tum excipiat ex adstringentibus. Quonam autem id modo? Nónne adstringentium vapor viam sibi ad pcuitiora præcludit, quibuscum uou ita pridem societas pernecessaria ponebatur ad conceptionem? Verè quidem hæc modò Hippocrates. Sed quum suam omnem operam antea vt Medicus dedisset valetudini totius corporis, omne scilicet vitiũ quod in menstruo sanguine positum conceptionem præpediebat, excutiendo; nec præsidiis vllis attameu videretur restituta fœcunditas ex hypothesi, vt nou sic quidem exhauriretur vterus, nec morem gereret siccanti antè dixtæ, nec voto respondereret: studium illud deinde suum totũ Hippocrates iusta de causa ad ipsius partis exiccationem conuertit collocauítque: quasi de potestate sua, viribus & temperie vterus decessisset. Hunc verò eundem tempestiuè etiam modò confirmat leuiori adstringentium vsu: hac arte fore ratus vt redderetur vterus habitior aptiórque ad conceptionem.

Θυμιάσθω δὲ διὰ τοῦ κανόνος, *fumigetur autem per operculum*] Pendent quæ præcesserunt hactenus omnia ex officio & imperio Medicorum. Etiámque quis sit fumigandi modus, præscribitur nũc ab authore. Sed quæ esse debeant mulieris partes non concipientis & ministratum, qualia etiam esse tum debeant extenora, iam nunc audiendum est ab Hippocrate. Per mediũ ergo tanquam ollæ operculum aut tegumentum cõsimile aliquod circumpositum, & per appositum quoque calamum fiat suffitus. Inprimis ex hypothesi affinge, si voles, mortariolum aut quoduis esse aliud è genere vasorum quo cinis contineatur aut puluisculus alius concalescens aliquis. ἀνθρὰξ θυμιάσθω attamen dixit significanter, ne carbo candens in hanc rem vsurparetur, qui caloris exuperantia lęderet, quemadmodum aliàs ampliùs explicatum fuit ab eo. In istum cinerem vult (ὑποθυμιᾶσθαι) suffimentum sispergi, quod hoc loco pharmacum appellauit. Cineri operculum efficitum arte (κανὼν Græci nuncupabant) perrusum perforatúmque iussit (τρυπήσας) aptatum circomponi, vt per superadditam ei arundinem efferri fumus queat in ostiolum vteri & altiùs aliquantò peruenire. Deinde & καθεζόμενον ὑποθυμιᾶσθαι, sedérem suffiri, non solùm vt sic quiesceret, sed quò disiuncta illius à sese loogiùs manerent crura in propositum scopum, vt est iudicatu facile. Æquè verò cuique perspicuum uon est, cur tunc mulieri erit vtendum plumbo. Confractæ clauiculæ plumbum opottere superligari, quia est prægrane, scriptum reliquit Hippocrates libro de articulis. Glandem couformauit ipse etiam ex plumbo & indi voluit in vlceris labra fistulosi, ne coalescat, libello de fistulis. Nõ hîc omuia vsque adeò necessaria sunt, vt generis alterius & materiei organa confingi efformarique in eundem scopum nequeant, sicut ex aoro, argento, corno, corio, & multiplici sindone aut liuteolo: sed recta cum ratioue effictum iri commodiora visum est è plumbo iu modom fistulæ. Præterquam quòd namque id ductile est in omnem partem, in eo uil asperum iuest, nihil inæquale; neque quod rodat, nec lædat alio pacto vllo. Cæterùm hîc nou χεῖσθαι, sed χεῖσθαι legendum videri queat, quum ei dictio altera quæ statim sequitur, respondeat ἀφεῖσθαι, *admoueat*. Quanquam sic tamen possit retineri. *Lib. de mulieb. nat.*

Ὅπως αἰνιγμὸν τῇ σύριγγι, *vt patefacto osculo*] Finis cuius gratia calamos effingi voluit Hippocrates, hîc apertè exponitur: sed cur potiùs illos è plumbo, nondum satis manifestum: vt nec cur, cùm mulier à suffitu surrexit & iam in lecto iacet, (ἐν τῇ κλίνῃ καθεζόμενον τὸ μολύβδου) ibi etiam tursus ei eandem fistulam voluit immitti in pudendum. Sed perspicuum id erit abunde omni homini, cui de adstrictionis euentu oris vteri per adstringẽtia suffimẽta, suspicio quædam in animo insidebit. Quemadmodum enim nuper mulieri cubitum irutæ ex re adstringente fussitus ciebatur ob dictam causam: ita iam decumbenri, fistulam eidem ad coucubitum paratissimæ immittit aliqoantisper, nempe vt ad excipiendum concubitus organum atque præsertim eius extremum, tandémque & cnncipiendum semen, aliquantulùm vterus ipse dehiscat. Hac tatione quidem statim adiunxit in oratione eodem loco, ὅπως ὑφῆκεν πλατυσθῆναι ξυνευναζόμενον τῇ αἰδοῖ, inhortans auferri fistulam oportere, vt rem haberet cum viro, gratia conceptionis. Hæc enim est quæ hoc quidem loco quæritur, & quæ hîc quærendo prædicta arte Hippocratis, eius summa & admirabili industria, quantumuis ipsa delitescat, possit in posterum tamen tutò inuestigari. Ex his verò quidque debet geri ex ordine, & summo cum iudicio & sedulitate quodque eorum vsurpari. Quæ priùs deoegata fuit ergo omnis concipiendi potestas, sperabilis omnino & parabilis est, si cõceptionis impedimenta perspecta erunt ei nempe, qui & educatus fuerit in scriptis veterum, & excultus arte & edolatus lectione huios authoris. Quæ res hæc sacra (credite) & Hippocratea nou lippis uec tonsoribus nota esse potest; uec sub tudiorem Chirurgorum sensum, oec in perpusillam pharmacopœorum mentem & captum cadere. Ex vtrisque illis attamen quidam temerarij nimiùm & audaces, sæpenumero veteratoriè nimis, quia impudentissimè, mulierculis iisque maximè credulis & constituto precio maiori pollicentur sertilitatem. Sed faciat eos vtinam vetustas prudentiores. Cæterùm perperam fortasse, quia secus quàm cæteri, (αἰνιγμὸν τῇ σύριγγι) apertionem oris & amplitudiuem ad calamum retulimus, nou ad vterum: eò uempe adducti ratione Hippocratis, quæ vsum quidem spectauit & finem ipsum. Quid enim rei est, si quis excogitet & opinetur scilicet idcirco mulieri plumbea vtendum esse fistula, vt patefacto per eam vteri osculo anathymiasis ad fundum pertineat vteri cursu inoffenso? Possit vrique ex alterius generis materia in eundem scopum fistula coucinnari. At certè in suffitum sciens volénsque delegit Hippocrates plumbum è metallis, quòd ex eo calamus possit ea forma cõponi, vt inferiori eius extremo valde priùs dilarato excipiatur facilè fumus in propositum finem: superiori coottà coustricto magis, quia intromittendum peniriùs erat in sinum pudoris & internum huius extremum, quod est oscillum vteri, ad fumigationem. Nou enim vnius est hoc & eiusdem formæ iu omnibus nec amplitudinis, nec latitudinis, aut laxitatis. Ideóque quia intromittendum aliquid erat, in eo conficiendo cum-

ponendóque opus fuit ductili materia, quæ nimirum & facilè constringi & ad nutum quoque aliàs, si postulabit vsus, promptè posset dilatari. Quæ formationis tam præsens habilitas præstantiaque in aliud non cadit metalli genus. Emendatus ergo vterus varia purgatione, aromatis confirmatus, etiamque adstringentium sustru strictior effectus, quanquam moderatè; apposito explicabili dicto etiam tubulo habilissimus ipse reddetur ad cõcipiendum & accommodatissimus. Quum enim ostium vteri adeóque ipsum vterum æqualitet participem sui faciant adstringentia suffimenta, ac huic præsertim, non oscillo, vim adstringentem impertiri operæ pretium foret & vtile; quæ vtroque tunc tamen parta est ex hypothesi per suffitum, vult eam modò destrui aut minui saltem in ostiolo vteri inducta, gratia huius, scilicet ex plumbo fistula. Siquidem adstringendi vis quanquam iis vtrisque sit vtilis, nihilominus tamen liberè semen semper intromittendum fuit, quia etiam semper excipiendum illud erat quod è viro proiicitur in fundum vteri, vt dictum iam est, ad conceptionem.

Καὶ ἰὼ τὸ ἀπὸ τῶ ἀίδρος, quòd si quæ vt euacuatur & excludit] Ad virum mulier accessit & instructa quidem prorsus consilio Hippocratis. Rem, si etiam voles ex hypothesi, cùm eo lubens habuit. Semen excepit, nec dum illud sibi effluxisse persensit. Namque *γυναῖκας λέγουσι ἐνίους ἐνίοτε μὲν μὴ ἐκπεσεῖν ὑπὸ γαστρὸς, ἀλλ' ἔνδον μένειν*, monere se solêt mulieres, non excidere vtero semen, quoties quædam conceptura est, sed intus retentum manere, vt de eleganti illa fidicina constat esse scriptum ab Hippocrate initio ferè lib. de puelli natura. Ita sit sanè. Quò id ipsum firmiùs contineat concipiatque, quid facto sit opus, ad verba authoris attẽdite. Tanti momenti inedia à cõcubitu Hippocrati visa est ad conceptionem, vt si propiùs quis attenderit, videri queat ipse opinatus fore mulieri percommodum, si in totum ipsa sibi à cibis temperabit per diem cõcubitus; nisi fortè cyceonis satui quiddam velit ex aqua, ne eius nimirum copia aut qualitate natiuus dimouetur calor aut euocetur ad ventrem ex vtero: ac parcus sufficiat is tamen cibus ad sustentandas vires. Quod nos in primis exposuimus, quando assumendus is est authore Hippocrate ante concubitum, quia (*ἐκπίνει μὲν γὰρ μᾶλλον*) ante sublimentum postremum. Cyceone ergo mulier nunc recreata simulatque ex compressu semen excepit è viro, ita se componat, vt cruribus demissis, decussatim attamen commissis, eodem loco se contineat, hoc est in cubili conquiescat. Disiuncta hæc enim à sese, etiamque reflexa, quamuis modicè quidem, osculum vteri dilatant, ipsúmque adeò vterum distrahunt. Hoc autem pugnat cum conceptione, in qua constringit vterus se, cogit & contrahit, vt semen coarctet in perangustum, quemadmodum perneccessarium quidem est ad conceptionem. Quæ pendent vniuersa ex anatome. Expendat apud se quisque quod volumus & intendimus, ac de eo, si erit gratum, iudicium ferat. Si enim crura distant, ac debeant distrahi diuelliqne à se (*διίστασθαι* dixit Hippocrates lib. de puelli natura) *ὡς τὸ ὠδῖνι*, hoc est parturiendo, quo tempore quod antè conceptum erat, exitum quærit: nónne æquum etiam nunc est, quò quod eodem confectum est, conceptum in hypothesi retineatur, vt commissa simúlque iuncta in eum quoque finem quasi decussatim crura maneant? *Κυκεὼν* autem nomen indicat apertè satis hic nihil esse simplex, sed aliquid cibi, nonnihil etiam aquæ commisceri ad reficiendum vires. Quum enim moris esset veteribus in bona valetudine quæ in cyceone permiscebantur, vino semper temperare, vti Gorræus Doctor ex sententia eorũ annotauit perdoctè; consuetudinem immutat eorum hoc loco Hippocrates, volés scilicet cibum temperari & aqua dilui: ne, vt dictum est, calor insitus commoueatur, qui turbam faciat inter concipiendũ. Cyceonem sic licet capere in vniuersum, vt cibi & potionis hæc sit mixtura particeps. Iisdem verò de causis eadem omnino diæta vti mulierem iubet ad sextum etiamque ad septimum diem vsque. Tanta septenarij vis est & manet in muneribus naturæ obeundis, quemadmodum demonstrauimus aliàs satis abunde. Vis etiam est balneorum tanta ad excutiendum conceptum aut potiùs relaxandum, quod arctè contineri priùs creditum est; vt totum hoc interuallum iisce interdici oportere censuerit Hippocrates. Tanta è diuerso ad idem comprehendendum concipiendúmque quietis vis quoque est: vt tunc quiescendum mulieri velit, & imperet quidem studiosè. Non vsque adeò est tamen exercitatio mediocris aliena ab hoc incepto, modò hic positæ leges religiosè seruentur; vt dehortetur penitus deambulationes. Sed quomodo incedendi & sedendi perpetua est omnibus vicissitudo: sic etiam consultò censuit recèns concipienti adhuc sedendum esse & quidem molliter. Ne rerum duriorum nempe obiectu partes quibus insidet ferè mulier, ex aduerso longiùs diducantur. Hãc verò diætam mulier seruabit quæ vtero conceptum retineat, vt breuissimum ad diem trigesimum. Quò interim nimirum ea obfirmentur omnia, quæ vsu rerum contrariarum deteriora fierent infirmioráque. Neque verò agrestis adeò est & alienus à mundo & muliebri ornatu Hippocrates, quin (etsi quæ nuper conceperunt, iis balnea interdixerit) horum attamen non concedat vsum; modò id leuiter fiat & in aqua modica & tantùm egelida, quæ solùm tepescat & non admodum caleat. Atque hanc quoque cautionem adhiberi putat oportere inter lauandum (quia tum demum istud concedit, credimus, ad detergendum sordes) vt caput non irrigetur; ita est omnium in omnibus obseruator semper sedulus. Siquidem ipse verissimè nouerat cerebrum metropolin esse frigidi, adiicere etiam audemus & humidi. Verumenimuero mulier se exercuit & lauit, licet, imò priùs cyceonem duntaxat assumpsit in cibum eúmque insulsum, atque ad trigesimum diem vsque, vt in omnibus sibi morem perpetuò geri cupit Hippocrates inter percurandum. At cyceonem tantùm farinæ & alterius cibi portionem tum capiebat, itémque aquæ, cui non pleniorem deinceps cibum iusta cum ratione exhiberi concedetur, præsertim autem exacto die trigesimo? (Nam vsque adhuc nihil aut valde paucum absumitur in eius incrementum quod conceptum est.) *σίτου ἄχεσθαι*, cibo vtatur & pane omnis generis, mazáque. Hæc verò polenta fuit siue palticula quæ ex farina hordei torrefacta, nũc quidem recoctam dicimus, humido quo dam subacta dilutáque veteribus concinnabatur. At aquam hîc tantùm affundi præcepit, ne quid, sicut dicebamus nuper, commoueatur;

atque vt

atque vt quietiora maneant intus vniuersa. Imò verò ex hypothesi, in pleniorem rationem victus medelamque, vesci mulierem φάσσῃ, palumbo, iure posse putat, in quo siccandi vis ineſt ingens, per sanguinem nimirum, ideóque & per carnes, felle diffusa. Καὶ πῖσι ἀλεκτορίσιν, ac eius generis auiculis, hoc est quæ siccare omnes corpus magis queant. Qui sanè hic locus superiori nostræ interpretationi de pituitosis mulieribus, fauet apertissimè & eam confirmat planè.

Θηρείων δὲ, ex feris] Ne quid etiam desit, deligit pisces eiusdem sortis in eundem scopum, qui videlicet sistant aluum. Eas interdicit contrà olerum vsu, quorum detergendi mordendique & relaxandi quoque vis est manifesta multis, non omnibus. Ac hanc ob rem ἡμίων ἀστέων addidit, gratia securitatis ad sanitatem. Persimile iudicium estn de delectu habendo vinorum. Etiámque simile de assatis potiùs quàm elixis carnibus, siue sint animantium cicurum, sioe ferarum. Quæ vniuersa quidem perfici præscripto nuoc ordine necesse est, si fortè contigerit, vt sibi videatur mulier quæ fuit antè pituitosa, concepisse. Ita enim iussit Hippocrates in oratione; tanta vis in dicta ineſt ad valetudinem.

Ην δὲ μὴ ξυλλάβῃ] Sin autem mulier non concipiat, & se non concepisse, ipsa defenderit asseueranter, quia quod è viro semen euanescens consueuerit elabi postero aut tertio à concubitu die, túmque diffluès etiam multo humore ac velut aquoso; δῆλον ὅτι ὑγρότητος, amplum est hoc ac locuples testimonium, quòd vterus nimiu reduodat humore, & quòd superfluit præter naturam. (Nunc repetenda quæ ab hac eodem authore iam dicta sunt sententia 6. commentarij huius secundi, quæque nos ipsi commenti sumus eodem loco) Quibus his consentaneum & consequens esse credatur, vt eo ordine & pacto ac ea cautione (κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον) tum procuratio adhibeatur & remedia, quæ nos (ait) omnia præscripsimus & summa quidem cum ratione.

Μέχρις οὗ] Tantisper autem is curationis modus seruabitur, donec redundans absumetur humor & exhauriretur funditus, per aphor. 52. lib. 2. πάντα τρόπον μέχρι πέψεως, inter medendum facienti omnia secúdum rationem, si non succedat pro ratione, transeundum ad aliud non est, stante eo quod visum est à principio.

SENTENTIA VNDECIMA.

Οκότ᾽ ἂν δὴ ἤδη ἡ ὑστέρη ξηρὴ εἶναι δόξῃ, ἰητρικὴν χρὴ ἐπιμηχανᾶσθαι ὅπως. 1

Iam verò quum siccus vterus esse videbitur, ei hac arte mederi oportebit.

Αἴσιστον φάρμακον μαλθακτήριόν μιν κατόπιν τε τῇ ὑστέρῃ ἐπιτιθέναι, ἄχρις ἂν αὖτις κατὰ φύσιν γένωνται. 2

Præstantissimum autem erit emolliens medicamentum parte postica vteri *vt & antica* apponere, *donec ad commoderationem natiuam redierit.*

Καὶ αὖθις ἰέναι παρὰ τὸν ἄνδρα, ὅταν τὰ ἐπιμήνια μηκέτι πολλὰ, ἀλλ᾽ ὀλίγα, καὶ ἐρυθρὰ, καὶ ὀργᾷ· καὶ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ἡμέρῃσιν ἡμέρασθαι χρὴ τὸν ἄνδρα, ὡς ἄριστα ἔχωσιν αἱ ὑστέραι. 3

Deinde verò ipsa *rursus adeat virum, dum non multa amplius, sed pauca, attamen bene colorata, menstrua* feruntur, & *ardet complexu viri: nec non aliis diebus viri consuetudine oportet frui, siquidem bene sit vtero.*

Οταν δὲ ξυγγένηται ἐν τῇσι ἡμέρῃσι τῇσιν εἰρημέναισιν, ὡς ἐπιθεπιθῶσιν αἱ ὑστέραι, ὡς κατάσχῃ τε τὸν γονὸν ἡμερέων δέκα, ἢ δυοκαίδεκα, μὴ ἰέναι ὡς τὸν ἄνδρα. 4

At posteaquam dictis hisce diebus rem cum viro habuerit, si sit vterus probè constitutus, ac decem dies aut etiam duodecim viri semen continuerit; cum eo deinceps ne congrediatur.

Ην δὲ μὴ ξυλλάβῃ, ὑγιέος δ᾽ ἐόντος ἐωσιν αἱ μῆτραι (γίνεται γὰρ δὴ καὶ τοῦτο πολλῇσιν) ἐπιδιδοῦ ἀκμὴν αἱ μῆτραι ἐοῦσαι ἄσθμοι κατὰ πάθος γίνονται, ἢ κατὰ φαρμακείης τε καὶ πυέης πολλῆς, ἢ δυώδεσι φέρουσι γονῷ, πρὶν ἢ ἐθάδες γένωνται καὶ ἰχῶσιν. 5

Quòd si tamen concipere nequeat, & sanus sit vterus, (id enim plerisque contingit) quando vterus factus imbecillis atrophia laborat, aut morbi alicuius iniuria, aut vi medicamenti, aut tædio frequentioris suffitus; non priùs potest viri semen ferre, nec continere, quàm ad assuetũ sibi statũ redeat & obfirmetur in eo.

Γνώσιος δὲ τοῖσδε ἔστιν ὧδε· ὁκότ᾽ ἂν ἀπίῃ οἱ (ἀπίσι δὲ δευτεραίῃ ἢ τρι- 6

Notitia autem huius rei aperietur hac via: Quãdo mulieri *excidit* semen viri

(*excidit autem* id *postridie aut perendie, aut etiam serius*) *egrediuntur tum quidem crassa coacláque instar muci, nisi sit aliquid in vitio, hoc est propter alium vteri morbum semen excludatur.*

παίη, καὶ ἔτι αἰωτέρω) ἀφίχεται δὲ παχέα τε καὶ ξυνεστῶτα οἷ βλέπει, ἢν μὴ κακόν τι ᾖ, ἢ ἀφ' ἑτέρου ὑστέρου ἢ γονὴ ἀπαλλάσσηται.

Hæc igitur quum apparuerint, curatio vteri tum satis esse non potest, sed & ad reliquum corpus conuertẽdum studium erit, quo nimirum huiusmodi habitus laudabilis comparetur, vt & solidum corpus reddatur & iustæ molis; balneo scilicet rariore, & exercitatione frequentiori. 7

Οταν οὖν ταῦτα φανῇ, θεραπείης μὲν οὐκ ἀπόχρη ὑστέρου, τοῦ δὲ ἄλλου σώματος ἐπιμελείου ἔχει, ὡς καὶ διαίτῃ τοιαύτῃ οἵῃ, ὡς ξυνεκπαλαίειν τι ἅμα τὸ σῶμα τῷ καὶ ἐπιγενέσθαι λουτροῖσιν ὀλίγοισιν, πλείοσι δὲ πόνοις.

Necnon ab acriorum & salsorum prohibeatur vsu, iisque diebus qui periodicum recursum præcedere solent, vomitione expurgetur; deinde fame quasi enecetur, & alia faciat mulier *quæ antè explicata sunt.* 8

Δεμίσεων καὶ ἁλμυρῶν εἴργεσθαι, ἐμέτοισι χρῆσθαι πρὸ τῶν ἡμερέων ὧν μεμαθήκαμεν τὰ ἐπιμήνια γίνεσθαι, καὶ αὖθις λιμοκτονέεσθαι, καὶ τἄλλα ἐπιτελῆ ἄσαντα εἶναι.

Atque hæc quidem curatio illorũ esto. 9

Αὕτη μὲν θεραπείη ἀμφὶ τούτοις.

EXPLICATIO.

OPINATI prima fronte nos quidem sumus, præscribi nunc ab Hippocrate quamnam medendi methodum siccioribus vteris adhiberi oporteat in vniuersum, non dissimiliter quàm antea humidioribus, hoc est pituitosis. Vt quemadmodum propria quædam præsidia posita sunt nuper, quæ aduersus humorem frigidum exuperantem pugnent & ipsum exhauriant: hìc similiter describantur, quæ medendo huic siccæ parti, id est vtero, ipsum quoque mediocriter emolliant & humectent. Siquidem hæc (ὑπερύσθαι ὕπνος) habendam adhuc esse curam illius apertissimè indicent. Ne nimirum eõrano siccitatis excessu læsus vterus arceatur à concipiendo, quin potiùs quantùm fieri quidem poterit artificiosè in mediocritate excessus omnis retineatur.

Δεῖσαι φαίνεται] Præstabit id autem emolliens medicamentum (siue sit cataplasma, siue linimenti quoduis genus) parte postica & antica, vbi iacet ipse vterus, quum à lateribus quæ longiùs quidem distant; & ab infernis, quòd metus est ne nimiopere relaxetur, prorsùs appositum quidquam prodesse neqneat. Quod tantisper vtrinque admouebitur, dum (κατὰ φύσιν ῥέοντα) sibi restitutus ipse videbitur. Res enim ac studium omne Medicorum eò referendum est semper. Quòd si ad ingenium rediisse tandem hunc mulier indicarit, (καὶ αὖθις) etiam sic licet iterum subire virum, eodémque modo periculum facere conceptionis, quæ hoc loco in scopum vsque adhuc Hippocrati proponitur. Virum (inquam) adeat oportet dum fluunt menses adhuc, attamen parca manu, vt quum serè cessant. Ne scilicet oscula vasorum & in pituitosis quidem, vt est in hypothesi, nimis conniueant. Et quæ potior ratio est, eodem modo vterus qui in hypothesi siccus erat, humidior seipso tunc esse significatur. Nempe quia alioqui omnino ad concipiendum mulier aliàs multò ineptior esse comperietur.

Καὶ ὑγρὰ] Et colore bene affecti menses, vt antè dictum est, & ob causam explicatam à nobis cum Hippocrate. Sed cur (ἐργᾷ) erit tunc mulieri opportuna libido ad conceptionem? Hic in muliere orgasmum desiderat Hippocrates, vt indicium vteri naturaliter constituti, & iam conualescentis ex pituita. Aliàs enim (ἀναφύσησις γὰρ αὐτῆς ὁ γόνος) iure quidem in illis semen extinguitur. Atque vt in hoc statu diutiùs mulier commoretur, scilicet ad concipiendi facilitatem maiorem; non solùm vti tunc mulier debet viri consuetudine, sed aliis quoque diebus, ἢν ὑγρὰ ἔχωσι αἱ ὑστέραι, si bene vtero scilicet tantisper erit. Nunquam enim aliter ipse concipiat. Siquidem mulieres (οὐκοῦν τὰς μήτρας ἔχουσι ξηρὰς μᾶλλον, ἢ εὐφυεστέρας) vix sanè concipiant, maximè quæ sunt vtero siccíore, vt est in hypothesi. Rerum namque Venerearum vsu frequenti nõ solùm vterus humectatur & emollescit qui siccus est, sed sic recreatus factúsque vegetior, frequenter excitatur ad operam & opus suum quod est conceptio; nimirum quæ actio est ei propria & peculiaris, vt & ipse fœtus. Ergo ὅταν ᾖ ξυγγένηται ὡς τῇσι ἡμέρῃσι τῇσιν, si per hos omnes aliquot dies cum viro rem mulier pro consuetudine habuerit, ac interim vterus quoque affectus sit, vt fert natura: ve quæ non tantummodo commoderatum & temperatum bene vterum requirat; sed etiam conformatum benéque constitutum, qui non vergat scilicet in hanc vel illam partem, sed rectà tubulo pudendo respondeat (hoc enim verbum sonat ὑπερτετάδαι αἱ ὑστέραι) adeóque sic vt est decens, quando apparatus vterus erit, ac semen quod excepit, continuerit ipse tandem aliquando ad decimum diem aut duodecimum.

aph. 62. lib. 5.

cimum. Verendum tum quidem esset alioqui ne succussu mulier agitata semen exprimeret, quo sine nulla vnquam conceptio consequetur duce oatura. Itaque mulieri Hippocrates oon fore tunc ex vsu cum viro luctatiooem hic meritò quideio cohortatur ita loquutus, μὴ ἰέναι ὡς τὸν ἄνδρα. Vt ad aliquot dies, dooec nimirum typosis perfecta fuerit (sit hæc autem intra 40. diem vt longissimùm) gratia maioris securitatis non tantùm à viri complexu temperet sibi mulier intetea, sed & omnino parcat & coorineat, iubet dicta de causa. Non hîc igitur ampliùs de iotemperie vteri sicca ab Hippocrate quæritot: nec similiter de vitio couformationis. Siquidem vterus soo sit loco restitutus ex hypothesi. Quæ vtraque hæc in vtero præstantia si efficit, vt è vito semen ipse contineat comprehendatque pro sua quidem vitili; nónne pro sua quoque parte mulier à Venere etiam iure se continebit, quum sic sit iam voto potira? Vterum oempe Venus omois ad excretiooem mouet & irritat potentissimè. Tunc saltem valde tutum est ab ea omnioo abstinere.

Ἢ δὲ μὴ ξυλλάβῃ, ὑγιὴς ἡ ἴσον αἱ μῆτραι] Et hîc supernæ partitioois alterum membrum explicatur. Nimirum ergo sic (si placet) cogitemus: Quòd vtero persanato ooo quidem vsquequaque cooceptio consequitur. Ita verò persanatum dicimus, vt sublata iotelligatur quæ sicca in eo inerat antè intemperies, atque reformatum quoque sit eius oscillum. Hæc enim duo superior ferebat hypothesis. At autem cut id nunc in multis ita cootingit, vt (ἡ δύναται) nequeat vterus tunc coniectum semen diutiùs ferre nec cootinere ad conceptionem? Desinat (volumus) deformitas, & quæ nuper etiam incommoderatio ponebatur esse impedimento. Quia verò (ἀνδρὶ) tum sæpenumero penuria nutrimenti vterus imbecillis est, cuius attamen robur analogum iostúmque iure tequiritur ad concepoooem, vt ob hanc quidem causam semen à viro ipse satis diu concepoonis gratia nequeat continere; noo solùm ob eam caussam oportet (φύσιν ἰσχύειν) vt ad se priùs ptistinúmque statum ipse regrediatur, sed (καὶ ἰσχύειν) omoioo etiam necessarium est, vt is obfirmetur in eo. Ergo analogum robur vteri hîc, vt dictum est modò, ad conceptiooem desideratur. Quæ verò inopem & imbecillum vterum faciunt (ἄπορον) pet atrophiam? Pleniore iam tum quidem vterus alimento defraudatot, aut vitio coiusdam causæ interiotis & errote, aut Medicorum insticia & ignoranti procutatione. Internas causas notauit his verbis Hippocrates ὑπὸ νούσου, ita alicuius affectionis iniuriam scilicet incosans. Atque reuera vi hecticæ aut quartanæ etiam febris molestia, aot quidem marasmi etiámque phthiseos angustia vterus ipse factus iofirmiot semen è viro coniectum oon rapit, aut ipsum saltem oon tetinet, quantumuis ei sit idipsum familiare & quàm maximè amicum. Natiuis est igitur opus viribus vteri ad cooceptionem. Verumtamen ignoratio Medicorum aut ignorantium potiùs impudentia, hac sequenti proditur & declaratur oratiooe Hippocratis.

Σὺν φαρμακείῃ τε καὶ πυέῃσι πολλῇσι, *frequenti medicamento & longo suffitu*] Nónne etenim si quando mulier quædam studiosa ptopagationis & prolis, de sua (vt ferè fit vbique cum omnibus) conqueratur sterilitate, illico se aliquis fortasse obtrudet aut vlira manum Chirurgus, aut quispiam extra pilam pharmacopola, aut alius etiam aliquis impudens idiota, qui certiorem faciat fœcunditatem, ac pro certo sterilitatem expugnet? Quod vt hic omnis faciat, præscribet primùm, vt consueuit, multa cathartica: vterum deinde fobebit, aut hooc eundem oonnuoquam alius etiam suffumigabit. Ignarus est autem eorum quisque quantas suffitus vires habeat oimis frequens; quidque etiam possit oimis vehemens pharmacia. Nunc portò iisce præsidiis aut potiùs fallaciis præcipitatur vterus in atrophiam, & (ἡ δύναται) impotens tedditur & ineptus ad retinendum semen; ac tum maximè quom ooo soerit ipse sibi restitutus planéque confirmatus, vt dictum est ab Hippocrate. Quod plerique nesciuot omnes.

Τοιοῦτο δὲ πάσχει] Atcoim huiusce rei cognitio comparabitur facilè hoc modo. Si nempe ex superiori præscripto Hippocratis rem cum viro mulier habuerit, seménque sciens exceperit; ac effluxerit id tandem tamen postridie aot perendiè, aut quidem tardiùs aliquanto. Nunc autem contraria ratiooe omnioo quàm sexta sententia commentarij huius, in qua exuperans notabatur humor: hîc cootrà defectus inopiáque apertè modò cernitur. Atque ob eam causam quum illapsum semeo viri, maturatur animatum pto suo quidem modulo, in solo natiuo uteram trahit, quemadmodum per spatium diei vnius atque duorum quidem, aut aliquantò diuturniorem, quam iisce verbis notauit ἐν αἰωνίῃσι Hippocr. vt tardiùs sie rem perfici, ooo autem citiùs (vt illi opinantur) significerut. Vide senten. 6. commentarij huius secundi. Quum autem antea tantisper semen temansisset, eluebatur omnino, vt dictum est sexta sententia. Nonc verò, vt est alias loquutus ipse, ὑδρὶη τῆς τροφῆς φθείρεται τὸ σπέρμα, semen alimeoo paupertate marcescens inopiáque, concrescit aliquantò magis, (siquidem ipsum interea perfruatur portiooe sui præhumidiore) ideóque ἀσθενέα πάχεα καὶ ξωτικώδεα, quæ tandem excludantur trassa tum coactáque muci instar effluunt, quum non vsque adeò fortasse cooslstens semen antea fuisset.

Ἢ μὴ κακόν τι ᾖ, *nisi forte sit in vitio aliquid*] Correctiooem igitur interiicit Hippocrates, nisi vitium aliquod vteri sobesse putetur, cuius occasiooe nimirum viri semeo effluat ex vtero. Sed hanc partem partitionis modò intermittit Hippocrates, de ea acturus amplissimè postea, quo loco quæ ptopria sunt vtero, sigillatim exponentur. In hac autem hypothesi vitio communi cum toto corpore vterus laborat. Vnde subiecit in oratione, ὅταν οὖν ταῦτα φαίνῃ. Hæc igitur quum appatuerint, solùs vteri curatio tum satis esse noo potest ad ve[illegible]ceptionis opportuoitatem, (etsi, vt fert Basilienſe exemplar, lectio sine negandi particula possit retineri) sed incumbendum quoque monuit Hippocrates in curam reliquarum partium, adeóque corporis vniuersi. Namque frustra parris vllius sperarut maius natiuum fore robur, eique falsò fides adhibetur, oisi validum priùs solidúmque totum corpus fuerit & succi æqualiter plenum. Hac tatione meritò ounc quoque Hippocrates cohortatur, superioribus positis

& apparentibus (τῶ δὲ δῆλα σύμπαντα ὑπομενέτω ἰχνῶ) studium Medici conuertendum esse ad mutationem habitus & valetudinis melioris. Quoi quoia comparatur ille aliquot modis qui sunt mulieribus & viris communes, non sine magno artificio statim addidit Hippocrates, vitandum tunc esse balneorum vsum frequentem, qui solitus erat alioqui in deliciis haberi; ne sic scilicet veteri vires labascant: Exercitatione contrà frequentiori reparandum robur tentius corporis confitemandúmque. Namque quid & quantum ad vires sustentandas exercitatio mediocris queat, is sanè penitiùs nouit, qui sedulò attendit ad optimum (sub finem sect. 4. lib. Epidem.) studium sanitatis. Est hoc enim cum viris commune mulieribus, vt & quod statim apud Hippocratem consequitur. Ab acrioribus nimirum salsísque non sinùm quòd minùs alant & uimis attenuent, abstinendum esse: sed & quia generationi dicatas partes commoueant, eásque irritent ad excretionem. Quæ aduersa res est omnino comprehensioni seminis & retentioni illius. E contrario ἐμέτοισι χρῆσθαι, cacochymiam vomitione purgaudam tunc esse, cuius fortè ad vterum appulsu conceptio præpediri possit. Imò verò sic exinaniuntur quæ sunt supernæ partes, ideóque aptiora fiunt ad attrahendum vniuersa comprehendendúmque. Verumenimuero cur hæc administrentur puriùs ποὶ δὲ ἐμφύσιον ἐν μαινάδι τὸ ἐπιμήνιον γένηται, periodico menstruorum appetente cursu, quàm aliàs? An quia tum adminiculantem, vt sæpiùs antè dictum fuit, naturam Medicus nanciscitur? Insurgit tunc namque natura, arque ad id quod semel cœpit, per se commouetur & (οἷον ὁπόταν ἀρχήσῃς) sponte sua. Nec etenim solùm quæ lingua edit, sed & (καὶ ὅσα δεῖ μανθάνειν ἀνεπίδεκτος ἡ φύσις ἐστὶν, καὶ ἃ μαχόμενα τῇ θέσει τυγχάνει) reliqua quæque expers doctrinæ natura etiámque nullo præeunte magistro, perneccssaria anquirit & parat sibi; hoc est impositas sibi leges, quibus ab iniitio sui adstricta fuit, non perrumpit: sed attamen quasi (μιμνήσκεσθαι) facere sic ipsa didicerit & consueuerit; easdem semper motiones non impedita quidem retinet ac coacta perpetuò sequitur, etiámque exequitur sine inconstantia & ordinis mutabilitate.

sect. 5. lib. 6. Epid. & libello de alimento.

Καὶ αὖθις μιαίνεσθαι, *etiámque mòlieri media impertur*] Non ita pridem ratus est Hippocrates tempus magis opportunum fore ad conceptionem, quo periodicè desinunt menses. Nimirum quòd venæ (quemadmodum posteà expouetur) veteri propriæ sanguine menstruo tunc spoliatæ, non solùm potentiùs eliciunt genituram, sed (addimus etiam) longè tunc strictiùs eam circumplectuntur; ad quod ferè consueuit en nceptio sequi: quum alias eo oppletæ non ita auidè appetant nec trahant, nec attractum tam arctè contineant. Nunc verò adhibere famem oportere cur ipse consuluit? An quòd alioquin auocetur & aliò distrahatur nariuos calor, cuius amplificatio requiritur ad conceptionem? An potiùs quia, vt expositum suprà fuit, hac via ad mediocritatem redigantur per inediam quotquot satiatæ sunt veteri & corporis totius venæ, quibus veriísque tamen concipiendi vim antea tribuimus aothore Hippocrate? Imò verò sic exinaniuntur ideóque aptiora quæque redduntur vasa ad trahendum comprehendendúmque. Et quod est maius aliquanto eap. 10. comment. huiusce ieiunium commendabat die & postridie concubitus ad robur retentricis facultatis Hippocrates. Perpendendum autem sedulò, an αὖθις *deinde* exponatur, an verò *iterum*; vt ad atrophiam superiorem quam habitus laudabilis deleuit, referendum putetur. At de cæteris superiùs satis abunde.

SENTENTIA DVODECIMA.

Cæterùm quibus à concubitu protinus semen viri effluit, orificium vteri causa huius manifesta est.

1 Οσοισι δ', ὅταν ξυγγένωνται, αὐτίκα ἐξαρρεῖ τὰ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, τούτοισι τὸ στόμα τῆς ὑστέρης σαφὲς ἐστίν.

His verò curatio instituetur hac arte & industria.

2 Θεραπεύειν δὲ δεῖ ὧδε.

Siquidem valde ipsum conniuerit, fistulis aperiendum erit tædaceis plumbeísque.

3 Ην μὲν σφόδρα μεμυκὸς ᾖ, ἀναστομοῦν τοῖσι δαΐνοισι καὶ τοῖσι μολυβδίνοισιν.

Suffire ergo oportebit suffitu emolliente, scilicet ex fœniculo.

4 Θυμιᾶν δὲ μαλθακῇ πυρίῃ, τῇ ἐκ τοῦ μάραθρου.

Pessariis quoque expurgare quæ vterum attenuent & restituant in directum.

5 Καὶ καθαίρειν παρεσθέντων οἷα λεπτύνει τὰς ὑστέρας, καὶ ἐς ὀρθὸν καθίστησι.

Attamen post purgationes atque suffitus, iis quoque oportet vterum *perfundere, quæ causam cuique apertam oppugnent.*

6 Μετὰ δὲ τὰς καθάρσιας καὶ τὰς πυρίας χλύζειν τοῖσδε ἄσσα ἐναντία τῇ παρεσθάσει.

EXPLI-

EXPLICATIO.

CAPITE sexto commentarij huius secundi conceptionis impedimentum esse vitium quoddam conformationis in orificio vteri ponebatur ex hypothesi. Ad isthanc disputationem intermissam regressio nunc sequitur. Præsertim autem quum propositum illud quidem fuerit, attamen nondum ab eo explicarum quo modo quáque arte deleri idem ipsum possit. Dicamus igitur, quòd si responderit mulier (volebat enim Hippocrates nunc ipsam interrogari) è viro semen illapsum excerni simulatque cum eo rem habuit, ipsi procul dubio in causa esse potest orificium vteri (τὸ στόμα τῆς ὑστέρης τῆς μήτρης) quod non est rectum, vti hoc decet esse naturaliter. Attamen id vsquequaque verum non est nec perpetuum. Quæ sanè Hippocrati nunc tario fuit, cur quum oris vteri conniuentia eidem impedimento conceptioni sit sæpenumero, de ea quoque, etsi obiter, hoc loco dicendum existimarit. An verò conniuentiæ causa sit fluxio quæ fit in omnem oris illius partem æqualiter, vnde crassescens intumescat, lector videat, & apud se diu cogitet & recogitet, necesse omnino videtur. Ad huius demonstrationem in primis reuocetur in memoriam vtile erit, quòd quoties in Venere vir suum munus obut, nec tamen quicquam conceptum manet; accidit necessariò id, aut quia intromissum semen ibi tantummodo tenetur aliquantisper, idque duobus explicatis modis: aut quia quod est à viro immissum non excipitur nec intromittitur, sed simulatque à Venere cessatum est, ipsum eiicitur etiam è vestigio, è limine potiùs effluit. Duplices causas impedimenti prioris, vt dictum est, notauit priùs & eas abunde explicuit Hippocrates. Nunc verò quare semen coniectum tam repentè excidit, aduertite & expendite. Esse enim causa huius perspecta cuique debet & omnibus aperta quàm maximè. Quæ tamen quia nisi manu prudenti discerni potest nec iudicari, pluribus de causa eius agendum non fuit. Sed ad enersionem impedimenti illius eiusdem se statim & rectè & inre accinxit Hippocrates. Quid verò (διὰ μὲ σφίγγα μεμυκὼς ἦ) si valde oscillum vteri conniueat, plus prosit quàm viæ parta libertas & eius amplificatio? Procuranda hæc igitur quamprimum erit quibuscunque fieri poterit modis ad institutam conceptionem. Cæterùm quid συμμύειν *conniuere* sit apud Hippocratem, quantúmque διὰ τὸ κατέχειν, *à comprimendo*, distinguatur illius significatio, manifestum fiet si cum aphor. 48. lib. 5. ἐάσας ἄνθρωπος φύσιν πυκνὴν, conferetur interpretatio aphorismorum 51. itémque 54. eiusdem libri. Ad quos eò diligentiùs attendendum opinamur, quò in illis reddendis interpretes nonnulli verecundiùs lapsi sunt. Ex eorum perspicientia quid sit oris conniuentia vteri, satis intelliget lector. Quódque in grauidis os conniuet, & quòd conniuet quoque in vacuis quibusdam (quanquam dissimiliter) intelliget quoque ex commentariis ad eos aphorismos, Galeni. Siquidem conniuentiæ (ait) discrepantiam in illis patefaciat durities. Quàm etiam strictè os vteri non solùm conniueat, sed claudatur in grauida, Galenus explicuit tum ex sua, tum ex Herophili sententia, tertio de natural. facultatibus. Τρόφιμα *valde* addidit. Quum siquidem vt virgunculis, sic & quibusdam mulierbus os vteri minùs patet, sed parum conniuet etiam naturaliter: quemadmodum viris quibusdam est peracutum extremum penicilli, quod oscillo vteri analogum est duce natura. Conniuet minimùm (inquam) nonnullis, sed quod non sit impedimento tamen excipiendo semini gratia conceptionis, vt in hypothesi.

6. sent. comment. secundi.

Ἀνοιχθῆναι πῶς δεήσει, oportet aperire tadaceu fistula] Ad dilatationem oris vteri tædaceos tubulos vsurpauit, aut quia hystericam vim tæda sortita est: aut quia in vsum propositum accommodatè canales effomari possunt ex ea, dolando scilicet aut quidem alitèr. Nempe pro requisita tubulorum crassitudine, hoc est pro hysterici oris paritate aut eiusdem amplitudine. Sed ad effingendum huiusmodi tubos facili admodum negotio aptari plumbum potest, quemadmodum de illius natura superiùs satis à nobis explicatum est. Ideóque meritò adiectum ab eo nunc fuit τοῦτον μολύβδινον.

Πυελὸν δὲ μήζωσιν] Suffire deinde oportet molli suffitu ex fœniculo. Alij sequuntur aliquot modi dilationis in vtero. Aut enim per suffitum dilatatur vteri orificium, aut per pessarium, aut collutiones, nimirum per metranchytam. Atque hæc singula quoque suo loco & tempore adhibenda sunt. Fœniculi verò semen (credimus) intellexit ad suffitum, aut eius radicem vsurpari voluit ad fouendum. Verumtamen quum variæ sint pessariorum compositiones & vires, scopo non fore satis visum est authori, nisi quod fœniculi vsus emollierit, pessarium expurgabit & quidem attenuando (durities enim ex crassitudine in hypothesi) sed is quoque hinc fructus percipietur, quòd pessarium tandem restituet vteri orificium & suo loco continebit: vt ab hoc eodem didicimus quodam loco in lib. de muliebri natura. His artibus quum patulum fuerit latúmque illius ostiolum, eodem vitij recidat etiam hoc facilè, nisi quod conniuentiæ causam fouet, quæ antecedens vulgò dicta est, per metranchytam suo loco tergeatur. Vt autem suffiendi expurgandique variæ sunt formæ, & in eam rem materia multiplex: sic non colluimus vterum semper per metranchytam eodem modo & remedio. Ideóque etiam Hippocrates in vniuersum ita fatus est, dignitati Medicorum consisus, qui ad hoc negotij non temere aggredientur. Sint tamen eodem ipso authore ἐναντία τῷ ταραγμένῳ, ipsi causæ aduersa quæque & contraria, omnino necesse est. Ac cuicunque causa hæc erit aperta, aduersorum copiam remediorum non erit arduum inuenire, nec ista suo loco vsurpare. Quæ quàm verè modò dicantur, viderint etiam Paracelsitæ. De variis autem collutionis, pessariorum carharticorum & suffitorum generibus longè hic agetur in sequentibus amplissimè.

SENTENTIA DECIMATERTIA.

Præterea quibus oſculum vteri à recto deflexit, & ad coxam prolapſum eſt (accidunt enim & huiuſmodi quædam quæ ſemen aditu ad vterum prohibeant) quando, inquam, tale quidpiam euenit, ſuaueolentium rerum ſuffitu opus eſt. 1

Οσοι δὲ ὃ στόμα ἀπεστραμμένον ἔχει, καὶ παρεμπεπλωκὸς παρὰ τὸ ἰσχίον (τῆς γὰρ καὶ τοιαῦτα ἀφαιρεῖται τὴν ὑστέρην τὴν ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν παρεκδέχεσθαι) ὅταν οὖν τι τοιοῦτον ξυμβῇ, τυφλοῦ χρὴ τῇσι διώδεσι τυφᾶσθαι.

Verùm poſt ſuffitum id iam abſtrahente digito auellere oportebit à coxa. 2

Μετὰ δὲ τὸ τυφλοῦν τὸ διαπασσαλεύειν τῷ δακτύλῳ ἀπωσάμενον τὸ ἰσχίον.

Vnde quum abſceſſerit, tædaceis fiſtulis atque, ſi videbitur, plumbeis dirigere oportebit, ſicuti eſt antè præſcriptum. 3

Ὅταν δὲ ἀποστήσῃ, ἐξορθοῦν τοῖσι δαδίοισι καὶ τοῖ μολυβδίῳ καὶ τὸν ἔμπροσθεν λόγον.

Vbi autem in rectum ipſe reſtitutus fuerit & ſatis apertus, tum emollientibus peſſariis expurgandus erit, itémque cætera præſtare vtile quæ antè commemorata ſunt. 4

Ὅταν δὲ ἐξορθώσηται καὶ ἀνεστομωμένη ἤδηται, παρεδέεσι μαλακοῖσι καθαίρειν, καὶ τἄλλα ποιέειν καὶ τὰ ὑφηγημένον λόγον.

Quòd ſi vterus plus æquo patet, is indiget purgatione: ac poſt purgationes decens erit iniectiones & ſuffimenta ex aromatis adhibere. 5

Ὅταν ἀνεστομωμένη μᾶλλον τοῦ δέοντος ᾖ ὑστέρη ἔωσι, καθαίρεσθαι δέονται· μετὰ δὲ καθαίρεσιν, κλυσμοῖσι ἀξιοῦν καὶ θυμιᾶσθαι.

Sin autem propiùs acceſſerit, vomitio illi ex vſu fuerit, & grauceolens ſuffitus, donec ſuo loco reſtituatur: vti etiam dieta ſalutare eſt antè præſcripta. 6

Ἢν δὲ ἐγγύτερα ἔωσι τοῦ δέοντος, ἐμέτων δέονται αἱ ὑστέραι, καὶ πυέος δυσώδεος, μέχρις ὅτου ἐς χώρην ἔλθωσι· τῇ διαίτῃ δὲ τῇ ὑφηγημένῃ χρῆσθαι.

EXPLICATIO.

ARGVMENTI continuatio eſt de conceptionis futuræ impedimentis: non quòd ſterilis ſit mulier ſic præpedita, ſed quia tunc non gerit vtero, quæ poteſt alioqui eſſe fœcunda. Ad explicationem huius loci legito lector, quæ ſcripta hiſtoria eſt ad finem extremum ſect. 4. lib. 2. Epid. apud Hippocratem de Stymargi filia Idumæa. Pendet hoc quoque à vitio conformationis impedimentum, atque in oſculo vtrobique. Etſi egreſſus lochiorum ſpectetur Epid. 2. hîc autem ſeminis è viro ad vterum aditus. Nam quum, quemadmodum à nobis ſæpius antè dictum fuit, ſeminis ingreſſus in vterum perneceſſarius hîc ſit gratia cooceptionis: ſemen autem intromitti nequeat niſi recto tramite atque patente vteri oſtiolo; ſi hoc auertatur tantopere, & in alterutram partem inclinet, vt in coxam procumbat, (etenim aliàs, vt quum leuiter abſcedit, ad vterum aditu ſemen non prohibetur) quanam tunc poterit induſtria reformatum reſtitui, nunc ſub oculos ponitur ab authore. In remediorum cenſu primas tenet (μετὰ χεῖρ) ſuffitus, ſed quidem aromatum, vt eſt io Hippocratis oratione. Non quòd ipſe ſemper oſculum vteri à coxa diuellat (ſiquidem quum tenaciùs hæret, præſtabit hoc poſthac (ὑπ' ἀνθρώπων χειρῶν) opera & manus Chirurgi, aut potiùs obſtetricis eruditæ: ſed quia vterus (αὐτόθεν μείων) grati odoris vapore commotus æqualiter, promptiùs hoc modo poterit abduci à parte in quam antea decubuerat malis naturæ & ægrotantis rebus. Ergo ſaltem inprimis præparabit ipſe ſuffitus oſculi reuulſionem à coxa in hypotheſi. Qui ſi ſatis non fuerit, ſic loco dimotum digitus auellet Chirurgi aut obſtetricis. Atque etiam auulſum ſuóque loco redditum firmiùs continebunt fiſtulæ tædaceæ, ac tandem etiam ex plumbo conflatæ ad id aptiſſimæ, modo ſuprà præſcripto. Ita reformatus vterus apertúſque, ſemen rutiùs longè è viro non ſolùm excipiet, ſed comprehendet, ac (vti decet) id magis complectetur arctè gratia facilioris conceptionis. Si quæ tamen per oris diuerſionem conniuentiámque excrementa in fundo vteri reſtiterint, περιττώματα κατάλοιπα, foras eliciantur peſſariis expurgentúrque emolliendo oportet; ac reliqua quæque præſtentur quæ ſuperiori quodam capite ad humidiores vteros præſcripſit Hippocrates.

Ὅταν ἀνεστομωμένη μᾶλλον, *quòd ſi plus æquo explicatum ſit vteri oſculum*] Humoris vitioſi per continuitatem prolapſu ad vterum inter membranas ac eiuſdem copia os vteri craſſeſcens nuper conniuebat: aut huius eiuſdem affectionis cauſa idem ipſe humor alterutrum vteri latus pertrahens ad coxam, creabat in huius

in huius orificio deformitatem. Sic verò hoc & illud vitium conformationis eodem authore præpediebat conceptionem. Secus autem se res habet in hypothesi consequente. Neque enim humor imbuit membranas vteri, sed tantummodo secundum eas influens, totum vterum ita relaxat, vt tactu facilè deprehendatur (αἰσθητῶς μᾶλλον ἢ κατὰ τὴν ὑπερῴαν ἴασιν) nimiopere vterus dehiscens. Nunc igitur ab humoris vitium committentis influxu malè vterus afficitur aliter: & duobus antea explicatis modis aliter. Cuius vbique erroris & affectionis vteri causas cuique physico satis manifestas fore ratus Hippocrates, curandi viam quàm fieri potuit breuissimè statim complexus, ad eam ipse ita aggreditur; vt partem vnde fertur & deriuatur humor, (καθάρσιος δίκην) suo onere leuet & fontem exhauriat per purgationem, priusquam (κατακλύσῃ) eluat vterum malè affectum tanquam riuulum, vti artificem & politum doctorem decet. Ergo iniectionibus reliquias impacti humoris deterget per metranchyram Hippocrates. Namque Medicus frustra operam adhibeat & eam locet parti excipienti, si eius immemor erit quæ in aliam suum onus demittit. Nec verò satis hæc etiam plena cutario est perfectáque ad conceptionem, nisi (vt & suprà monuit) paulatim postea reddatur vterus suæ ditioni & potestati natiuæ. Pristinum autem statum robúrque aromata restituunt (διὰ συμπαθείαν) scilicet per suffitum. Itaque tertium locum in oratione odoramenta apud Hippocratem iure sibi vendicant. Quòd si attamen auctioribus causis ab eodem humore (ὑγρότητος ἕνεκα) propiùs quàm è re sit fortè accesserit vterus ad partes pudendas (nam circumiectæ partes quibuscum vterus connectitur, itémque & vincula sæpenumero possunt tantopere relaxari, vt pondus inane quoddam ipse creet & molestiam pariat) iam nec hîc remedia deficiunt, quibus is sursum reuellendus tunc erit. In his portò (ἐμέτου δόσιν) vomitio tenebit primas. Atque si alienum putetur vomitum præscribere, quia humores eodem modo infrà propellat quo id facit aphor. 49. lib. 5. sternutamentum; huic aphorismus 32. eiusdem libri plenius satisfaciet, quanquam ratione diuersa. Qui ad vterum ferebatur humor, sic reuulsus euomendo vacuabitur, atque eodem pacto exarescent riuuli qui ad vterum pertingunt, quique eò non sine valetudinis iactura humorem deducebant. Adde quòd suffitus sequens ex graueolentibus refertur eodem. Qui enim δριμύς, tetri fœdique odoris est, accedentem propiùs vterum (quod descensum vteri vulgus appellare consuevit) fugat repellitque sursum penitissimè, quamuis ex accidenti. Cur verò danda sit his tantisper opera Medicorum, repetendum videtur ex antedictis; vt & qua de causa vri oporteat dicta opportuna, ne vbiuis repetantur singula. Digoum etiam obseruatione duximus, quòd quum dixisset Hippocrates (καθάρσιος δίκην) opus esse purgatione; statim subiecerit μετὰ δὲ τὰς καθάρσιας, at post purgationes: ac sic notanter esse loquutum opinamur, quia non nisi purgatione frequenti humor qui in vitio est & isthac viam sortis affectæ, exhauriri nec deriuari queat nisi continuando. Idem quoque de vomitione iudicium esto.

SENTENTIA DECIMAQVARTA.

Ἢν δὲ τὸ στόμα πιμελώδες ᾖ καὶ παχὺ, καὶ ἀφὶ τοῦτο μὴ κύσηται, ῥάπυ ἐφθὸν ἐσθίειν πλεῖν, καὶ ἄκρητον ὑποπίνειν.

1 *Si verò etiam oſculum vteri præpingue eſſe comperiatur & craſſum, vt eam ob cauſam nulla conceptio conſequatur, ventriculo vacuo ſinapi coctum edere ac meracum ſuperbibere* oportebit.

Γεγκλίζειν δὲ νίτρῳ ἐρυθρῷ, καὶ κύμινον, καὶ ῥητίνῃ.

2 *Nitrum verò rubrum in modum peſſarij* adhibere, *cuminum & reſinam.*

Λύειν δὲ οἶνῳ νίτρον ξυμμίσγειν, καὶ ῥητίνην ἅμα, καὶ κυμίνῳ, καὶ μύρῳ λευκῷ.

3 *Profuerit quoque nitrum vino diluere vnà cum reſina, cumino, & vnguento albo.*

Ἢ ἐλαίῃ χέρας καῦσαι, καὶ μίξαι ὠμῇ λύνου διαπλίνθῳ σὺν οἴνῳ.

4 *Aut ceruinum cornu adurere, & admiſcere duplum farinæ hordei crudæ cum vino.*

Ἢν δὲ μὴ ῥαίζῃ, κατεσθίειν ἐψητὰ, καὶ ἀμφικαθίζεσθαι ἢ φηγὸν πεῖσσουσαν κατεσθίειν.

5 *Vnde ſi nullos* mulier *percipiat fructus, porrum coquere* oportet *ad inſidendum: aut fagum contritum ipſa ſubuciat.*

Σκόροδά τι φαγεῖν πρὸ, καὶ μελίκρητον ὑποπίνουσα, ἐμεῖτω.

6 *In cibum quoque allia ſumat recentia, indéque poſtquam melicratum ſuperbiberit, euomat licet.*

EXPLICATIO.

6. anatom. admonitio.

ALIVD hoc quoque loco conceptionis notatur impedimentum in orificio uteri inesse. Ne quis videlicet πιμελὴς *adiposum* nunc de epiploo dictum putet, quod in obesulis quibusdam cum Galeno agnoscimus vsque ad pubem propendere. Sic is enim perperam hunc locum interpretetur & contra Hippocratis mentem. Namque quum epiploum (κωνίζει) os uteri comprimit & impedit seminis ingressum, quemadmodum aphor. 46. lib. 5. Hippocratem obseruasse legimus; tunc non tam id quidem vitio oris uteri proprio & peculiari accidit, quàm propendentis epiploi promissa & inusitata longitudine. Nunc verò in recensendis affectionibus propriis & quæ non aliunde quàm ab utero pendent, totus est Hippocrates. Itaque osculum uteri pingue dicaint & crassum in hypothesi, vt nnn secus quàm in descriptis modò mulieribus, hic semen non excipiatur, nedum tetineatur ad conceptionem. Obstat nimirum oris commemorata crassities, καὶ διὰ τοῦτο (ait) μὴ κύεσκεται, quemadmodum ex hoc quoque loco Aristoteles iudicauit initio statim cap. 3. lib. 7. de histor. anim. Nec verò si crassa sunt oris uteri labra, commodum præstant vsum ad cõceptionem, ait. Atque nostræ huius interpretationis author fuit idem hic noster Hippocrates lib. de aëribus, locis, & aquis. Posteaquam ille causas enumerauit ob quas viri in Scythia inepti ores sæpe redduntur aut huiusmodi fortasse putantur ad congressum, ita fatus est: Mulieribus autem causa est (ὅτι ἡ πόσις τῆς ὑγρῆς καὶ ὑγιεινῆς· ὃ δὲ διώκεται ὑπὸ ξυμφορτίζοντος καὶ μὴ πρὸς τὸν γόνον) corporis pinguedo exuperansque humor; nempe quia uterus tunc nequit arripere nec satis attrahere coniectum semen. Deinde paucis admodum interiectis eodem loco sequitur quod lõgè explicationem hanc quoque reddat orationem Hippocratis: καὶ ἡ θῆλυς τῶν μητρέων ὑπὸ πιμελῆς ξυγκλείεται, καὶ οὐκ ἐπιδέχεται τὸν γόνον. Ex quibus intelligitur quod osculum uteri præ nimio adipe concludatur, quódque hac de causa semen excipere nequeat. Protsus autem aduerso modo (ait) affectæ sunt illarum ministræ, quum siquidem valde delectentur etiam virorum consuetudine, & ad conceptionem eas adiuuet frequens exercitatio & (διὰ ἰσχνότητα τῶν σαρκῶν) corporis gracilitas. Sed siue os uteri sit adiposum, siue crassum, (quanquam hæc sint verè diuersa propiùs intuenti) communis est tamen & eadem vtrobique curatio descripta ab Hippocrate, vt mox exponetur. Itaque posteaquam eas vtrasque affectiones nominatim dixit, πιμελὴς nempe καὶ παχὺ, adiposum & crassum; suam curationem communiter nrsus est. Nunc verò quod dixit καὶ διὰ τοῦτο μὴ κύεσκεται, commutatis verbis idem sic expressit in aphorismis, καὶ ὅταν ἢ λιπαρώτεραι (quod est interprete Philotheo, ὅταν ὑπὸ τῆς συμφύσεως, priusquam redierint ad mediocritatem) ἢ κύουσι, non priùs concipiunt quàm extenuentur. Vide Plinium lib. 37. lib. 11. & Aristot. de hist. anim. cap. 17. lib. 3. Vbi non ita sunt fœcunda quæ pinguiora, & lib. de sterilibus. Vnum hoc attamen excipimus cum hoc etiam authore, modò non sit scilicet sic affecta mulier duce natura. Hippocratis oratio huiusmodi est, γυνὴ ὅτῳ παχέα σαρκία ἐστὶν ὑγιέα, καὶ πονεῖ, καὶ φαίνεται ἐκπονέουσα, ἢ κυΐσκεται πάντα τὸν χρόνον· ἢν δὲ φύσει παχέα ᾖ, κυΐσκεται πολλὸν ἔτεα, διὰ μία ἢ δύο κοιλίη αὐτέων. Vt quemadmodum tantisper dum mulier est aut crassa aut adipnsa, aut etiam pituitosa præter naturam, ad concipiendum inepta quoque Hippocrati censebatur: ita si quæ est huiusmodi duce natura vt sit hoc vel illo modo affecta; illarum affectionum occasione non desinit mulier concipere; (modò neutra eiusmodi affectio nimiopere exupperet; alioquin à seipso dissideret Hippocrates) nisi quod aliud (ait) impedimentum lateat in occulto. Iam verò audiamus quosnam modos extenuationis cõmunes imperet Hippocrates ad conceptionem. In primis victus attenuantis ratio statuitur in esculentis potulentisque. Et in iisdem quoque assumendis conueniens spectatur ordo positus ab Hippocrate Epid. 6. Igitur ab exhauriendo fonte ventriculo tanquam principe mali causa & alui partibus circumiectis orsus est cutationem. Tandem enim hæ repetent ab aliis exuperantiam humoris, absorbebunt, ebibentque, si quæ modò præscribuntur leges viuendi obseruabuntur sedulissimè.

lib. de aëribus loc. & aquis.

lib. de superfœtatione.

sent. 5. sect. 5. lib. 6. Epid.

lib. 4. de morbis Hippocr.

Πρόσω δὲ ἴσχειν, *ulterius vero*, &c.] Secundo loco bene cõsultum cupit malè affectæ parti. Hac via minùs verendum erit, ne calidiorũ vsu remediorũ è partibus superuis noua copia prorumpat humoris ad afflictã partem. Attenuãs porrò suppositũ concinnabãt veteres ex nitro, cumino & resina. Quia autẽ nitri iamdudum exoleuit vsus, cuius vis fuit discutiendi extenuandique potentior longè quàm salis, in scopũ definitum ab Hippocrate; copia salis maior supponi poterit opportunè. Cumini vires itemque resinæ, qui vólet, experiatur cum Hippocrate. Quæ istharc tria quum sint inuia quæque diluenda fuerunt (credimus) eodem authore vino odoto & vnguentato albo. Huius verò componendi rationem licet videre apud Hippocratem lib. de iis quæ vtero non gerunt: nisi mauis hic intelligi oleum album Ægyptium, quod voluit assetuari argentẽo vase aut æneo; lib. huius argumento posteriore.

Galen 9. de simpl.

lib. de non gerentibus vtero, Hippocr.

Πρὸς δὲ τούτοισι, *præterea* &c.] Præterea cepi cumi cornu adustum tanti momenti visum est ad attenuandum, vt voluerit ipse duplum crudiotis farinæ hordei commisceri cum eo. Ita enim ἀμείνων καὶ ἰσχνότερος Galeno authore in exegesi sua dictionum de hordeacea farina veteres intellexerunt.

Εἰ δὲ μὴ ὄφελος, &c.] Quod si nihil attamen profecisse aut parum adiuuare sese viderentur mulieres vsu superiorum, alia admouenda erunt tandem quæ & potentiùs incident & attenuabũt. Sed an pro ἀμείνω διζόω quod circumponere, non autem circumsedere est, reponi debeat καὶ πῶμα ἐπιθεῖναι, lectores estote (si placet) iudices. Sic enim Comici muliebre pudendum olim appellarunt, κὰτ' ἐξοχὴν, quòd adnatæ ex omni parte scilicet. Commodius fore etiam vtilùsque videri queat, si pessarium è potris conflatum penitiùs in pudendum subiiciatur, quàm si eorum decocto vterus foueatur.

Φύλλα) fagi folia tusa tritaque tumoribus prodesse possunt Dioscor. 121. lib. 1. imò verò si qua aliorum remediorum vsu ante aliunde parta sit uteri oscillo infirmitas, ipsum eodem loco apud Dioscoridem admota folia fagi cõfirmabunt aduersus eiusmodi iniurias. Cõmunia sunt cũ viris reliqua apud Hippocratem de vomitione. Sed in scopum Hippocratis semper intendite animum. Comesse sinapi mãdato

Hippocratis

Hippocratis mulierem oportuit principio curationis, gratia absorbẽdi humoris exuperantis, etiámque meracum superbibere. Vtero deinde perpurgato confirmatóque, diutiùs bene adhuc cupit esse per revulsionem, quæ vomitione perficietur commodissimè. Atque hac affecta perfectáque curatione, tantisper vteri valetudo ad affectatam conceptionem magis ac magis confirmabitur.

SENTENTIA DECIMAQVINTA.

Ὁσῃσι δὲ ἐμμένῃ, καὶ σήπηται, καὶ ὄχλον ποιέῃ, ἀμύραφαλξιος ἀγρίης καρπὸν ἢ χυλὸν ξὺν μέλιτι, ἢ ξὺν κυμίνῳ ἐλλιπὸν δίδοναι.

1 *Ergo in quibus semen viri remanet, intúsque putrescit, & tumultum infert; semẽ atriplicis agrestis aut eius succũ cũ melle dabis delingẽdũ, aut* quidẽ *cũ cumino.*

Ὅτεῳ δὲ δύσοδμα εἴη, οὐ κύσκεται· ἀμύραχλον οὖν καὶ χλωὸς ἔλαιον μίσγειν, καὶ τοιοῦτον.

2 *Cæterùm si quãdo* semen viri *erit fœdi odoris, inde cõceptio nunquam cõsequitur. Portulacã attamen cum anserino adipe cõmiscere* oportebit *ad supponendũ.*

Ὁσῃσι δὲ ἐκπαῖα καὶ ἑβδομαῖα ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς καταπτώματα χωρέῃ, τοῦτο εἰκὸς γίνεσθαι ὑπ' ἀμφοῖν.

3 *At quibus semen viri putrefactum excidit sexto aut septimo die à* concubitu, *amborum vitio mulieribus* id *euenire* est quidem *verisimile.*

Ἢν ὑπερρόῃ ἡ χολῆς καὶ ἅλμης, θεραπεύειν χρὴ ὧδε· ἐλλεβόρῳ ἢ σκαμμωνίῃ, καὶ πεπλίῳ· καθαίρουσι γὰρ ταῦτα ἄμφω τε καὶ κάτω φλέγμα καὶ χολὴν, καὶ φύσας ἄγει.

4 *Ergo si prolapsus bilioſi humoris fiat aut* quidẽ *salsi, medicari ijs oportebit helleboro, aut scãmonio, etiámq; peplio: quũ hæc siquidem sursum deorsumque pituitã & bilem expurgent, & flatus excludant.*

Πρὸ δὲ τῶν καθαρσίων τῇσι πυείῃσι χρῆσθαι σὺν τοῖσι θυμιήμασιν· ὅταν δὲ πυείσῃς, καθαίρειν τοιοῖσδε τοῖσι αὐτοῖσι τρόπον οἷς καὶ τοῖσι πρόσθεν.

5 *Verumtamen odorata suffire bonum ante purgationes, & à suffitu purgare eodem modo pessarijs quo antè dictum est.*

Καὶ μὴν καὶ τοιοῖσδε καὶ καθαρσίοις, τοῖσι μαλακτηρίοισι χρέο· καὶ ὅ ἐστι τῆς λινοζώστου τοιῆδε καὶ ἀρτεμισίης πόης, καὶ δυεμώνης, καὶ ἐλλεβόρου λευκοῦ ἢ μέλανος.

6 *Atque posteaquam pessaria adhibueris & purgationes, vtitor emollientibus: Pessarum porrò fiet ex mercuriali, herba artemisia, anemone, veratro albo aut* quidem *nigro.*

Τὰ μὲν τῶν φαρμακίδων τοῦτον ὧδε χρή.

7 *Quæ* sanè *hæc quidem esto illis medẽdi ratio per pharmaciam.*

Τὴν δὲ διαιτὴν ἀποσκοπέοντι τῆς γυναικείου, ἐς ὅ τι ὄλον σωματοποιέῃ, καὶ τὸ εὐχυμεστέρη δοκέῃ εἶναι, ἢ τὸ σκληροτέρη.

8 *Enimuero habita perspectáque mulieris viuendi ratione consueta, omnino corpus recreandum confirmandúmque erit, siue illa siccior, siue habitior videatur.*

Κιὼν μὲν εὐχυμεστέρη, λουτροῖσι πλείοσι, καὶ ἑφθοῖσι πᾶσι τοῖς ὀψαίοις, εἴτε θαλασσαίοισιν, εἴτε κρέασιν, εἴτε δὲ ὑδατρεῖ, λεχούσῃσί τε ἐφθοῖσι, καὶ λιπαροῖσι πᾶσι καὶ γλυκέσι· τοῦτο γὰρ ὡς ἥκιστα ὑδατοπυρὸν ποιεῖ ὑγρεδόνα εἶναι), καὶ τὸ τῶν ἀνδρῶν σῶμα, καὶ τὸ τῆσι ὑστέρῃσιν.

9 *Quòd si apparueris nimis arida, balneo gaudeat frequenti, & opsoniis elixis quibusque, tum piscibus, tum etiam carnibus, & vino dilutiore, oleribúsque coctis & pinguibus omnis generis, etiámq; dulcibus: hæc enim ferè humorẽ inducũt & pariunt, cùm in toto corpore, tũ in ipso utero.*

Sin autem mulier *redundabit humore, vterus sanè sic affectus nihil horum requirit, sed planè contraria.*

Ην δὲ ὑγροτέρη ἡ, δέονται αἱ διαῦται ὑστέραι τούτων οὐδέν, ἀλλὰ ταιαῦια.

Itaque nunc mulierem *attingere hæc non oportebit, neque nouo vllo ablui modo, ne suffiri quidem: quum siquidem hæc* mulieri *periculum creent.*

Οὐ χρὴ δῶν φαύεσθαι, οὐδὲ κλύζεσθαι νεοχμῶς, οὐδὲ θυμιᾶσθαι· τοσοῦτο γὰρ ὃ κινδυνῶδες φιλέει ἐέναι.

Quòd si attamen vterus *videbitur humidior quàm è re sit, siccare eum oportebit etiámque suffumigare.*

Καὶ ἰῶ ὀξυγραίνεσθαι μᾶλλον τῆς φύσιος, χρὴ δὴ ξηραίνειν καὶ θυμιῶ.

Si præterea biliosa in eum influãt, medicamentum quod bilem ducat, erit exhibendum: sin autem salsa, lac detur asinæ, etiámq; vinũ, & cætera id genus remedia.

Ην δὲ χολώδεα ἴῃ ὁκοῖα σφέας, ὅ τι χολὴν καθαίρει, διδόναι· ἰῶ δὲ ἁλμυρώδεα, γάλα ὄνου, καὶ οἶνον, καὶ τἄλλα ὁμοίως.

Itaque posteaquam morborũ vires expenderis, ac vti decens est, ab apertis causis vnde morbi enasci solent, ducto initio; ad reliqua perges hac via, & ad curationem eorum quæ sunt in locis, aggredieris.

Χρὴ δὲ σκεψάμενον τὴν νοσημάτων τὰς δυνάμιας, καὶ ὑφηγούμενον τὰς προφάσας ὡς χρὴ, ἐξ ὧν αἱ νοῦσοι γίνονται, ὁκοῖ τὰ ἄλλα ἰέναι ὧδε, καὶ τὰ ἀμφὶ τὰ χωρία ἴασθαι.

Quæ nempe propter conspicui vterorum *oculi causam impediuntur, quò minùs cõcipiant; earũ ora apparare* oportebit, *vt bene curẽtur & restituãtur loco suo.*

Οσαι μὲν δὴ τῶν γυναικῶν προφάσεων τὼν αἰτίων κωλύονται μὴ ἴσχειν ἐν γαστρὶ, τούτων δύρεπίζειν τὰ στόματα, ὡς δύνηται ἥ.

Quando verò prohibebit copia humoris, prouidendum etiam erit vt hæc non impediat; intentis Medicorum *oculis in rem omnem mulierum, siue quid ex omni corpore videatur commoueri, siue ab ipso vtero tantùm, siue etiam ab vtrisque.*

Οκότ' ἂν δὲ ἡ ὑγρὴ δὼν εἴργῃ, τούτῳ ἐσοπτέον ὡς μὴ ἀμφικωλύῃ, σκεπτόμενον ἐς ὅλα τὰ πρήγματα τῶν γυναικῶν, ἰῶτε ἐξ ἀπάντος τοῦ σώματος δοκέῃ κινέεσθαι, ἰῶτε ἀπ' αὐτέων τῶν ὑστερέων, ἰῶτε ἀπ' ἀμφω.

Quòd si quid ab vtero commouea*tur, hãc sedulò curam adhibe, vt nec in eo redũdet humor, nec nimiũ ipse exaresc*at.

Τὰς δὲ ὑστέρας ὧδε μελεδαίνειν, ὅκως μήτε ὑγρὰ ἔωσι, μήτε λίην αὐαίνουσαι.

Ita tamen vt qui siccior videbitur, bonitate succi tantò præpolleat, quãtò fuerit ipse aridior, vtq; eiusmodi humore pinguis potiùs crassúsq; fiat q̃ tenuis & macilẽt*.*

Αλλὰ τὰς μὲν ξηροτέρας δύχυλος, ὅσῳ καὶ αὐχμηρότεραί εἰσι διαύτην ἰκμάδα, ὡς παλέαι μᾶλλον ἔσονται, ἢ ἰσχνέαι.

Contrà autem qui præhumidus fuerit atq; diffluẽs, eatenus exiccare oportebit, *dum aliquis in eo relinquatur humor, nec nimis etiam exhauriatur; quando nimirum nimia resecari debeant studiosissimè.*

Τὰς δὲ ὀξυγρασμένας καὶ διαῤῥεούσας ξηραίνειν, ὑποληπτόμενον εἰκμὰς εἶ, καὶ μὴ λίην αὐεξηράσθαι· αἱ γὰρ ὑπερβολαὶ τούτων πάμπολυ φλυκτίας.

Quibus ita constitutis *dabitur ei concipiendi facultas, cui neque humidior vterus fuerit neque aridior, nisi quid insit horum in vetere natura.*

Λαμβάνῃ δὲ ἐν γαστρὶ, οὔτε τὼν ὑγροδέα ἔχουσαν, οὔτε αὖτ' οὐδὲ τὼν αὐαινομένων, ἰῶ μὴ ἦ ἐν τῇ ἀρχαίῃ φύσῃ τούτων τι.

EXPLI-

EXPLICATIO.

CONNEXA hærent ſic cum ſupernis quæ ſequuntur, vt quæ ab illis dependeant. Sexto capite huius commentarij partitus author fuit ſuam orationem in tria membra. Eius quod in illis tertium erat, explicatio nunc ab eo proponitur. Aut enim nuper ſemen viri (αὐτίκα) ſtatim excludebatur: aut non ita pòſt, idque, vt dicebatur, duobus diuerſis modis. Ad quos, ſi placet, ô lectores attendite. In œconomia verò muliebri tota, hoc eſt in omnibus omnium veterum libris qui ad muliebria ſpectãt, ac potiſſimùm apud Hippocratem, vt hoc vtroque libro, & in ſermone de natura mulierum, itémque alio περὶ ἀφόρων, quos ſigillatim omnes pro virili diligenter euoluimus; nullus omnino feraciot locus eſſe comperietur, nullus vberior, nec qui ſit ad ſtudium & artem concipiendi inſtructior, quàm qui nunc præpeditę conceptionis dioriſmos omnes cõtinet & ſententias explanat hac eadem de re definitas ab Hipp. Itaque porrò monemus eos, qui nefariè aut potiùs impudentiſſimè, quia etiam nimis ignoranter, pollicitari fœcũditatem mulierculis hactenus auſi ſunt, quotquot ſunt illi omnes (Medicos autẽ tantùm excipimus, ac præſertim eos quos quiſque nouit Hippocratis eſſe perſtudioſus cultores) vt has in poſterum de facultate concipiendi definitiones penè diuinas audiant patienter ediſcántque, hoc nũc præſertim vnico eóque veraci naturæ interprete; atque adeò omnium qui ad hæc vſque tempora fuerunt vel poſtea quidem futuri ſunt (id etiam addemus audentes) vnico iterum atque iterum palàm affirmamus, diſſullimo hoc præceptore medendique magiſtro. Eos hortamur (inquam) vt iſtas definitiones audiant, ediſcant & in poſterum imitentur, hoc præſertim tanto dictatore & præclaro tanquam prædicante præcone. Quas oempe qui ſingulas ſumma ſedulitate expendent, & ad examen & vſum tempeſtiuè vocabunt, illi hercle ſoli fœcunditatem certò inducent pro ſterilitate, atque eam ſic voto potiti redintegrabunt & adſtruent. Itaque vt quod cœpeum eſt, perſequamur; vir in primis cum muliere rem habeat in hypotheſi, ac ſemen in vterum coniiciat: hoc verò etiam mulier excipiat, vt nimirum eſſe ſublatum omne impedimentum nunc & vitium conformationis vteri intelligatur, atque ibi etiam ſemen ad breue aliquod interuallum temporis remoretur; quid inde rei ſequitur?

Ἐμμένοι] Maneat ergo ſemen in vtero aliquantiſper, ſi vis, ex hypotheſi, etiamque (volumus) ἀσήπνοιτο, per moras putredinem concipiat, vnde (ὄγκος πνεύ) oboriatur intus moleſtia cum murmure, & flatu quodam tumultuoſo: quod ferè deploratam ſignificet, ſi non occurratur, concipiendi poteſtatem. Etſi ſic hoc videatur quàm maximè alienum à natura, huic tamen ſemen attriplicis ſilueſtris eedit in medelam, aut eius ſuccum delingendum Hippocrates offert ex melle, aut cuminum; ne ſpes ſcilicet conceptionis paulò timidioribus mulierculis penitus obliteretur. Putredinis ergo vis incipiens, ſi non omnino negatæ, ſaltem præpeditæ quodammodo conceptioois ounc ſie, ſi placet, principium ſtatuatur. Quum liquidem ipſa iam perfecta comparebit, funditus tunc cuerſa ſpes quoque manebit concipiendi. Namque ſi eò res muliebris venerit, vt ſemen viri tandem quid tetrum fœdúmq; redoleat (hæc enim ſignificant ὀσμὴ δύσοδμα τὰ in Hippocratis oratione) ἐκκαίοι), ampliùs ſperabilis hic conceptio nõ deber cenſeri. Verè tum & inſtè quidem credatur, quòd vterus malè ſic affectus, inutilis impoténſque fiat ad concipiendum. Ne attamen deterius quiddam eonningat aut malum longiùs ſerpat, cautum ſic quoque tum eſſe Hippocrates voluit; vt adeps anſerinus & ſolia portulacæ contrita & ſimul mixta in pudendum penitiùs recondantur. Quæ vniuerſa non tam inſtituuntur (credimus) ad deterſionem aut expurgationem eiuſce partis quæ ſemen exceperat, & quæ per impuritatem concipere ipſum non ſatis ſtrictè poterat, vt erat decens ad proprièdictam eonceptionem, quàm aduerſus putredinem. Quæ hæc quotquot omnia ſunt adhuc incommoda ſemper mulieris ſolius merito eueniunt, quemadmodum & quod illis proximè ſubnectitur; quanquam non ſemper in vtero tantùm huius cauſa delitеſcat.

Ὅσοι δὲ ἐκπεσῶσι ἐς ἑβδομαίην ἐς ὑπὸ &c.] Sin autem ſemen eò coniectum excipiatur, ac eodem loco ad ſextum vſque diem aut etiam ſeptimum retineatur, ac tum inde putre effluat; culpa id accidere vniuerſi corporis, atque adeò vteri, iure videri queat & confirmari. Ne in poſterum ſcilicet κατ' ἀμφὼ, & ad bilem & pituitam putrem cum omnibus qui nos præceſſerunt interpretibus referri oportere, quis patum ſcienter opinetur. Hanc verò explicationem noſtram ſequens inſtituta methodus de curatione per catharſin abunde confirmabit. Confirmabit eandem & quod dictum eſt cap. 6. commentarij huius ſecundi, de redundantia humoris vtrobique apparente, ſcilicet in vtero & in toto corpore. Confirmabit denique huic conſimilis modus loquendi poſt ea ſtatim ſequens, nempe ἐὼν ἀπ' ἀμφω. Purgationes nunc ergo præſcribit Hippocrates ex helleboro, ſcammonio, peplio; quæ ſunt omnes catholicæ & vniuerſales. Surſum nempe hæc deorſumque humores eduount qui ſunt in vitio, ex hypotheſi. Imò verò ante iſtiuſmodi purgationes, humores eliciendos ex vtero fotu præparat graueoſo odoróq; ; ne quid illic prætermiſſum relinquatur quod conceptionem faciliorem faciat. Huius enim nos hîe oportet eſſe ſemper memores, quum cœptæ diſputationis nunc ſit ſcopus Hippocratis. Qui verò prænotatæ veriſimilitudinis ab Hippocrate cauſas paulò magis expendet, repetat is exanteced entibus neceſſe eſt, quid tam repentini effluxus ſeminis cauſa eſſe poſſit. Meditando enim diu nobiſcum tandem comperiet eius cauſam in vtero, aut in eius poriùs oſcillo, delituiſſe. Introrſum antea obducebatur vterus humore ſatis multo eóque viſcido, tanquam glutine, ac proinde coniectum ſemen ad fundum etiam vſque, eluebatur & diffluebat foras elapſum. Nunc autem quum tantiſper ſemen maneat, quòd ibi paucus eſt humor; dum recens illius iſque liberalis & multus ab vniuerſo corpore inſluat, cuius vi ipſum diſſipetur diffundatúrque; capiendæ nunc quoque huic coniecturæ quæ ſequitur, locus eſt & occaſio huiuſmodi. Quòd videlicet primis à congreſſu diebus ad id ſufficiens non inerat in vtero copia humoris, quippe qui non ſatis eſſet tam repentè diluendo diſſipandóque viri coniecto in vterum ſemini & forſaſſe inte-

gerrimo. At, quum ad sextum aut septimum diem vsque semen in vtero moram protraxit, iam sit nobis verisimile, quòd ad hoc malum (quando quærendum est duplex remedium præscripto Hippocratis) duplex quoque causa huius, aut recens alia quædam sit eáque vegetior constituenda. Iustè ergo (διεγκύου γὰρ ἐστὶ) in oratione sua suadebat Hippocr. vtrinque (καθάρσιος τοῦ ἐμέτου καὶ τοῦ κάτω) medicandum esse hoc modo, qui sanè duplex est, & qui nunc vterque ab eo explicatur abunde. Adde etiam quòd dum postea inquireretur in causas exuperantis humoris, quæ impedimento esse queant conceptioni mulieribus (συνθήματα τῶν ἐπὶ τὰ σπέρματα τῆς γυναικὸς) examinandas res ægrotantium suadebit esse vniuersas: An nimirum à toto corpore quid κινῆσαι, commoueri videatur, an ab vtero tantùm, an potiùs ab vtroque. Ex quo loco ὑδατώδεις καὶ χολὰς & ἄλμας iam vsurpari nunc admonemus, de quibus statim enuntiabit Hippocrates *dimouere*, atque etiam *illabi*, aut *inflacre* verbum, vt de humoribus ad fluendum paratissimis. Cæterùm vtriusque humoris copia diffluentis duplicem conditionem notamus, ac fortè etiam focum vtriusque diuersum. Nempe vt è capite in vterum pituita salsa cieatur, posteaquam videlicet ibi putredinem conquisiuit; & quòd huc eodem ab hepate bilios us quoque humor influat. Quod genus vtrumque humoris quando medicamentis enumeratis ab Hippocrate foras excludi oportet, parem vim eorum artificiosè nunc desiderauit & præpotentem, quò ope eorum caueri & prouideri possit toti corpori, quomodo notauit ipse. Verùm etiam φύσας ἄλλου, educere flatus, Hippocratem dixisse notanter, suspicamur; quia, vt est ipse loquutus septimo Epidem. τὰ παῦτα τοῖσι ὑστερικοῖσι, αἱ οὐναὶ πολλῶν, αἱ ἴρυγμοὶ, καὶ αἱ ἄνω χωρέουσι ψόφοι, καὶ, &c. Plurimis affectionibus hysterici coniuncti sunt flatus. Hoc verò ructus satis indicant, vt & circa ventrem strepitus, tumores lumborum, & dolores qui renes & crura tunc vulgò exeruciant. Quæ verba scripta sunt quo loco Parmenisci quum filio suo dilectissimo obrepsisset, ei persanandæ contulit auricularium clysteré non adhibere, sed expurgare lana profuit. Est enim hæc septima oblongior disputatio in Epidem. atque hac ratione sic locum designauimus. Magno igitur artificio hic tria aduersus totidem quæ mulieribus molestiam inferre solent, fortasse medicamenta pugnabunt ipso eodem authore. Quis verò inter medicandum nunc seruandus ordo videatur Hippocrati, si placet, aduertite.

Πρὸ δὲ τῆς καθάρσιος, *Verumtamen ante purgationes odorata*, &c.] Quippe natiuam vteri vim suscitari odoramentorum suffitu Hippocratem voluisse hìc existimamus, priusquam aliud quid cathartícum institueretur aut hoc aut alio pacto. Quódque videri mitum magis queat, purgationes locorum muliebrium per pessaria, ante eas attentat, quas vulgus Medicorum vniuersales appellat. Deinde quomodo visceribus impactos humores ex consuetudine alias apparamus attenuantibus incidentibúsque ante purgationem: ita nunc in vtero stabulantibus crassiusculis fortasse humoribus, quasi duriusculis & inhærentibus, vsu emollientium munit & parat viam ac etiam humores, tandémque etiam ex quibus pessaria concinnari debent, ipse recenset. Sed id quidem, quia sperauit sic fore, vt eriam quiddam ex vtero cathartícorum ope educeretur. Vnusquisque artemisiam dicasse nouit vim suam mulieribus, vt & mercurialem; potissimùm verò fœminam. Hanc principio rerum natura nunquam molita fuit, nec à mare eam disiunxit citra rationem. Quis contra? De anemone quid Dioscorides senserit lib. 2. ipse videris. Sexto simplicium ora vasorum referat & absterget, ac eius apposita radix menses elicit & lac trahit apud Galenum. Dioscoridi lib. 4. cap. 145. impositum partus necat veratrum vtrumque & elicit menses. Ea detergendi facultatem tribuit Gal. 6. simplic. His verò medendi purgandíque artificiis & toti corpori, vt & ipsi vtero, putauit cautum satis fore Hippocrates. Indéque adeò suum sermonem concluſit his verbis τὰ μὲν πρὸς φαρμακείην τοιοῦτον ἔδει γενέσθαι, mulieribus ita affectis vtendum esse modo explicato cathartícis, gratia conceptionis. Similiter communis est diæta & toti corpori, ideóque cuilibet eius parti prodesse potest aut obesse. Quamobrem isthanc ritè Medicus nunquam instituat, nisi peculiari cuiusque perspecta natura, & corporis totius & partium singularum: num videlicet nimis sit corpus aridum, exuccum & exangue, an contrà succi plenissimum. Quum siquidem ex illorum discrimine diætam instituere perpetuò oporteat, vt consultrice natura, ita quoque arte quæ ad imitationem comparata est. Huiusmodi sententiam omnium fuisse interpretum nunc de diæta, eámque maximè verisimilem, non nos fugit. Atque eo pacto illos hæc lectio delectauit, ἐς τὸ ἔλαττον σῶμα τιθέμενοι, vel σωτῆρι. Attamen nunc Hippocrates aliis, & verùs fortasse, videri possit, præcepisse nimirum (ὑπογεγράφθαι τὰς αἰρήσιος δίαιτας) attendi priùs oportere ad mulieris viuendi rationem; deinde ex illius perspicientia & cõsuetudine ita mulieris esse confirmandum corpus & huius ipsius suscipiendam curam, (hoc enim nunc sonat verbum ξυμβουλεύειν) vt modico contrariorum vsu contrarium excessum Medicus expugnet & propellat ex eo. Verumenimuero perfacilis eorum lapsus fuit, à coniunctis scilicet ad diuisa; quum retinendum potiùs fuisset ξυμβουλεύειν, vt modò dicebamus, lectione coniuncta: quanquam eodem ferè recidat vtrorumque interpretatio. Cæterùm quid & quantum possit hæc aut illa in aduersam partem diæta, aduertite. Namque hæc forma curandi, vtrisque hominibus communis est & æqua, viris nempe & mulieribus. Est & hic notatu dignum, quòd sic sit vernaculè loquutus Hipp. πολὺ ὑγρότατον ἦ, humorem toti corpori conciliant. Sed ὑγρότης dictio illi peculiaris est & propria, quæ à nostris passim per alteram dictionem reddi possit intelligenter, nempe humiditas; quum etiam nonnullis esse gratiosus humor videri possit.

Ἢ δὲ ὑγρότερον ἦ, *sin autem erit humidior*] Contrà autem vt oppositis semper artificiosè eníncenda uobis sunt opposita medicando, quoties exuperabit humor in hypothesi; istorum nihil ex vsu erit, sed planè cõtraria. Placebit ergo magis vt cum codice manuscripto legantur hæc per complexionem, hoc modo: ἢ χρὴ οὖν ἡμάσσειν, οὐδὲ πολλοῖσιν πεσσοῖς, οὐδὲ ξυμπάσσειν, quanquam in eodem codice pro οὐδὲ (ni fallimur) perperam ἀλλὰ ſcribatur. In qua Hippocratis oratione ne id quoque præternittatur, & πεσσοῖς dictionem Hippocrateam esse, & ξυμπάσσειν etiam tum affirmando legi obseruandum est; quamuis verùs alii sentiant

sentiant (ni nos fallimur) qui etiam aliter. Illationis verò suæ causam Hippocrates dedit in promptu, πολὺ γὰρ τὸ, &c. Quòd quæ sunt humidiores, vsu rerum humidarum in exitium ferè ferantur præcipites. Quæ ratio quidem aperta est quàm maximè physiologis. Hoc idem fusiùs demonstratum est ab authore quarto de morbis.

Καὶ διὰ τοῦτο ἰσχναίνει μᾶλλον τὸν, &c. Quòd si humidior attamen, &c.] Iis porrò sic methodicè Hippocr. medetur. Quoties nimirum exuperabit humor in vtero præter naturam, tunc & siccare ipsum oportebit & vterum sustine: hoc est sustitu odorato exiccare, quo sese consueuit vterus oblectare semper summopere. Atque id demum præstandum erit, quoties in parte tantùm pudenda humor redundabit, nulla totius habita ratione? nulla illius contagione, vnde rigari queat. Qui solitus est autem humor in vterũ illabi, duplicis generis est vulgò. Cui euacuando etiam vtrique distinctè, opportunè sua vsurpari possunt cathartica, è quibus duplex quoque fructus decerpatur. Ad bilis vacuationem multa ab Hippocrate nunc recensentur, quæ id faciant manifestè, vt quæ proximè antea signabantur. Pituitam verò quodam inaspectabili modo detergebit hac asinæ, sicut viui proprio eandem potenter coquet aut dissipabit. Cæterùm per alexiteria visus est nobis nunc intellexisse Hippocrates cætera quæque quæ suapte vi obnitantur cuicunque exuperanti humori per exiccationem: vt & aliàs quoque in vniuersum quæ cõtrario quodam modo. Atque huiusce expositionis authorem agnoscimus Erotianum, qui ἀλέξεσθαι per βοηθεῖσθαι auxiliari interpretatur: ὅσα (ait) κατὰ τὰ ἀλεξιφάρμακα, vnde etiam deducta est dictio alexipharmacum.

Χρὴ δὲ καὶ τοῦτο εἰδέναι, oportet autem, &c.] Hinc quartum hoc etiam, si placet, argumentum sumetur quod sententiam nostram confirmet, qua quid per ἐν' ἀμφοῖν intelleximus, antea dicebatur: hócque eodem loco ad praxin perutile axioma, quod collegit magno artificio ex superioribus Hippocrat. nunc ipse constituit. Cui est quid ferè simile apud eundem lib. de nat. humana. Attamen illic quod in genere dictum fuit, ad vterum, partem excipientem, commodè nunc aptat; & corpus esse ponit vniuersum, quod in vterum onus deponit sunm. Quæ quidem duo sunt. A quibus vtrisque, hoc est, vti superà dicebamus, quorum vtriusque virio quod diu ex hypothesi superiore tetentum fuerat in vtero viri semen, nunc sexto aut septimo excluditur die. Sit (si placet) ex antedictis complexio huiuscemodi, κατὰ τὸ εἰρημένον. In omni ergo quæ aliqua cum methodo suscipitur affectuum curatione, morborum vires imprimis esse perpendendas, hoc est, vt cum aliis idem sentiamus, eorum species & magnitudines dignosci oportere, quasi per epilogismum nunc Hippocrates hortatur. Non enim hic δυνάμεως acceptũ oportet ab Hippocrate pro medicamentis quæ à viribus quibus hæc pollere consueuerunt, vt olim veteribus, sicut scriptum est apud Galen. libr. κατὰ γένη. Deinde hinc sumpto exordio, vti decet artifices, hoc est à causis manifestis certisque, sine quibus vt est imperfecta Medicorum demonstratio, sic & curatio; fiet progressus ad reliqua, quæ tamen illis non nisi priùs expugnatis rutò cedant disparentque. Ergo ἐπὶ δὲ ἄλλα, ad alia (inquam) νόσου, eundum esse tum demum Hippocrates voluit noster, quæ nimirum ad vterum pertinent. Quisque enim frustra riuulos exhaurire tentet, si fons perennis erit & inexhaustus manebit. Verè inquam videbitur consentaneum, vt (ὅσα μὲν ἐξ ἀρχῆς πρὸς τοῦ σώματος παρέλαβεν αἴτια) quæ ab osculis vteri, impedimentorum conceptionis causæ manabunt, primùm deleantur, & pristino statui oscula restituantur atque directo. Sic enim ὑγιεινὰ dici opinamur hoc loco.

Ὁκόσον δὲ ὑγρότερα ἴσχει] Quoties autem muliebri impedimentum multus dabit humor, rebus illius expensis ad vnguem, enitendum quoque erit, vt tollatur similiter, siue causa materialis in partem muliebrem è toto corpore decumbat, quod κατάντων modò dixit; siue ab ipsa eadem parte ortum habeat, siue ab vtrisque. Quod hoc quoque interpretationis nostræ superioris quintum argumentum ponetur. Quid porrò per σύμπτωσιν velit Hippocrates hoc loco intellectum, licet repetere ex doctrina Galeni comment. in aph. 1. lib. 2. prognost.

Τὰ δ' ὑπερεκκαθαίρει, quòd si quid ab vtero, &c.] Hoc ex loco decerpta fuit bona pars aphor. 62. Hippocr. lib. 5, aphor. nisi quòd illic ἐξ ἀμφοτέρων τῶν κράσεων σύμμετρον, mediocrem ex vtrisque requirit commoderationem ad fœcunditatem: hoc autem loco siccitatem vteri cupit bonitate succi ita inter cutãdum temperari, imò tanto talique superari humore, vt inde præpinguis ille supersit potiùs quàm gracilis tenuisve. Rationem repetes, si gratum videbitur, ex aphor. 5. lib. 2 quanquam isthic de tenuitate victus locutus tum ait Hipp. noster. Attamen audemus tanquam simile ipsit in hoc aliquid, hîc meminisse τοῦ πολὺ τὸ ἀμέλγμενον ἐὰν γένηται, μᾶλλον γὰρ μᾶλλον ἐν τῇσι κατέξει, ἢ ὦν, &c. quòd maius est delictum quod viuendo tenuiter committitur, quàm vbi paulò pleniùs & cum vbertate viuitur. Quanquam non assentiatur nobis edoctus professor Fuchsius hanc interpretationem in commentario. Sed in oratione sua illhanc adhiberi curam postulat Hippocrates, ἵνα μὴν ὑγρὴ ἴσχοι, vt vterus humidus non maneat. Sic enim est simpliciter loquutus Hippocrates. Quod ad verbum reddidimus, quò id quid volumus, facilùs intelligatur. At vbi de euitanda eiusdem siccitate verba fecit, nihil interposuit vt sequitur, μὴν πλέον αὐαίνοιτο, tanquam in hac hypothesi citiùs effugienda esse siccitas videatur, cuius occasione nimirum (ὑπερεκκαθαίρει) enadunt vteri tenues gracilésque, sicut (ἰσχναίνει) copia benigni humoris, ũdem ipsi redduntur pingues. Atque in hunc quidem scopum nunc εὐχυμίαν, bonitatem succi, Hippocrates desiderauit. Maluit igitur Hippocrates quando remediis pugnabitur aduersus intemperiem vteri, maluit (inquam) vterum humidiorem sic reddi quàm gracilem & attenuatum. Qui eiusmodi tamen euadet, quando ab vno contrario, vt verbi gratia siccitate, deducetur in aduersum. Nostræ huic interpretationi quoque ea condito fauebit, quam procurat ipse in vteris qui nimio humore redundant, quique, vt aiunt, hac atque illac perfluunt. Hos ἀλεξιφάρμακα appellauit, quos tantisper exiccari iussit oportere, dum humoris reliquiæ attamen semper supersint, (καὶ μὴν πλέον αὐαίνοιτο) ne nimis scilicet exaresçant. Ad fœcundi-

tatem (credimus) ac vim concipiendi propiùs accedit magisque consentit humor, vt est amicus naturæ principiis, quàm siccitas, quæ ab iis abest longissimè.

lib. de Orat. aph. 52. lib. 2. Αἰεὶ γὰρ ὑπερβολὴ ἐνδείης] In iis tamen nimietas, quia vbique eo omnibus, vitanda erit. Offendit quidem assiduè quod nimium est, Tullio teste: sed τοῦ τε πολὺ τῇ φύσει πολέμιον apud Hippocratem in aphorismis, quidquid est nimium, tanquam hostis iosestissimus naturæ bellum iodixit.

Δεκτικώτερον δὲ] Concipiet igitur mulier noo ea quidem quæ est humidior, neque verò etiam quæ nimis exaruit & siccior est, vti demonstratum est suprà, oisi quid horum insit in vereri natura hoc est, docuit hactenus Hippocrates qua arte quod exuperabat in muliere, siue quid humidum, siue aridum, emendari queat adæquarique, gratiâ conceptionis (huius enim semper oportet meminisse) adeóque vt si neque humidior fuerit, neque exaruerit, concipere illa quidem possit, sublatis nimirum iisce obstaculis. Exceptio sequitur hæc tamen, Quòd si alterutra conditio insita sit & naturalis, quòd erit illa tum ita conceptiooi aduersa atque repugnans, vt non tam facilè cedat remedijs suprà præscriptis, quàm si victus errore solo parta fuerit ac euenerit merito dixerat. Sed hic ooster Hippocrates conceptionis impedimenta tollere nititur, quæ superueneruot potiùs quàm quæ sunt natiua. Hæc enim oouerat non posse (credimus) emendari. Eius indicio oimirum dictio ἐνδέχεται satis esse potest. Vbi & naturam quoque duplicem manifestò cuiq; integrũ est animaduertere io Hipp. doctrina. Arridet magis tamen posterior hæc nobis explicatio, qua sic dicamus: concipere verò illa mulier tum demum poterit, io qua quum antea in alterutro modo aliquid redundabat, ideóque non concipiebat, sublatis iis omnibus impedimeotis artificio Medici, neque nunc oimiùm madescit, oeque etiam exarescit: nisi quid tamen sit eiuscemodi qood impediat secundum naturam. Atqui neque hic locus est neque institutum Hippocratis, præscribere nunc, qua quis via Medicus queat id quod in muliere secundum naturam exuperat, resecare ad conceptiooem: sed quod ei tantùm inest ex accidenti. Hæc verò telegentibus occurrit Etotiani interpretatio quæ nostrum animum coofirmauit. Eius hæc sequitur oratio, Ἀρχαίη φύσις, ἡ μὲν τῷ πολὺ καὶ ὀλίγον εἶναι, quâ vetus oatura significatur fuisse Hippocrati, quæ priusquam quis ægrotaret, inerat, & quasi secundum naturam. Atqui toteles tamen natura prius, esse quid diuersum volut ab eo quod tempore est prius. Sed logica hæc veriùs sunt quàm medica, ideóque tanquam quæ extra rem iure prætermittemus.

SENTENTIA DECIMASEXTA.

Porrò autem ad virum mulierem accedere sub deceßionem oportet aut acteßionem menßruorum, poßquam per ea quæ præscripsimus *curationem recepit.*	1	Ἰέναι δὲ χρὴ καθ' ὑπὸ τὸν ἄνδρα, ὅταν τὰ κατὰ τῆς θεραπείης ἔχῃ, λήγοντων ἢ ἀρχομένων τῶν ἐπιμηνίων.
Præßiterit omnino tamen, quando illa penitus subßiterint.	2	Ἀεισον δὲ καὶ ἐπ' ἰῶ παύσηται.
Ac præsertim quidem periculum huius faciendum iisce diebus erit, num scilicet *illa concipere poßit: quum ßiquidem ßit hoc tempus maximè opportunum.*	3	Μάλιστα δὲ ἐν τούτοισι τῆσιν ἡμέρῃσι πρόσκεισθαι, ἰῶ δύνηται κύεσθαι· αὗται γὰρ κυεώδεσται.
Verumtamen ßi ßtatim mulier *non cõcipiat, cæterùm illi bene ßit; quo minùs cum viro ipßa concumbat alijs etiam diebus, nihil vetat.*	4	Ἢν δὲ μὴ αὐτίκα ξυλλάβῃ, τἄλλα δὲ καλῶς ἔχῃ, οὐδὲν ὃ κωλύει ἐν τῇσιν ἄλλῃσι τῶν ἡμερέων ξυμπίνειν αὐδρί.
Etenim exercitatio Veneris *in illis deßiderium adauget, eodémque modo venulas vteri & arteriolas magis relaxat.*	5	Γεγυμνέω γὰρ σφέα ποιέῃ ἡ μελέτη, καὶ ἀναχαλᾶται τὰ φλεβία.
Atque ßi ßemen viri eodem ßimul impetu rectà cum eo feratur quod est è muliere, concipiet illa tunc quidem citiùs.	6	Καὶ ἰῶ τὰ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἀπιόντα ὁμοῤῥοῇ κατ' ἴξιν τῶν ἀπὸ τῆς γυναικὸς, ταχύτερον κυίσκει.
Hæc enim est cauſa conceptionis, ßiue ijs illico, ßiue lõgo pòßt tẽpore ßemẽ excidat.	7	Καὶ γὰρ τόδε αἴτιόν ἐστιν, ἤν τε ἰῶσι αὐτίκα, ἤν τε ὑστέρῳ χρόνῳ ἀπίῃ.
Atque hæc quidem de ijs dicta ßint.	8	Ταῦτα μὲν ἀμφὶ τούτων λέλεκται.

EXPLI-

EXPLICATIO.

CONCEPTIONIS momenta adhuc Hippocrates persequitur. Inerat antea ex hypothesi in vtero vitium conformationis: aut ipse madebat nimis primò & per se, aut alterius quidem consensu. Quæ deleta, vti ars iussit, omnia quoque sunto ex hypothesi. Etenim curationem præcessisse hæc verba demonstrant, ὅπως δὲ ἐκ τοῦ τῆς διαχωρήσιος ἔχῃ. Sequitur vt tempus iam accommodatissimum ad congressum deligatur gratia conceptionis. Porrò ex tribus temporibus profluuij menstrualis, Hippocrates id interuallum præfert quod inter duos interest recursus periodicos menstruorum. In quo periculũ facere futuræ conceptionis licet rum maximè: ac si in eo vis maior & momentũ insit quàm aliàs ad cõceptionem. Dixit Hippocrates αὐτὴ γὰρ κυκλοῦται: vt & κυκλικὰς ἡμέρας in exegesi sua Galenus (de morbis autem loquebatur, creditus) τὰς ἐν ταύτῃ κρίσιμον ποιουμένας, in quibus crises euenire solent, appellauit. Quo quidem tempore si votis euentus non responderit, nec conceptio tãm subita quàm spes erat, consequatur; aliis licet etiam diebus Venerem exercere. Id fuerit saltem inde mulier consequuta, quòd & ad id magis accendatur, & alacrior promptiórque ad Venerem fiat, eámque concupiscat vehementiùs quàm antè, & ardeat illius desiderio & complexu viri. Quódque περιστάλλουσι στένοι τὰς φλέβας, sicut & φλεβία, venæ & arteriæ quæ suapte natura nimis astrictæ fortasse erant & minùs amplæ, eámque ob causam ineptiores tantò ad conceptionem, amplificati solent tunc eadem exercitatione & laxiores fieri ampliorésque; vt & cotyledonas constituant, & alimentum liberalius subministrent & spiritum.

Nisi rationes præferantur quas commenti sumus initio statim huiusce libri, vbi quomodo, quoties muliet peperit, ὑπόπαχύ οἱ τὰ φλέβια ἔσται ἐς τὰ καθάρσια, ad menstrualem purgationem mulieri ampliora vasa fiunt, explicuimus. An non enim vt (ὑπερὰ ἐστι πολὺ ἢ μοχλὸς, καθαρσίη τις ἐοῦσα) ipsis patentiora vasa reddit pnerperiorum euacuatio, quum purgatio quædam existat: pari ratione continget iis idipsum rerum Venerearum studio vsúque? Vnde dicebat Hippocrates lib. de natura puelli, καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς λόγος πολλὰ, ὑπόπαχέα γινόμενα τὰ φλέβια, μᾶλλον ἐπίσχει τὸν κάτουλον, si vir frequentiùs Veneri indulgeat, venulæ effectæ aliquanto inde pateutiores, Venerem magis extimulant. Quidni eadem quoque mulieribus conditio fiat? τῶν δὲ γυναικῶν ἐν τῇ μίξει σκοτοῦνται τὰ αἰδοῖα καὶ ἅδ' &c. illis confricatur nempe pudendum & commouetur vterus, à quo oboriatur tãdem prurigo, ad quã toti corpori cõmunicata voluptas cum calore etiam consequatur, lib. περὶ γονῆς. Verumenimuero quantumuis præparatio muliebrium organorum adsit, qnę explicata iam est, nisi vitis hæc qnoque eadem comitetur quæ iamiam exponetur; frustra Venus ad id quæritur & exercetur; hoc est, irrita manebit, qnum nec conceptio vnquam inde consequatur. Primùm ergo (qnamuis hæc Hippocrates obiter) animaduertamus quæ virum decent. Ponuntur hîc quidem tria ad promptitudinem concipiendi, sed quæ cõmunia illis esse debeant vtrisque. ni fallimur; imò etiam paria. Primo loco author semen notauit viri hisce verbis ἐκ τοῦ τῶν αἰδοίων, quæ à viro sunt. Secundo deinde loco, verbo ἀναγκαίη significauit esse perneccssarium, vt eodem ipsum coniiciatur impetu, atque quod erit à muliere. Vnde & tertium quoque adiungatur, (quum alioqui non sint hæc duo saris) vt κατ' ἴξιν, rectè videlicet feratur semen viri. In quibus quæ tria ius canonicũ desideranit ad iugum quod indissolubile omues esse cõsentiunt, cur hoc idem ex parte mulieris metitò nou desideretur? Requirit in viris ius illud erectionẽ penicilli iutromissionémq; & cõiectionẽ quoq; seminis in vterũ. His verò quæ canones in vitis desiderãt positis, cut muliet quæ nõ concipit ex compressu decenti, ad prolẽ inepta pari eadémq; sentẽtia non decernetur, statuetúrq;, si viro nẽpe semen cõiicienti, ea ipsamet semen quoq; intrò minùs libidiuosè reddiderit vnà cũ viro? Neq; hoc em est minùs necessariũ ad conceptionẽ, qdqd denegent aut dissimulẽt abblãdiẽtes mulierculę. Cuius quidẽ gratia iure nũc mulieris semen requiritur, vt ὦ λόγε ὁ γυναικὸς sermo amplè testificatur. Ne videlicet us asserri videamur q esse saris putãt, si vir solus in vteri fundũ semẽ cõiecerit, ad cõceptionẽ. Quũ siquidẽ vnicũ agens esse semẽ viri reputetur (per se tamen Hipp. ignauũ) iudicio aut potiùs opinione eorũ. Hoc verò abhorrẽs (inquã) est ab Hipp. doctrina quàm maximè, quia à rei veritate alieniſſimũ. Nihilò sunt illi sanè delicatulis scilicet virginibus aut mulierculis edoctiores; quæ vt se congressas negent libidiuosè, affirmãt se cõcepisse nimis sanè impudẽter, qa aiũt sine vlla Veneris titillatione atq; libidine. Mulieris semen reqrit cõceptio re vera causã sui. Atq; quò citiùs faciliúsq; ea sequatur, vt eõcurrãt simul semina & cõmisceãtur, vt dictũ est, omnino necessariũ. Ideóq; συμμίσγει, quod est rebus Venereis vti, appellarũt Greci, quoties id gratia ptolis perficiatur, ita loquuti. Eaq; ratione & iussa qdẽ Hipp. lib. 1. de diæta, demẽtiæ eos accusat hisce verbis, q dubitabãt an ex duplici igne tertius exurgeret; vt è duplici aqua aliud tertiũ genus p cõmixtionẽ τὸ δὲ τρίτον ἐκ τοῦ ἀμφοῖν ψυχροῦ μὴ γίνεσθαι ὑγρὸν, ἄφρον ἔοὐ. Sed enim hîc antea apud Hipp. obseruauimus varietatẽ numerorum in seminibus nunc explicandis colluctatorũ: quãquã & legatur ad finẽ huiusce cõmentarij numero singulari. Fortè verò nũc sic quia multis coniectionibus vir semen teddidit; saltẽ cõpluribus multò quàm fœmina. At summã hanc voluptatẽ viri quasi momentaneam, voluptarij motus iucundiq; quo sensus in mulieribus exhilaratur diuturnitas, etsi fortè nũ ad satietatẽ, satis & abũde nunc quidem cõpensabit ad cõceptionem. Quũ siquidem ἢν μὴ ἐπὶ πολὺ αἴξηται μίσγεσθαι ἡδὺ πάντως ἔστ' ἐκείνῳ, μέχρις οὗ αὐτῷ μαθὼν ὁ ἀνὴρ, à cõgressus principio tantispet fœmina voluptate pet fruatur, dum vir semen emiserit, scilicet penitissimè. ἐγγὺς γὰρ πάντων ἔ ἀνδρὸς ἐς τὰς μήτρας, ὀφίσιν ἢ τέρμιλον ἔ ἢ ἰνδικὸν ἡ γυναικὸς, &c. Non nisi priùs coniectũ fuerit viri semẽ in vterũ, mulieris ardorẽ & voluptatẽ id vnquam extinguat, nõ secus quàm frigida affusa setuenti aquę, παύεται ζέον, feruere hæc inde cessat: aut potiùs accidit hoc εἴ τις ὕδατι φλόγα οἷον ὑπέχοι, si quis in flammam vinũ coniciat. Ne nempe putetur ex hoc Hipp. loco frigidum semen esse, quum aquam dixit primùm quæ per se frigida est, vinũ postposuit quod snapte etiam natuta caloris particeps est; ne quid nimirũ ad facilitatẽ nũc desideretur. Etsi petẽda nũc sit potiùs ex suẽtu ratio similitudinis, quàm ex eius natura quod

æstum fernot émq; restinguit. Porrò in verbo ἐμφύσησι, ducta est metaphora à remigibus, qui dum remos immergunt io aquam figúntq;, & ex eadem ipsos ardentiùs statim attollũt, aquam sic agitãtes edũt quẽdam strepitũ, qui Græcis est ῥόμβος. Et quia eorum artis est suum id munus obire vno nixu consensúq; & pari æqualiq; temporis internallo; ἐμφύσησις tunc proprièilli quidem dicãtur. Quam quidẽ isthanc quoque cõmotionis æqualitatem si parẽs vterq; seruabit, quam nunc in rebus Venereis desiderat Hippocr. quidni ἐμφύσησις verè oũc etiã (volumus quidem metaphoricẽs) vsurpabitur? Porrò etiam ad mutuam cõgredientiũ accessionẽ recessionémq;, vnius tandem semen ad egressum alterius simul cõfluet & occurret; eodémq; modo fortè intus ῥόμβος ciebitur, ad quem μίξις primùm & ex mixtione conceptio duce Natura cõsequatur. Sic sanè quidẽ (ζεύγεσι κοίτης) mulier celeriùs loogè cõcipiat, quàm si semen vnius aliquantò pòst excipiat ingressum alterius. Quidquid affingãt ipsæ, & κνησμὸν pruritũ vllũ, & ne voluptatis scintillã (vt aiunt) in coitu persensisse mulieres, vt diximus, dissimulent. κατ' ἴξιν perpetuò quidem vt hoc suum negotium fiat, studentillæ sedulissimè, ad quam tem trahãtur etiam (scilicet) inuitæ, natura sola duce. Suam porrò de mixtura seminum vtriusq; parẽtis, vt & de voluptate mulierũ, etiámq. de cõcursus profusionis seminis vtriusq; equalitate dubitatioõe dissimulãs, aliorũ iudicio tegit & velat Arist. sub finem cap. 19. lib. 1. de generatione anim. Sed lóge longéque plurimùm nostri huius veteris, qui idẽ fuit & illius, præceptoris authoritati meritò tribuimus, qua quisq; se tanquã firmissimo propugnaculo aduersus omnes omnium impetus & sententias possit tutari & obfirmare, si velit obstinatissimè. Cæterum inquirendum quoq; est num isthæc quę hoc loco declaratur concipiendi celeritas, argumẽto satis esse possit, quòd res euenire aliàs aliter queat, quòdq; sæpe fieri nõ desinat inde conceptio, etsi fortasse seriùs aliquando ipsa contingat. Sed in perpetuum summi huius dictatoris stabit sententia & rata permanebit nunc quæ explicata est. Hîc duo supersunt quæ prætermittere oon possumus. Prius est, ad quod nimirum τὸ referatur. Deinde quum prius posteriúsque, temporis momentum nunc quoque notarit Hippocrates, (id enim signant αὐτίκα καὶ ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ) quorsum ἀπὸ debeat pertinere. An ad eam voluptatem & spirituum conturbatricem, quæ in eiaculando semioe percipitur: (hanc verò paruam epilepsiam Democritus vulgò appellauit) an potiùs ad elapsum ac effluuium seminis, quod tunc propter deforme osculum vteri statim accidit, de quo tam abunde suprà: aut quia in congressu alter altero posteriùs semen reddit & eiaculatur? Tot enim modis posse ἀπόκρισις de semine exponi apud Hippocratem ipsi notauimus. Sed de üs nostrum iudicium, si tempus feret, aliàs statuemus.

SENTENTIA DECIMASEPTIMA.

Sin autem osculũ vteri humidius erit, non poterit vterus *allicere semen* viri: *ideóque acrioribus pessarijs vti oportebit.*

1 Ἢν δὲ ὑγρότερον ᾖ τὸ στόμα τῆς ὑστερέων, οὐ δυνήσεται εἰρύσαι τὸν γόνον, προσῆκει δὲ χρέεσθαι δριμέσι.

Obfirmatur enim aliquãdo stomachus vteri *morsu & calore exuperanti: & sic quoque aliquo modo conciliatur aut potiùs restituitur ipse sibi.*

2 Δηλοῖς γὰρ καὶ φλεγμήνας ὁ στόμαχος τερπός ἐστιν ὅτε γίνεται, καὶ δί τι ἠδέλφισται.

Atque si ipse occalluerit, acriora indere pessaria præstiterit & quæ mordeant.

3 Καὶ ἢν σκυρωθῶσιν, ἀρήσει τὰ δριμέα τε προστιθέναι ἃ δήξεται.

Nam fella & quæ ignea vi pollent, callum dissoluunt.

4 Τὰ γὰρ γλυκέα καὶ πυρώδια ἐόντα, τὸν σκύρον διαχέει.

Qui si sic emolleſcat, perficiunda erit curatio emollientibus quæ nihil mordeant.

5 Ἢν δὲ λεπτυνθῇ ὁ σκύρος, μαλθακοῖσιν ἰητέον, καὶ ὅ τι μὴ δήξεται.

Cæterùm si mulier *diuturno tempore non concipiat, apparentibus* tantummodo *menstruis; tertio aut quarto pòst die alumen in tenuissimũ puluerem cõtritum, vnguento dilues, quod exceptum lana intromittas: & quod totum triduum inhæreat; quartóque etiam pòst die posteaquã in oleo deferbuerit fel bouis, & eo gossypiũ imbueris, indas: quod* etiam mulier *contineat, triduum totum; postea verò demat indéque cum viro concumbat.*

6 Ἢν δὲ διὰ πολλοῦ μὴ κύσκηται τῆς καθαμιλιῶν μὴ φαινομένων, ὅταν ἢ τεσσαρακοστὴ ἢ τεσσαρακοστὴ, στυπτηρίου λείου τρίψας, δυοῖν μύροιν, ἐλαίῳ ἀναπλήσας τρίζων προστίθη· καὶ ἐχέτω ἡμέρας δύο. τῇ δὲ τρίτῃ, χολῆς βοὸς αὔου σὺν ἐλαίῳ ἀναζέσας, καὶ ἄχλῳ ἀναδήσας, προσθεὶς· καὶ ἐχέτω ὅλας ἡμέρας δύο. τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἐξελέσθω, καὶ τῷ αὐτῷ ξυνίτω.

EX-

EXPLICATIO.

PROPOSITIO antea fuit huic authori κεμιλαίνῃ δὲ ἐν μεσῇ, &c. quòd est ei concipiendi tributa potestas, cui neque humidus vterus est plus æquo neque aridus. Vt autem hoc loco nullus puter Hipp. velle exuperanti humore vterum destitui, ne semen nempe obrutum eo extinguatur; (quanquam & hinc quoque queat istud periculum imminere) meminisse ipsum oportet quòd ea est hic Hipp. mens ratióque, vt in vtero non redundet humor, ne eo relaxatus factúsque infirmior, impotens reddatur ad attractionem & comprehensionem cõiecti seminis viri. Hanc interpretationem ex Galeni doctrina desumpsimus priore lib. de semine, quemadmodum transcripta eius oratio statim docebit. Etenim satis non est vt semen in vteri fundum coniiciatur etiam summa cum viri cupidine: nisi & auidiùs aliquantò ab vtero contrahatur retineatúrque ad conceptionem & propagationem generis, cuius quippe solius gratia vterus ipse coofectus est, non rei cuiusquam alterius. Quatuor tanquam ministris natura tutatur sese & conseruat & souet. Facultates eas appellant vulgò. Sicuti iisdem ipsa vtitur ad nutritionem, qui fuit naturæ prior quidem scopus, non attamen potior, quum ipse aliò referatur.

Οὐ δυνάμενα ἕλκειν τὸν γόνον, *non potest trahere semen*] Summa attrahendi faculeate vterum pollere demõstrauit Galenus loco præcitato. Conicit vir quidem semen in vterum, sed illi quomodo (attendite) fert vterus suppetias ad conceprionem, testantur hæc verba Galeni Cornario interprete doctissimo. Quemadmodum (ait) venter vbi cibos concupiscit, cum fundo suo ad stomachum occurrit ac eo velut quadam vtitur manu: eodem planè modo vterus propter concupiscentiam qualitatis seminis venit obuiam occurrens quidem totus ad pudendum; collo verò velut stomacho ad similitudinem manus vtitur, intrudenti simul ipsum semen. Audiamus iam & reliqua quæ eodem loco sequuntur. Itaque si quando hic stomachus debilitetur planè ad similitudinem stomachi ventris, semen attrahere non potest. Atque id est quod ab Hippocrate dictum fuit (ait) Non potest stomachus ipsius trahere genituram. ὑρύειν autem Erotiano idem quod ἕλκειν, vt notauit ipse apud Homerum. Hippocrateas attamẽ pro more aucuparus dictiones poterat hic ὑρύειν, & secundo postea libro, vbi καὶ ὑρύεται, καὶ ὑπερῥήγνυται, καὶ ἐκπεφύκασιν, &c. leguntur, obseruare, & alibi passim. Sed quod supereſt notatu dignissimum, est quòd cohærens sibi ipsi semen quo tempore attrahitur, quum sit viscosum crassumque, extenditur quidem & dilatatur omnibus vteri partibus æqualiter ipsum appetentibus, eodem Galeni loco.

Προσήκουσι δὲ, *idéoque pessariis*] Vt facilis verò fuit & breuis exposita conditio vteri, sic & eius curationem perstringit Hipp. breuiter nuoc per pessaria vehementiuscula. Si vterus humidior fuerit, eum siccare oportebit, scilicet per contraria. Propositio est ex fontibus hausta veterum physicorum contra nouam Paracelsitarum opinionem. Cui hanc rationem quoque annectit Hippocrates, propterea quòd sæpe fit, vt ea ratione modóque vterus recipiat & seruet tobur suum. Vt qui antea semini excipiendo quidem esset opportunus, eidem tamen trahendo satis esse nequeat propter iofirmitatem obortam sanè tunc ab exuperantia humoris. Quod non vsque adeò hoc tamen tutum præsidium est, ac si eius prolapsu & copia obruatur, vt ex huiusmodi pessariorum vsu siccatio sufficiens semper consequatur, ideóque dixit ipse ἐπὴν γένηται, *est quando accidit*. Eodémque loco suum ἐπὴν per καθ' ὅ, secundũ quid, ipsemet postea interpretatur. Quo etiam loco nos ἰδίωμα reddidisse notabis lector, quemadmodum Galenus exposuit in sua exegesi dictionum Hippocratis obsoletarum. Vbi & eodem authore σπάρος, σπῶρος fuit idem quod callus, & σπαρωθῶσι, πεπαρωθῶσι.

Καὶ ἢν σπαρωθῶσι, *quòd si occalluerit*] Quasi dicat ipse, etsi videantur aduersæ conditiones statúsque ipsius vteri scilicet qui proximè explicabatur & qui est in hypothesi potissimùm verò si occalluerit & concreuerit tumor aut rudis inæqualitas quædam (si mauis) ex humore frigidiore (placet nunc etiam σπάρον sic interpretari) nihilominus tamen vtriulque remedia eadem esse possunt, scilicet per pessaria quæ mordeant. Fella quotumdam animantium eiusmodi sunt & quæcunque alia quæ calefaciunt ignis modo. Liquant nempe fundúntque collectiones humoris potissimùm frigidioris, vt dictum iam est. Quod cum viris est commune quidem remedium. Fatebor equidem ingenuè, quòd me Plinius hac in re iuuit plurimùm, quum triduum totum malè me hic locus antea habuisset. Memor auspicatò tandem ipse fui, quòd luserant veteres suis loquendi formulis, veritatis omnes studiosi semper. Illi, quemadmodũ Galli adhuc sæpenumero obseruant, per antiphrasin multa nominabant. Herbulam describit Dioscorides, quæ quum capillorum vix speciem ferat, adeò exigua & prætenuis est suapte natura ac maximè flexilis, σπάρον veteribus fert è iconicè dicebatur: quasi solido illa cõstet osse & ossea tota sit. Illa sine duritie tamen Plinio herba fuit, ex aduerso (ait ille) appellata à Græcis, sicut (notate) fel, dulce. Eiusmodi excidunt quidem facilè è memoria cuique homini, sed post longas meditationes sum tandem ipse consequutus ex eo, quòd nec hic λευκὰ alba, nec λεπτὰ tenuia legendum, sed γλαυκὰ reponendum fuisse, hoc est fella. Videbã enim quòd vt Cornarius reddidit *tenuia*, λεπτὰ legerat in Græco exemplari. Quod maximè dissentaneum videbatur superiuribus. Legit quoque λευκὰ Erotianus, & pro ἄλφιτα, ignis ipse stans vires, δύναμιν reposuit, σπαρωθῶσι quoque interpretatur σπαραγμωθῶσι, καὶ οὐ σπαρωθῶσι, & quæ sequuntur pleraque diuersa. Sed & perperam longè magis interpres Caluus ad λευκὰ coniunxit λεπτὰ. Is enim dixit *tenuia albáque*, quæ non bene etiam cohærent cum reliqua Hippocratis oratione. Nam λευκὰ *tenuia* excogitare retinendum esse, quia sint angusta ac subeant facilè, effutire quiddam est, sed minùs aptè; rem non spectare neque vsum: at expedire se velle è visco tantùm, quum sic eò tamen magis impingant interpretes. Doctores verò licet esse perstudiosos & antiquitatis cultores, rerúmque omnium quæ ad

cap. 10. lib. 4.

antiquos possunt pertinere. Nostram verò explicationem veritas rei strictè & accuratè defendet, eiq; abūde mox suffragabitur, quòd gratiā exempli dum se statim ad curationem per pessaria accinget Hippocrates, χριλὼ ipse βοὸς, sel quoque bubulum scilicet exiccatum in oleo seruefacit in hunc eundem scopum, quemadmodum & aliàs pluribus locis.

Ην δὲ πεπηχῦ ὁ τύφος, μαλλον. & cætera, *quòd si callus emolliatur*] Sic nos hunc locum accepimus, vt siue tumor durus qui cervicem obsedit vteri, molliusculus sit ipse per se, siue Medici artificio ad imitationem & primum naturæ scopum comparato: scilicet per ea quæ vim attenuandi habent, submollis nempe reddatur, vt non vsque adeò quàm antè, durus nunc appareat; vel cessandum tum videatur ab vsu acrium, si admota antè iam profuerint: vel si nondum vsurpata, prætermittete ea oporteat. Quum his quæ in oratione explicata sunt, positis, solummodo locus relinquatur emollientibus, quæ sufficere ad curationem perfectam queant. Ea sint autem oportet (μὴ δάκνοντα) blanda & quæ non mordeant. Ne excrementa nimirum ad inferiora protitentur, quæ damnum, vt sæpe contingit, damno augeant.

Ην δ' ἐξ ἀπαδὸς μὴ κύσωνται, *cæterùm si per tempus longum*] Rerum Venerearum est data viro licentia superiùs ab Hippocrate gratia conceptionis: atque leuato quidem priùs vtero tum ex vitio cōformationis tum incommoderationis seu cuiusuis intemperici; perfecta denique, vt erat decens, vteri curatione, quam & hic supponimus. Itaque si in hac hypothesi vir liberis operam dederit ἐξ ἀπαδὸς, diutissimè (hoc verò & per ἐξ ἀπαδὸς Hippocrates loquutus idem volnit significarnm lib. de natura muliebri, vbi etiam ἀμφαινόμενον pro eo quod nunc perperam scribitur μὴ φαινόμενον aliquātò veriùs legitur ex eadem hypothesi in exemplari Græco communi) suam (inquam) operam dederit vir, & tamen frustra; quandoquidem oulla inde conceptio consequnta adhuc ponatur, huic opportunè remedia instituentur quæ sunt nunc præscripta ab Hippocrate. Sed de his statim postea. In usce porrò recensendis quid quodque esse debeat, quantúmque & quamdiu gestare quidque oportebit, integrum tunc cuiq; erit animaduertere. Cæterùm per τρίτον ἢ τετρατον τρίτου τετάρτου, quodnam voluit intelligi Hippocrates temporis interuallum? An dies scilicet, sicuti opinati sunt alij quique interpretes, iure nunc quidem dubitetur. Quanquam (ἐξ ἀπαδὸς μὴ κύσωνται) per tempus diuturnum non concipere, ex aduerso ei respondeat quod ita superiùs legebatur, ὧν δ' μὴ κύησα ξυνίασι, *sin autem protinus non concipiat*; quum siquidem ad spatium menstruom possit referri quadam cum ratione vtcumque probabili. Atque hæc suspicio hinc aliquantum possit augeri, quòd hac eadem loqnendi formula vsus sit ipse, quum de trimestri aut quadrimestri menstruorum suppressione illi sermo antea fuit. Cōsentaneum verò magis est doctrinæ authoris, vt hic tamen locus de numero dierum intelligatur. Dies verò dicimus non purgationis, hoc est tantisper dum menses seruntur; quandoquidem ab exacta ea purgatione tempus præscriptum in oratione intellexerit Hippocrates. Ad scopum nempe quem Hippocr. sibi proposuit, referenda omnia sunt. Mens cuius hic temper fuit, qnomodo impedimenta conceptionis deleri possunt, perscrutari, hoc est inuestigando præscribere, quonam pacto ipsæ reddi fœcundæ poterunt & fertiles, quibus conceptio iampridem negata fuerat explicatis de causis & qnæ dicentur. De conceptione attamen opinionis conceptæ mulier amplam habere tunc queat occasionem, cui quum in vsu Veneris periodico cursu bellè menses antea responderent, modò eidem illi prorsus non apparent: si, vt nuper dicebamus, μὴ φαινόμενον per negationem, non autem ἀμφαινόμενον vna dictione, quemadmodum libro de natura muliebri apud Hippocratem, retinebitur. Arridet verò magis affirmans oratio Hippocratis dempta μὴ negante particula. Vt, si modò hic bēne ratiocinabimur, sedulò cuique antēdenti ad verba Hippocraris & conferenti quoque ipsa inter se manifestum fiet. Quasi enim hæc pugnantia à sese quàm longissimè nimirum dissident, τὸ καταμήνιον ἀμφαινόμενον scilicet, & quod proximè sequenti capite dicetur, τὸ χωρεῖν κῦ φύειν ἐγκύμονα: Apparere nunc nimirum tantummodo menstrua, hoc est vti cogitamus, exitu libero prohiberi: & foras, quod iamiam dicetur, effundi liberaliter, vti decet secundum naturam. Hinc attamen & illinc (μὴ κύσωνται) non venit sæpe conceptio, vt sic vtrobique concipiendi impedimenta semper notentur. Quibus vt se mulier possit expedire, qnid ei erit opus facto, iam nunc, si placet, audiamus ab Hippocrate. In hoc verò loco scrupus inest. Quum enim, vt modò explicabamus, menstrua hîc ἀμφαινόμενα dicantur, tantummodo apparere; συνθεῖα antem alumen ἐξηρὸ τε ὑγροῦ ita Græcis appellatur, quòd astringat arctissimè; qnonam pacto, quamtumuis tenuissimè conteratur & vnguento diluatur in hypothesi, cooserre possit ad conceptionem? An quòd χαλκῖτις sciffile alumen Hippocrates voluit intellectum, an verò commune illud concretum, cui leuis qnoque detergendi vis esse vsu comperietur, etsi astringendi insit maior potentiorque? Hæc verò quæ longè potior ei est, in hypothesi vnguento diluitur, vt sic quoque multò remissior reddatur & quasi refrenetur. Verumtamen si eius appositu Medicus voto potitus fortè non fuerit, est qood potētiùs idem ipsum aliquantò præstet, sel bouis ex Hippocratis præscripto apparatum. Namque si ἀμφαινόμενα apparere nunc solùm menstrua dicantur ex hypothesi, quia venarum oscilla vteri ad menstruale profluuium, eadémque ratione ad concipiendi facultatem nnn satis patent neque dehiscunt, est quod hæc ipsa satis quidem recludat vtrumque illud remedium quod sequitur in scopum Hippocraris. Sed de vrendi modo, gestationis quoque tempore & ordine, & ablatione cōmoda remediorum, dictum sat est ab hoc authore. Post detersionem verò dictam vasorum quæ ad vterum pertinent introrsum, & qnorum esse muneris semen concipere aliàs demonuimus, opportunum maximè tunc rerum Venerearum vsum fore ratus est Hippocrates. Itaque ἐξιόντων καὶ τῶν ἀνδρῶν ξυνίσιν, tempori auferendum possum esse, deinde colluctandum cum viro, sic fatus iussit Hippocrates gratia exoptatæ conceptionis. Eò enim, vt diximus, auferenda omnia nunc semper erunt, quom sit quidem scopus præcipuus adhuc authoris. Cæterùm quid sit ἄχνη, indicabis facilè, si ei iungetur

getut nomen ὑμήν, vt didicimus ab Erotiano. Ac reuera quidem sæpius vtrumque iunctum simul reperias apud Hippocr. vt quum verbi gratia ἔχει τινὰ ὑμένιον λεπτὸν ipse dixit lib. de articulis.

SENTENTIA DECIMAOCTAVA.

Ἢ γυνὴ μὴ δέχηται ἡ γυνὴ τοῦ γυναικείου καὶ φύσει ἐρχομένων, ἡ μεμβράνη ὑπάρχειν ἔοικε. 1

Si mulier nō excipit semen viri, *etiam si* periodicè *menses secundum naturam ferantur*, suspicio quidem est quòd *membrana propendet pro foribus* vteri.

Γίνεται δὲ καὶ ἐξ ἄλλων. 2

Quanquam id contingat alijs quoque de causis sæpenumero.

Γνώσῃ δὲ τοῦτο δακτύλῳ, ἅψαι τοῦ προβλήματος. 3

Veruntamen facilè *digito dignoscas quidnā obtruditur*, scilicet *per cōtactum*.

Πέσσημα δὲ ποιήσας ῥητίνῃ καὶ ἄλλος χαλκοῦ, ἐς μέλιτι εἰς ὀθόνιον ἁρδαλώσας, προβόλης ῥάμμα ἐκδήσας ἐκ τοῦ ἄκρου, ὡς ἐσοίσεται. 4

Quibus ita positis *pessarium* confectū *ex resina & æris flore cū melle cōmixtis linteolum inficias, quod intromittas in sinum pudoris (appenso* tamen priùs *filo ad parietē eius extimam) quàm penitissimè.*

Ὅταν δὲ ἐξενίκησης, ἢ μυρσίνῃ ἐν οἴνῳ ἀφεψῶν, τῷ οἴνῳ χλιαρῷ ἀξαντίζεσθω. 5

Hoc *verò vbi extraxeris, ac incoxeris myrtum vino, eo se abluat mulier tepente.*

Περιξῆν δὲ τὸν χοιρίδα ἄμφιον.

Sed vndiquaque membranam euellere longè quidem præstiterit.

EXPLICATIO.

SVBLATA quidem sunt conceptiunis impedimenta quædam, de quibus suo loco actum est hactenus ab Hippocrate. Supersunt & alia quæ ex ordine ipse recenset, & suo quidem ea delet summo artificio. Ad quorum explicationem priusquam aggrediamur, aliud esse γυνὴ δέχεται, & aliud λαμβάνειν ἐν μήτρᾳ, ad quod πάντως tamen sæpe sequatur, obseruandum est in Hipp. doctrina; quemadmodum è principio libri περὶ ἀφόρων colligi potest facilè. Superiore postremo capire conceptio nulla veniebat, eò quòd solùm apparere mulieri menses dicebantur: nunc illi eidem quamuis naturaliter ferātur ex hypothesi, siue nos qualitatem, siue copiam, siue tempus & excretionis modum spectemus; tantùm attamen abest vt conceptio hinc fiat, vt ne quidem semen excipiatur è viro coniectum, quod inprimis foret ad conceptionem perneceſſarium. Deinde ne quis parem putet rationem esse egressus menstruorū quæ sit coniectiunis & ingressus in vterum seminis è viro; vt nimirum si liberè menstrua fundantur, sicut est in hac hypothesi, debeat consimiliter seminis viri aditus ad vterum liber esse; is esse sciat pelliculam pro foribus vteri, & bîc intelligi huiusmodi esse impedimentum: atque hanc vndiquaque protensam ex limine oris vteri pessum ferri & prupendere, hoc est ab illius ostioli ambitu pendulam esse membranam. Eo sanè pacto venientia quidem tempori menstrua, secundum membranam confluentia, profundentur. E contrario obsisteret hæc eadem introrsum repulsa in congressu nimirum arrecto pene & succutiente. Quonam alioqui modo aditu ad vterum semen prohiberi queat? liber contrà facilisque excursus erit menstruorum, vt est in hypothesi? Nostrę quidem sententiæ huius commentationem ex hoc authore desumpsimus. Penè enim hæc eadem sunt lib. de natura muliebri, paucis admodum commutatis: sed lib. περὶ ἀφόρων aperta hæc eius sunt verba aliquantò magis: ὅταν μὲν διώσῃται ἡ γυνὴ γονὴν δέχεται, πᾶσα αὐτέων μεμύκασι ὑπεπτερύγιαι τὸ στόμα τῆς μήτρης. Ex quibus sine vllo negotio intelligatur non intus in vtero enatā membranā esse, sed in eius tantùm ostiolo siue circuitu. Vnde & alium locum in lib. nempe περὶ γυναικείης φύσιος restituimus, vbi pro ὑπέρκειται τούτου legendū ὑπέρκειται στόματος censemus. Cęterùm hāc perforatam esse tamen membranā fit verisimile: alioquin quonam modo in transuersum menses nunc profundantur? Simillima quoque sunt ad ipsum obstaculum remedia vbique apud Hippocratem: nisi quòd plures curationis sunt modi lib. περὶ ἀφόρων, vbi & therapeutica alia recensēt quamplurima. Quemadmodum pessarij magnitudinem definit, & mansionis quoque tempus illius. & mulieris formam decubitus, vt & horam concubitus. Et quòd penitissimè pessarium sit intromittendum, ῥάμμα, &c. tunc quoque filum appendi opurtere; ne scilicet in cauū vteri si fortè intrudatur, concipiendi concupita facilitas sic magis præpediatur: vtque etiam ad nutum cuiusque possit reuelli. In iis verò suppositiriis ad erosionem pelliculæ diu perseuerādum esse suadet lib. περὶ ἀφόρων Hipp. ac vicissim penitiores eas pudendi partes confirmandas esse decocto myrti, quemadmodum & lib. post. vbi de curatione vlceris pudendorum illi sermo erit: vt & χυλαφῶ, quod tertium nunc notabitur, nisi subtrepido mulier hoc vino vti debeat: quippe qui neruis abundet vterus & dicatus sit generationi; propterea que ma-

gnam ei molestiam quod est actu frigidum, alioquio adferre queat. Tandémque etiam periculi faciundi gratia an pellicula nimirum detrita sit, aut eidem adhuc sit impedimento (μὴ ὃ ξυνίσι) congrediendum tunc esse cum viro voluit eodem libro: hisce verò acribus remediis si nõ exederetur fortè membrana, ad amputationem transeundum esse modò cohortatur, quod præmiserat lib. περὶ αἱρέσιος. Itaque præsentem orationem terminauit ipse ita loquutus, ἀκέσηται δ' ὁ τοιοῦτος χειρῶνα, ἄμεινον, melius fore ratus isthanc membranam amputare & quasi circumcidere. Ne quiddam scilicet pullulet aut renascatur, quod par possit negotium redintegrare. Satius autem fuerit peritioris manu Chirurgi sensim illam euellendo, opitulari; quàm digito fatuæ obstetricis cuiusdam lacerando mulierculam in vitæ discrimen induci. Quod longè Chirurgos decet magis quàm techois suis pollicitari mulleribus fœcunditatem; quemadmodum plerique adhuc eorũ factitant, vt & quidam thopopolarum, attamen idiotarum vtrorumque.

SENTENTIA DECIMANONA.

Mulieres præterea quædam sunt quæ promptè *quidem* ac *facilè concipiunt, perferre attamen nequeũt; sed fœtus ipsarum statim sub tertium mensem aut quartum* quidem *perduntur, vel nulla etiam superueniente causa, ne assumptis quidem esculentis dissentaneis naturæ.*

1 Εἰσὶ δὲ γυναῖκες αἵ τινες λαμβάνουσι μὲν ῥᾳδίως ἐν γαστρὶ, ἐξενεγκεῖν δὲ οὐ δύνανται· ἀλλὰ σφέων τὰ παιδία ἀμβλίσκεται ἢ ἅμα τῷ τείτῳ μηνὶ, ἢ τῷ τετάρτῳ, οὐδεμιῆς αἰτίης ἐπιγιγνομένης, οὐδὲ βορῆς ἀνεπιτηδείου.

Eius verò causa quod modò diximus, præsertim hæc esse cõperietur, si fœtus suos vteri incremento prohibeant, aut si ipsce ipsis fortè *conturbetur venter.*

2 Καὶ τοῦτο ἔστιν αἴτιον τῆ εἰρημένῃ, καὶ μάλιστα ἢν τὰ ξυμπυθήσιος τῆς αὐξήσιος τῷ ἐμβρύῳ αἱ μῆτραι, ἢ ἡ κοιλίη σφίσιν ταραχθέωσι.

Quum autem fœtus corrumpuntur, vulgò *infirmitas incidit, & febris vehemens, fastidiúmque cibi.*

3 Ἀσθένια δὲ καὶ πυρετὸς σφοδρὸς, καὶ ἀσιτίη ἐμπίπτει τῷ χρόνῳ τούτῳ, ᾧ αἱ τὰ παιδία φθείρωσιν.

EXPLICATIO.

Hic locus sanè primùm pertinere videbatur ad eum commentarium qui postea proximè scriberetur & ordine tertius est, quum non nisi quod cadit in grauidas & eas sæpe opprimit symptoma nũe definiat Hippocrates. Enimuero quando, quòd exoptatus conceptionis finis est perfectus partus, in memoriam reduximus; sermo huc tandem visus nobis non vsque adeò alienus fuit ab instituto authoris. Sed namque sibi cohærent vniuersa quæ vsque adhuc obscuriora illustrauimus. Cæterùm quia in Hippocratis doctrina comperimus duobus saltem modis augmentum posse fœtibus imminui; dubij statim ferebamur, an euenire id hic vellet Hippocrates διὰ στενοχωρίαν, per angustiam locorum, quemadmodum id ipsum contingere aliquando, perspicuè demonstrauit ad finem lib. περὶ γονῆς. Verba cuius sunt: ὧν γὰρ μὴ ἔχῃ ὑπερχωρέειν, ἵνα τὸ ἔμβρυον τρέφοιτο, ἀνάγκη ἐστὶν αὐτὸ λεπτὸν γίνεσθαι, ἅτε οὐκ ἔχον τῇ αὔξῃ ὑπερχωρέειν, & quæ sequuntur. Vt nimirum quando deerit loci amplitudo, spatiúmque in quo fœtus enutriri possit ad incrementum, necesse sit prorsus eum tenuem effingi, quippe qui (inquam) satis amplo ad incrementum spatio destituatur: vt non adsit πασὶς ἰσομοιρίη, æqualis partium potestas, quemadmodum loquitur lib. de aeribus, locis & aquis. Ita quidem omnino fœtus poterit incremento prohiberi, quantumuis etiam supperat copia nutrimenti etiámq; quàm maximè laudabilis. Quem modum priorem exemplo cucumeris Hippocrates illustrauit, dum iam ipse adhuc & crescit in cucumerario & vase tecluditur angusto aut ampliore. Aliàs autem, qui posteriot est modus præpediti augmenti, & qui etiam est in proposito, ideoque ad rem præsentem conferre possit: fœtus minuitur; quum quæ gerunt vtero pet inopiam alimenti extenuantur supra modum. Eas autem causas quæ tunc abortum faciant, gratia breuitatis ex aphotismis 44.45. & 55. lib. 5. nunc duximus repetendas. Siquidem amplissimè eas declararit Galenus in commentario. Non tamen extenuatio abortionem semper præcedit & efficit, quum alui quoque profluuium liberale idem sæpe præstet; quippe quia hanc abortionis causam his nuoe expressit verbis, ἢ ἡ κοιλίη σφων ταραχθέωσιν, aut liberalior aluus euadit atque profusiot: quemadmodum & aph. 34 lib. 5. hoc idem ita significauit, ἢν ἡ κοιλίη πολλὰ ῥυῇ, &c. Ad euius causæ expositioonem noo debet lectot plura desiderare quàm quæ Galeo. excogitauit in suo cõmentario. Adde quòd etiam multò plurima in principio statim capitis proximè sequentis ab Hippocrate adferentur, quæ periculi abortionis causas sepeoumero dimanare demõstrent ab alui perturbatione & eius profusione. Vnde mox quoque eodem loco præscribet ipse ventrem adstringẽdum esse & mentò quidem in hypothesi. At quod prætermissum antè nõ oportuit, cut vnà cũ tertio mense ant qnarto fœtus corrũpitur? (hìc enim veriùs fortasse quàm μηνιαίων καὶ δημηνιαίων de embryone vnius aut alterius mensis lib. de oat. muliebri, vbi & hæc verba pro eodem ἐκφύσιος καὶ ῥυπάσεως vsurpauit Hippocrates) Ao quòd tuoe temporis cibo pleniote fœtus egeat & outriatur: iaceat is autem materno ventre detentus, ac mater quidem extenuata ponatur

tur præter naturam? Siquidem ſcriptum ſit κακῶν κακὸν φύσει γίνεται. Hanc verò operæpretium foret priùs refici & confirmari; ac poſtea concipere quidem & perferre, hoc eſt ad extremum. Cui malo quonam modo mederi oportebit, explicatum habes eodem loco apud Hippocratem lib. de muliebri nat. Itaque ipſum conſulito ad curationem. Hâc attamen non poſſe refici teſtatur Hippocrates interprete Numeſiano abſque eo quòd ſanguis dicatus embryonis nutritioni, ad eius quæ concepit vires reparandas ſuſtentandaſque affumatur. Itaque non abſque ratione fœtus nunc perditur, quum ſufficienti alimento deſtituatur. Eiuſmodi ſanè fuit ſententia Numeſiani, quam valde veriſimilem eſſe aſſentimur Galeno comment. ad aphor. 44. lib. 5.

Οὐδὲν ἀπὸ τῆς αἰτίης] De incidente autem cauſa quam interpretabatur manifeſtam aph. 45. lib. 5. nihil hoc loco dicimus, vt neque de cibis diſſentaneis & minùs aptis. De his enim ampliùs ſuo loco, ſub initium nempe commentarij proximè ſequentis.

Δεύτερα δὲ καὶ ὑστέρη γίνεται] Cur verò ſuccedat iis infirmitas & febris cum vehementia, etiámque nunc delicatior appetentia, ne ſimus longiores, repetendum duximus ex commentariis perdoctis quidem Gal. in aphor. 55. & 55. lib. 5. Exoptantiæ humoris non ſolùm cauſam illorum tribuit, ſed vitio & corruptioni. Vnde enim abortus hic alioqui fiat ſine occaſione manifeſta? Sed de cauſis occurrentibus & manifeſtis, vt receptum eſt, commentario tertio magis copioſè. Interim notãdum tamen opinamur bonam partem aphoriſmorum lib. 5. Hippocratem hinc tranſtuliſſe. Addamus etiam δεύτερα virium infirmitatem notaſſe authorem, quarum robur & integritas foret perneceſſaria ad bonitatem partus aut potiùs facilitatem. Expellendi vis autem è cerebro prodit, quæ animalis vulgò Medicis nuncupatur. Conſiſtit altera in corde facultas, quæ etiam opprimi hic ſignificatur febris vehementia: quemadmodum & naturalem planè integram non eſſe ſignificat ἀσιτίη, detecta appetentia. Vt mirari omnino non oporteat, cur θήλειαι γαλεπῶς καὶ ὀλιγοδύνως, ἢ ἀκαιρότοκοι γυναῖκες, mulieres in hypotheſi ægrè nimis pariunt, aut cur quæ abortum faciunt, in vitæ diſcrimen trahuntur; quemadmodum reſtatum reliquit Hippocrates in aphoriſmis. Vnde etiam meritò conſtituet ipſe poſtea, καὶ κινδυνώδεις αἱ φθίσεσιν μᾶλλον· αἱ γὰρ φθορὰι καὶ τῶν ἄκρων χαλεπώτεραί εἰσι· corruptiones multò eſſe grauiores quàm partus, vbi ſcilicet de affectionibus inſtituetur diſputatio quæ cadunt in puerperas.

comment. ad aphor. 55. lib. 5.

aph. eodem.

SENTENTIA VIGESIMA.

Ἐστι δὲ καὶ τόδε αἴτιον.	1	*Accedit & alia hæc quoque cauſa.*
Ἢν αἱ μῆτραι ἔωσι λεῖαι, ἢ φύσει, ἢ ἑλκέων ἐν αὐτῇσιν ἐγγενομένων.	2	*Quòd ſit vterus læuis aut ſuapte natura, aut vlceribus obortis in eo.*
Ἢν γὰρ λεῖαι ἔωσιν, ἔστιν ὅτε τὰ περιέχοντα ἔμβρυα ὑμένες πᾶσιν ἢ ὡς δεῖ ἐχόμενοί εἰσιν, τῶν μεγάλων οὐλέων ἐουσέων.	3	*Si enim fuerit læuis, euenire quandoque poteſt vt quæ continent fœtum tunicæ, minùs* arctè *quàm è re ſit, adhæreſcant, ob magnas quæ inſunt in eo cicatrices.*
Εἰδύη δὲ αἵ τις τούτων ἔκκεισα, εἰ ἐρωτῴη ἀζηχέως ταῦτα.	4	*Horum verò ſingula agnoſcat is* facilè *qui in hæc exactè inquiret* & examinabit.
Πρὸς δὲ τῆς λειότητος, εἰ ἑτέρη γυνὴ ψαύσειεν τῶν μητρέων κενεῶν ἐουσέων (ὃ γὰρ ἁμάρτοι) δῆλον γίγνεται.	5	*Conſtiterit porrò de læuore, ſi mulier quædam alia* huius tum *vterum contrectauerit, cùm* is ſcilicet *inanis vacuúſque fuerit: nequaquam alioqui conueniens.*
Ἢν δὲ ἴωσι τὰ καταμήνια τούτων, δηθὰ ἔρχεται.	6	*Sin autem menſtrua ferantur iiſce, profusè tum excluduntur* ſemper atque confertim.
Ἐστιν αὐτέων ἧσι γίγνεται, ὥστε ἐκφέρειν τὰ ἔμβρυα.	7	*Quibuſdam tamen contingit, vt fœtus ſuos perferant.*
Μεγαλομοιρίη δὲ ἐλπίδος ἔνεστι τόκου.	8	*Ei verò cui adhibebitur cura diligens, ſpem* certiorem *faciet* perfecti *partus.*
Ἀμφὶ δὲ τῇδε ὧδε ἔχει.	9	*Sed de iis hæc dicta ſint.*

EXPLICATIO.

EO NAM nexu vincta sunt atque coniuncta cum paulò superioribus quæ sequuntur, quo proximè præcedentia. Εσ᾽ ὅτι καὶ νῦν αἴτιον] Est nimirum alia causa efficiens abortionis, quippe quæ præpediat quò minùs mulier perferre fœtum eúmque perfectum edere possit.

Ἡ δὲ μήτρα ἴσως λεία] Lævitas vteri est (inquam) tunicæ interioris. Etsi enim non vsque adeò intus natura duce asper esse vterus comperiatur, vtilis est ea tamen in eo sufficiénsque inæqualitas aborificiis venarum exurgens, (venæ enim & arteriolæ ad cotyledonas pertinent Praxagoræ, comment. ad aphor. 45. lib. 5.) quæ semen retineat & comprehendat ad conceptionem. Erit igitur lęuitas nunc conceptioni impedimento ex hypothesi. Quæ quum sit duplex, natiua scilicet, vt in omni parte vitia quædam sæpe 10
connata esse possunt; & alia quoque ad vlcera consequens nimirum quæ in vtero etiam oboriuntur; illa an insit nec ne, tactu solo potest diiudicari vtero inani vacuóque. Ideóque ita nunc dixit Hippocrates, οἷσι δὲ λοιπὸς ἄλλον γίνεται, εἰ ἐπίηρα χωὶ ψαύοντι τὴν μητρίον. Atque vt pudentissimus & optimus vir fuit Hippocr. quemadmodum ipse professus est in horco suo (nec enim potest nunc esse quidquam honestum sine earum partium verecundia quadam) idcirco in hypothesi partes pudēdas muliebri manu voluit contrectari, non sua neque virili vlla. Itaque etiam, vt minima quæque nos erudiant, in genere fœminino ita loquutus est principio lib. περὶ ἀφόρων, ἄλλον δὲ μάλιστα δεῖ ψαύειν: quòd soli mulieri id notum esse potest quæ partem illam contigerit. Quæ sanè quidem ad eam perquisitionis partem pertinent lævitatis, quam de illius periculo & examine faciendo Hippocrates intellexit; an ea nimirum sit naturalis nec ne lævitas. Namque quæ proximè & statim sequuntur, scripta sunt de lævitate alterius generis, quæ 20
solet consectaria esse ad magnas cicatrices. Verba enim sunt authoris, καὶ ὑγρώτερα ἴσως ἐν τῇσι μάστ. & mulier scilicet interrogata respondeat, an aliquando vterum vlcera obsederunt (ἢ ἕλκεα ἐγγεγένηται μεγάλαι ἢ λεῖαι ἐγκαθέζονται) quæ reliquerint in eo magnas cicatrices. Καὶ ἢ λεῖαι ἴσασι, εἰ καμψωθείη ἐν χωὶ ἐν μαζοῖ, vt si in vteris aut tacto aut interrogatione lævitas ineſſe dicatur, nunquam conceptio fiat. Excipient quidem vteri genituram, nisi quædam tamen obstiterit alia causa: non attamen concipient, quum foras semen exceptum relaxent: aut si concipiant quidem, perferre tamen non poterunt oh dictas causas, eodem ipso loco apud Hippocratem. Hoc pacto εἰλίη δ᾽ αὖ τις πάντων ἔσεται, singulorum cognitionem consequatur facilè, si accuratè Medicus perquisierit & singula sedulò examinarit. Idem ergo euentus sic diuersos causarum modos sæpe consequitur. Si enim ἀδιάχυτος ὑμὴν, &c. quæ vestiunt embryonem membranæ 30
mioùs qoàm decet adhæresçant arctè propter explicatam nuper cicatricum magnitudinem: (Namque plures esse is discet ab Hippocrate lib. de nat. pueri, qui io primis, ὑ γονὴ ὁ ὑμὴν ἔδη, membrana cōcludi genituram intellexerit: ὑὸτερα δ᾽ χρόνῳ ἐγγίνεται, αὖθις ἐπίηρα, &c. & quòd temporis progressu multæ aliæ membranæ tenues intra hanc primam producuntur eodem modo quo & illa prior formata est) Si inquam ideo abortio fiat, fiat & ratione lævitatis vtero connatæ, nónne lævitatis varietatem exclusio fœtus meritò sic vtrobique sequatur? Cæterùm comperimus ita scriptum in nostro manuscripto codice: ἴσον ὂν ἀδιάχυτος αὐτὸ ἀπ ἴσων ὡς ἐχόμενος τῆ μητρίον ὡς δὴ ὑ ὑμὴν ὑνίων. Quæ lectio nobis magnopere non potest arridere. Legit & Cornatius ἴσον ὂν ἀδιάχυτος αὐτὸ ὑμὴς ἴσων ἢ ὡς δὴ, ἐχόμενος ἐστὶ, ἢ τῆ μητρίᾳ πλέον, non autem ὑμὴν, vt perperam nonnulli, quanquam sit α in ω commutatio facilis, & facilis quoque lapsus eodem modo. Atque hoc quidem modo inductus fortasse is fuerit in huiusmodi lectionem, quòd mox consequenter scriptum videret, τῆ μητρίον κοιλὴ ὑνίων, vt hæc inter se ex aduerso posita sibi respondeāt. 40
At nos multùm & din cogitando intenti semper in scopum & mentem Hippocratis, animo sumus tandem complexi, quòd causæ redditio est, quódque instituto authoris valde erit consentanea lectio huiusmodi, τῆ μαλλον ὑνίων ὑνίων. Vt causim nimirum reddat, vt dictum est, cur non satis firmè comprehendantur membranæ, ideóque nec adhæresçant. Ac pro αὐτὸ etiam ὑμῖν restituimus.

Ἡ δὲ ἴσων τὰ καταμήνια παύσεται, quòd si mulieribus ipsæ menstruæ fundantur] Quorsum verò hîc eruptionis modos menstruorum ab Hippocrate proponitur? Et hoc quoque modo idem ipsum perspicuum erit magis & manifestum; aut saltem orta tum de lævitate vteri suspicio ita quidem meritò augebitur. Hæc ergo nunc ad diagnosin pertinebunt eiusce affectionis vteri, quæ in quæstione posita est. Vt ni-
initio libri vtici ἐφίρων. mirum quando vacuus vterus est & inanis (quum siquidem τὰ καταμήνια ὑγιαίνοῦς μὲ ἐν πυκνῷ τῆ κοιλίαι χωρίῳ, mulieribus menses excludantur etiam in hypothesi, ac si ipsæ perfruantur bona valetudine, hoc est 50
illis effluaot periodicè) menses tunc temporis profundantur copiosissimi & confertim serantur mulieribus sic affectis. At quonam id modo? An quia qui diuisus atque dispersus antea sanguis per numerosas venas & complures partes vteri in caunm scilicet influens & è cauo foras alioqui, hoc est si deesset lævitas, excluderetur: totus ounc contrà & in sese quasi collectus ipse hîc propellitur per pauciores; præsente ouoc potissimùm ex hypothesi, lævitate? An verò potiùs quòd sanguis diffluens secūdum has lævis vteri particulas, tanrò celeriùs effertur, & sic confertim magis effunditur? Ne quis hac ratione tamen deploratam hîc habeat aut iudicet esse fœcunditatem, additum est ab authore ἴσον αὐτὸν ἦσι γίνεται, in hac rerum difficultate nimirum oounullas esse quæ ἐφίρων sine ope vlla fœtum perferant & perfectū tandem aliquando partum edant. Vnde fiduciæ plenissima hæc conclusio infertur & statuitur ab Hippocrate, μαλθακωμένη δὲ, quòd si illis medicina diligēs adhibeatur, spes sit perfectæ prolis futuræ. Quan- 60
quam αὐτὸς δὲ γίνεται ὡς ὅδε πλέον ἢ πεπύκνωται, insanabile hoc malum alio loco censuerit ipse, vt (γίνεται δὲ καὶ τῶν αἴτιον, τῇ μὴ συναμβλεῖσθαι ἐν μαζοῖ) hanc ob causam nulla spes omnino supersit conceptionis futuræ. Verumenimuero tunc Hippocratis sermo erat de lævitate quæ ad magnas cicatrices vulgo consequitur. vt erit iudicatu facilè cuique propiùs intuenti. Nec dum attamen nobis est exploratum, oe quidem sumus adhuc id ex Hippocratis lectione consecuti, quomodo scilicet quæ ex minore cicatrice lævitas suborta

aliàs fuit,

aliàs fuit, deleri queat; nec qua arte aut huius præscripto, rectè institui possit curatio. Quam hîc ergo nunc spem summam nunciat ipse, fore vt mulieres edant perfectum partum, tunc demum vbi cicatrix erit minuta, adeóque & ipsa læuitas, locum habebit.

SENTENTIA VIGESIMAPRIMA.

Ην γυναῖκα μὴ δυναμένην τεκεῖν, τοκέασθαι ἐθέλῃς ὁρᾶσθαι, χρὴ ἐπὶ τοῖσιν ὑστερικοῖσιν σκέπτεσθαι, ἢν τε φλεγματώδεα, ἢν τε χολώδεα ᾖ. 1

Ergo si mulierem puerperam fieri percupias quæ antea eius impotens fuit, omnino necesse est dum menstrua eunt, sedulò animaduertere illi ne pituitosa effluant an verò *biliosa.*

Γνώσῃ δὲ τάδε· ψάμμον ξηρὴν λεπτὴν καὶ ξηρὴν, ὅταν οἱ τὰ ὑστερικὰ γίνηται, ἐπὶ τῇ ἡλίῳ ὑποκέσθαι τὸ αἷμα, καὶ ἐᾶν ξηρανθῆναι. 2

Quod tu hac arte exploratum habebis: dum ipsi menstrua feruntur, quem tu subiecta arenæ tenui & siccæ sanguinem infuderis sub solis æstu, exsiccari eum permitte.

Καὶ ἢν μὲν χολώδης ᾖ, ἐπὶ τῇ ψάμμῳ ξηρανθὲν τὸ αἷμα χλωρὸν ἔσται· ἢν δὲ φλεγματώδης ᾖ, οἷον μύξαι. 3

Ac si quidem exuperet bilis, qui in arena exaruerit sanguis, pallidus apparebit: sin autem pituita vincat, instar quoque *muci erit.*

Τούτων ὁκότερον αὖ ᾖ, καθῆραι τὴν κοιλίην, ἢν τε ἄνω δέῃ, ἢν τε κάτω· ἔπειτα καὶ ὑστέρας καθαίρειν. 4

Alterutrum horum quodcunque fuerit, ventrem purgare oportebit, siue sursum opus esse videbitur, siue deorsum: tum verò postea vterum expurgabis.

Ην δὲ θέλῃς ξυλλαβεῖν, τὸν κισσοῦ ἐπὶ κόκκους, ἢ τὸ φύλλου καὶ μίλτου πίνειν ἐπ' οἴνῳ παλαιῷ, παυομένων τῶν ὑστερικῶν. 5

Ac si velis vt ipsa etiam faciliùs *concipiat, aut hederæ aut silphij grana septem è vino veteri, cessantibus mẽstruis,* oportet *ebibere per singulos menses.*

Ἐψήσας καὶ σείσῃσι ἐπ' οἴνῳ δυώδεϊ ἀκρήτῳ, καὶ βδόμον ἐκ τούτου ποιήσας, ὡρεῖσθαι ἐς τε μεσημβρίην, ἢ ὑπερπέλιον. Αἰγυπτίου τρίψας λείου ἐς εἶρον ἐπιδήσας ὡρεῖσθαι. 6

At etiam posteaquam in vino odorato malicorium incoxeris meraciori, ac efformaris pessum ex eo, subiicies ipsum *ad meridiem vsque: ni malis Ægyptium alumen detritum ad lænorem immitti, postquam velleri obduxeris.*

Ἡμος δ' ἥλιος δύῃ, εἶτα ἀφελκυσθέν, ἁλιζέσθω οἴνῳ δυώδεϊ. 7

Deinde detracto eo sub occasum eluetur vino grati odoris.

Ποιέειν δὲ ταῦτα, παυομένων ὑστερικῶν. 8

Quæ tum præstanda sunt opportunè, *quum menstrua* fluere *desierint.*

EXPLICATIO.

TΡΕΧΕΙΝ primùm (vt videbatur) nunc interposuimus ex libris περὶ ἀέρων, & de nat. muliebri, vbi hæc eadem sententia legitur. Atque Hippocratis tum ea esse etiam videbatur cõtinuatio seriésque orationis, quæ facilè persuadeat verbũ πεῖν (quod & notatum à nobis statim fuit initio huiusce commentationis) pro ξυλλαβεῖν nonnunquam vsurpari. Quam acceptionem statim facit verisimilem quæ iam mox hac eadem sententia propositio hic ab Hippocrate repetetur per assumptionem. Ea autem est, ἢν δ' οὕτως ξυλλαβεῖν, hoc est (inquam) πεῖν, &c. vt perbellè quidem coniiciebamus. Hîc namque quorsum de puerperis, si nondum præcessit conceptio, quam præsens denegat hypothesis? Coniiciat attamen etiam alius aliter, quod fortasse non vsquequaque ab Hippocratis proposito alienum putetur: scilicet vt pro illius sententia concepisse quidem nunc non sit satis, sed perferre fœtum natura duce oporteat, hoc est ad destinatum vsque finem, etiamque tempore definito ipsum edere. Quem finem vt tene-

comment. in 1. sent. comment. 1.

te & voto potiri mulier perfruique possit, quæ nunquam antè id sit consequuta: nunc quoque ad id præcepta ab Hippocrate statuuntur. Ergo cõsentaneum magis etiam quibusdam illis videatur, vt quando priùs id ipsum præscripsit, hîc per complexionem repetatur. Quòd superioribus ita positis, hoc est, arte deletis omnibus iisce impedimentis conceptionis, de quibus hactenus actum est ab eo, si dubius adhuc animus erit, an habilis mulier sit ad cõcipiendum, an verò ptopter humoris dominatum inepta; sic fieri tutò periculum possit, vt est statutum ab Hippocrate. Totius enim corporis valetudinem magnas habere vires, multumque conferre ad concipiendum, nunc sanè debet esse receptum ex Hippocrate. At vulgaris quoque hæc lectio fere nostra etiam sententia potest & retineri. Vt quemadmodum valde conducit, vt modò dicebatur, totius corporis puritas ad concipiendi facilitatem; paris sit etiam ad perferendum fœtum momenti, si ab omni redundantis & vitiosi humoris copia vacuum erit hac arte totum corpus & purum ante cõceptionem. Quæ si manebit interpretatio, haud amplius hic quisquam desideret & requirat quonam modo hæc quæ nunc scribuntur, hæreant cum superuis. Etiamque tuoc τοῦτο verbũ propriè significabit parere, quæ illi quidem notatio prima semper fuit ab instituto. Ex hoc, vt & ex loco præcitato, translatus est aphor. 36. lib. 5. si verba expendantur Galeni in comment. Ex locorum autem inter se collatione ὑ post χρὸ, vt lib. περὶ ἀφόρων, hic reponendum duximus: quemadmodum & ipso eodem loco post ὑπηχέω, ν legendum ante καὶ τῷ αἵματος; hîc autem vtrumque & ν & καὶ ante τῷ αἵματος interiiciendum esse opinati nunc sumus, aut τὸ αἷμα legendum in accusandi casu. Quæ vniuersa qui oscitanter Hippocr. legunt, aut quidem percurrunt, vix vnquam animaduertant. Postremum etiam est, quod pro τὸν φύσιον ex lexico Galeni legimus τὸ φύσιν. φύσιον namque τὸ τῶ ἀνδρὸς σπέρμα, ἤγουν τὸ πυκνὸν τῆ, silphij semen esse sic dictum, eo quòd est latum, didicimus ex Galeno: quódque Hippocrates modò vtitur Libyco, vt & aliàs Æthiopico. Atque re vera isti semini Theophrastus tribuit latitudinem, cap. 3. lib. 6. de historia plantar. Hoc verò etiam nondum animaduerterunt interpretes. Portò autem memorandum est, quòd menstruum sanguinem linteis subinde commutatis excipiebat antea: nunc autem arena, attamen tenui & sicca, quæ scilicet citiùs ipsum humorem absorbeat in quo vix color inest: & vt hoc absumpto id quod superierit crassum è menstruis, foris faciliùs queat apparere in scopum ab Hippocrate nunc propositum. Lubentes quoque post ξηρὰ copulando statim iunxissemus ἐν τῷ ἡλίῳ, in sole, ne quid dissentiret nimis à superiore præscripto, vbi ob assignatam à nobis causam in bonis duxit Hippocrates, si exsiccatio fiat in vmbratili loco: sed tam multa religiosum valde nobis est ita frequenter immutare.

Τὸν ἑτέρου αἰ τ, καθῆραι, quòd si alterutter humor erit in vitio, ventrem purgare] Hîc & lib. περὶ ἀφόρων opus esse ventris purgatione dictauit Hippocrat. sed senten. 7. comment. huius secundi, priusquam an multa & liberali purgatione opus sit necne, ratum habeat; in mulieris colorem oculos conuertit, ætatem, & robur, etiamque cœli statum, & qualis sit diætæ mulieris vsus, inspectat. Verùm communia hæc sunt quidem cum viris. Iam festinemus, si gratum est, ad reliqua. Priore hoc quidem modo hactenus, vt sterilitatis causæ euellantur, proniores volumus esse toti corpori (ὑπηρεσία δὲ καὶ τῷ σώματος πᾶσι παρεσκεύασε, vt hoc secundo comment. superiùs loquebatur) qua nunc arte vtero medicina poterit adhiberi? Quæstioni huic secus satisfactum fuit lib. περὶ ἀφόρων. Nempe hoc aliud tamen responsum feres, quod sequitur. Ἕκαστα παρὰ φύσιν καθαίρειν, secundo loco purgandi studium conuertendum erit ad eam partem cuius est concipere munus proprium. Vterus autem est. Ideóque ita loquutus subsumpsit, ὡς δὲ ἥδιστα ξυναλοῦν, quam si concipere &, vti decet, ad extremum perferre exoptes; iam quæ id singulariter præstent (καὶ μάλιστα) pet singulos menses vsurpanda erunt. Hederæ sunt acini septem aut silphij ex veteri vino propinandi: quæ fortasse sopitam vteri vim suscitent à parte superna. Sed haud mirum nõ queat videri, quomodo Grammatica ratio omnibus qui eos præcesserunt, non monstrarit secus reddi oportuisse quàm per *folia* in accusandi, quum τὸν φύσιον repererint in generandi casu. Cur verò hæc καθαίρειν τὸν ὑστερικὸν recens confecta purgatione menstruali adhibebuntur? Rationem huius antea expressimus, sed sententia proximè sequenti manifestum fiet id quidem magis. Tantummodo superest, vt ab inferna parte etiam quomodo vterus confirmabitur, explicemus gratia conceptionis & gestationis perfectæ. Tunc sua hæc quoque erunt remedia tempestiua. Βάλανοι καὶ οἶνον ἐν, &c. Duo scilicet adhibebuntur balanorũ genera. Balanus prior supponetur ὡς ἡ μεσημβρίαν, ad meridiem vsque (non autem sub meridiem, vt quibus perperam cogitaret) quemadmodum & quæ posterioris generis est, quamuis non expresserit Hippocrates, credimus ad vesperam vsque adhiberi oportebit. Hæc quoque scilicet sub horam cubandi (ὥρης δ' ἥνπερ δύῃ, ὅτε καθεύδωμεν) quando, vt dixit ipse, sol occidet, detrahenda erit, at tum vterus (ὑπνώσσει) elueodus quoque erit vino grati odoris, ne quid scilicet è balano isthic relinquatur, & vt ipse magis confirmetur & suscitetur ad comprehensionem tantopere requisitam.

Ποιέειν δὲ πάντα] Quæ vniuersa tum facienda Hippocrates iubet, quum recens menstruorum expurgatio descrit. Huius causam modò quidem ouper vobis aperuimus, ἔχει δὲ καὶ πάλι οὕτως. Sed sic quoque se res habet vti sequitur; & ob eas causas quæ iam ab hoc eodem recensebuntur.

SENTENTIA VIGESIMASECVNDA. 69

Sed etiam sic hæc se res habet: simulatque mulieribus menstrua desierunt, tum maximè cum viro appetenter cõgressæ cõcipiunt.

1 Ἔχει δὲ καὶ πάλι οὕτως· ἐπὴν λάβωσιν αἱ γυναῖκες, μάλιστα ἐν χερσὶ λαμβάνουσιν ἱμερωθῆσαι, καὶ ὁ γόνος σφίσι

ὁ γόνος σφίσι ῥώννυται, ἢν μιγέωσιν ὅτε χρὴ, καὶ ὁ τοῦ ἀνδρὸς ῥιπίως μίσγηται.

ac semen ipsis potentius euadit & cõfirmatur, si tempestiuè liberis operam suam dederint; etiámque quod est è viro semen facilè tunc commiscetur.

Καὶ ἢν ὑπερκατίσῃ παῦλα, ἡδίλφισαι. 2

Quæ si poterunt attemperari, vterinam societatem facilè sic inierint.

Τότε γὰρ μάλιστα ὁ στόμα τῆς μητρέων κέχανε, καὶ πεπτώον ἔστι μὴ τοῖς καθαρσίοις, ἢ αἱ φλέβες τὸν γονὸν σπῶσιν. 3

Hiauit namque tunc patulúmque oscullum vteri fuit: ac distentum manet aliquantisper, etiam post purgationes, ac tum etiam venæ & arteriæ potentiùs semen trahunt.

Ἐν δὲ τῷ πρὶν χρόνῳ τό τε στόμα τῆς μητρέων μέμυκε, καὶ μᾶλλον αἱ φλέβες πλέαι αἵματος ἐοῦσαι, οὐχ ὁμοίως σπῶσι τὸν γονόν. 4

Quum osculum contrà vteri priùs conniuerit, ac sanguinis copia tum magis refertæ venæ arteriáque semen non æquè trahant.

EXPLICATIO.

Au hanc vsque sententiam percensuit Hippocrates quæ conceptioni impedimento fore ratus est. Verumenimuero ex illius doctrina uos passim collegimus etiámque didicimus, quòd quemadmodum in annorum cursu quædam est commodior ætas ad concipiendum, quódque inter quatuor anni partes, tempus est quoddam similiter ad id aptius aliquantò, lib. περὶ ἀφόρων: ita inter periodos mulierum menstruas spatiolum aliquod tempotis vel monitore Hippocrate aucupari cuique hîc esse integrum, in quo quàm in reliquis maior inesset ad concipiendum opportunitas. Nõ sanè quòd ea vis propensióque ab huius temporis pendeat natura: sed quia, vt mox intelligetur ex Hippocratis oratione, plures tum ad id idoneæ sint opportunitates, siue cõcipientis spectetur habilitas, siue natura eius quod concipitur, siue etiam difficultates incommodáque & quæ explicata sunt nuper aliunde pendere impedimenta. De his enim, vt dictum est, hactenus. Non ita ptidem cum Hippocrate dicebamus omni tempore & cougressum fieri & conceptiouem perfici, si feruntur & reguntur adhuc omnia Naturæ dominatu, hoc est, tantisper dum menstruales esse cœperunt mulierculæ & eiusmodi definito sibi tempore manent. Ex hypothesi terminetur modò illud latissimum purgationis interuallum (idémque ipsum, si placet, gratia disciplinæ vocitemus nũc vniuersale) anno ætatis decimoquarto & quinquagesimo. Triũ quoque aut quatuor dierum statuatur esse aliud magis peculiare, quod periodicum nempe est, ac sigillatim recurrit per hebdomadarũ terniones aut quaterniones. Hoc enim vtrumque Hippocrateũ quoq; est. Huiusce posterioris spatij quænam pars aptior commodiórque nunc videatur ad cõceptionem, auditote iam ex Hippocrate. Méstruorum eruptionis principium peculiare sua secum vehit incommoda, quæ conceptionem præpediant; vt & incremẽtum, etiámque vigor & declinatio, de quibus suprà. At simulatque iisce menstrualibus profluuium desiit, μάλιστα ὦν γυναῖκες καμβάνουσιν, suas habet tempus proximè sequens ad concipiendum commoditates. Ideóque sent. 16. huius comm. 2. consilium Hippocratis fuit, iis maximè diebus πειρᾶσθαι τὸν ἄνδρα κυΐσκεσθαι, tentandum esse vtrum cõceptio fieri possit: potissimùm verò (ἡμερησίων) quotiescunque mulieres Veneris erunt appetentissimæ. Namque tunc non tantummodo vterus semen excipit, sed capit idémque cõtinet & arctissimè circumplectitur. In promptu verò nũc ratio est huiusce conceptionis facilioris ex parte concipientis, (mulier autem est) & eius quoque quod comprehenditur. Semen id autem est duplex, quod per mixtionem consocialem coit & vnum efficitur. Sed hæc hoc pacto examinemus singula, si antè monuerimus, aliter hîc accepisse interpretes quosque μιγέωσι, & statim posteà μίσγηται aliter. Iam igitur expouatur quomodo (γόνος σφίσι ῥώννυται ἢν μιγέωσι) mulieribus semen coniectum & exceptum potentius fit & confirmatur, si quando, vt fieri decens est, cum viris rem habuerint libidinosè, hoc est desiuentibus iam prorsus menstruis, vbi scilicet commiscetur simul vtrumque. An quia menstruis nuperrime currentibus semen dilutius effectum eodémque pacto nimis imbecille reddebatur, quanquam diuersis canalibus effluerent vtrumque, & antea iisce continerentur: an potiùs quòd sic illi alimentum deficiat, excidat, & per profluuium menstruale præripiatur? Quæ enim materia semualis per sanguinem diffunditur duce natura, simul cum menstruis elapsum, foràs exeluditur. Si autem semen suo defraudatum genio & alimento, iure sic sanè imbecillius seipso redditur, etiámque ineptũ aliquantò magis ad conceptionem: uónne huius eiusdem gratia per accessiouem moderati sanguinis benigni & seminalis robur quoque capiet & meritò confirmabitur? τρέφωσι autem semen uutrimentum capete, patet tum ex principio lib. περὶ ἀφόρων, & aphorismo quoque 62. lib. 5. tum ex 1. lib. de diæta, quemadmodum à uobis mox expouetur. Attamẽ libello de puelli natura φυσήματα δὲ εἰσὶ πνεύματα ξύμφυτα καὶ συγγενέα, id est, ex iis quæ perfunduntur spiritu innato, quæque cõferuntur ad ea quibuscum

naturæ & generis habent affinitatem;hoc eſt ὑφίστασθαι τὸ ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου ὁμοιοῦσθαι, vbique comperietur ſimilia cum ſimilibus coüiſſe;quod dicunt Phyſici,quæ in commixtione heterogenea erant, per ſecretionem homogenea fiunt:vt ex ea ſimilitudine intelligatur, vnde robur in ſemine ortum habeat & incrementum. Quum ſiquidem per commixtionem & vnum ſemen fiat,& confirmetur ante ſanguinis ſcilicet appulſum,quantum conſequi potuimus ratioeinando. Quid autem λῦ μιγέντα, ſi miſceantur, an in plurium numero de parentibus & eorũ congreſſu hic locus intelligatur, quemadmodum voluit vnuſquiſque interpres;quorum vtrique modò aſſentiebamur:an verò de ſeminibus vtriuſque illorum? Etſi variè quidẽ hæc verba queant explicari,res attamen eadem vtrobique manet eodémque vertitur. Quum gratia conceptionis fruſtra parentes inter ſe congrediantur,ſi non illorum ſemina concurrant & vnà commiſceantur,vt fidem faciant quæ non ita pridem Hippocrates literis mandata reliquit, ita loquutus: λῦ τὰ ἀπὸ τῶν ἀνδρὸς καὶ τῆς γυναικὸς ὁμοῦ ἐξ ἀρχῆς κατ' ἴξιν τοῦ ἀπὸ τῆς γυναικὸς, ἰσχυρὸν γένηται, *ſi quod è viro ſemen impetu eodem rectà feretur ſimul cum eo quod mulieris eſt, conceperit hæc tum ſtatim.* Quibus ſanè verbis ſuum nunc (ὅτι χρὴ) ad conceptionem perneceſſarium temporis articulum declarauit apertiſſimè. In quo ſi concurrerint fortè ſemina vtrinque, eueniat omnino vt (καὶ ὁ τῶ ἀνδρὸς μᾶλλον μίσγηται) non ſolùm quod eſt è viro ſemen faciliùs ſic commiſceatur;ſed etiam vt (ἰσχυρὸν γένηται) & faciliùs inde & celeriùs conceptio fiat,vt nuperrimè ipſe voluit. Hoc autem idem ipſum hoc etiam loco intellexit per ὑλίσκεται verbũ ſignificari, ſicut ex Ariſtotelis ſententia,quæ nobis potior nunc erit quàm quæ erat Galeni in exegeſi ſua,explicatum à nobis quoque eſt paulò ſuperiùs, ad ſententiam nempe tr. comm. prioris; quum exponeremus quidnam vellet Hippocrates per dictionem ὑλισκομένου. Locum lectores conſulite, & verba vtriuſque illorũ inter ſe collata diu expenditote. Non enim quod è viro ſemen manat,quia ſatis ſit potens,nũc animus eſt authoris,fraternum fœdus iuire cum muliebri ſemine,vt quis poteſt obiter apud ſe cogitare: ſed quum ex huius eiuſdem doctrina aliàs didicerimus,ſolas mulieres in quibus nulla viget intemperies,ad cõcipiendum habiles eſſe eàſque fœcundas;in commoderatione(quam vulgo temperiem dicunt) fœdus ipſum concordiamque conſiſtere apud nos cogitauimus & ratam habuimus. Quum ſiquidem ὁκόσαι τῶν κρᾶσιν ἴσχυσι σύμμετρον ἐξ ἀμφοτέρων, αἱ τοιαῦται ὀλίσκεσθαι γίνονται, reſtibilis fœcunditatis mulieres viſę ſint Hippocrati, preſertim quæ ex vtriſque(etſi tum fuerit alia hypotheſis)oppoſitionibus πολλὴν διαφορὴν temperationem obtinent commoderatam. Quamquam iudicium quoque aliud eſſe queat nonnullorum fortaſſe qui voluntatem authoris prauè detorqueant. Quibus ſi non erit ſatis conſcripta expreſsè ſententia Hippocratis aph. præcitato lib. 5. videant ipſi quid idem ille in vniuerſum ſenſerit ſent. tr. lib. 1. de nat. hum. de generatione;& quid copiosè admodum conſcripſerit in comm. Galenus. Tantùm aberit tum,vt per ὀλιγανθρώπιον πόλιν, (quum ſiquidem πόλιν pro πόλει reſtituerimus) in mixtione quidquam Hippocrates velit alterum alteri præcellere & potentius eſſe, ἐς τὸ ὑλίσκεσθαι,ſcilicet ad ortum embryonis qui ſit in vtero;vt contrà niſi iſthæc vniuerſa omnino,μετρίως πως ἔχειν ἑκάτερα ἑκατέρων, ἀλλὰ θάτερον θατέρου πολὺ προφέρεσθαι,καὶ τὸ ἰσχυρότερον τῶ ἀσθενεστέρου, ὑπερίσχειν καὶ ἡγεῖσθαι, moderatè & æqualiter ſeſe mutuò habeant,ſed alterũ alteri longè antecellat vt robuſtius infirmiori; nulla generatio ſequi vſquã omnino queat. Non ſanè quòd nos fugiat miſceri ſimul ſemina oportere, priuſquam, vt ipſe dixit primo de diæta (ὁμοτρόφους) connutriantur, etiamque ad finem lib. de nat. puelli (ζῶντα) ãnimentur & viuificentur,vt ſcriptum quoque ipſi legimus:ſed quia ſi hęc lectio retinebitur ὀλιγανθρώπιον πόλιν,& alterum alteri præcellat,vti neceſſe ſemper foret, in alia attamen hypotheſi (Non ſolùm ὁ τῆ γυναικὶ καὶ ὁ τῆ ἀνδρὶ, καὶ ὁ ποτὲ ἑκάτερος γονὸς ὢν καὶ ἀσθενέστερος καὶ ἰσχυρότερος,in muliere & viro,ſed & in omni animante peculiariter ſemen ineſt imbecillum & ſorte eodem loco apud Hippocratem) eodem modo eorũ permixtione & alterutrius victoria aut mas aut fœmella generetur. Quod eſſet à propoſito maximè alienum,quum ſiquidem nunc ſit inſtitutum ſimplex authoris de conceptione & eius facilitate,de alio autem ſcopo longè plurimis egerit Hippocrates lib. 1. de diæta. Vbi in vtroque genete,hoc eſt ſexu, elucere formas tres diuerſas ab eo demõſtratum eſt ἤ τε ἀρρενωπὸν καὶ τὸ θηλυμιγὲς, quod vtrumque quia cõtingit ſimiliter tribus diuerſis modis, etiam inde fit, vt virorũ,ita,pro alterutrius ſeminis victoria nempe, mulierum genus triplex variè gignatur & producatur tandem in conſpectum. Sed de his longè copioſiùs apud Hippocr. vt dictum eſt, primo de diæta. Quo loco vſus ipſe fuit quidem eodem verbo,at tum ſanè in ſignificatione longè diuerſa. Atque plutes tunc verbi huius ſcripti ſunt modi,figuræ etiam variæ, tempora diuerſa quoque numeríque. Primùm enim vt hoc loco reperias ὀλιγανθρώπιον τὸ ἀρσεν, deinde κρατῆσαν, tertio loco κρατῆσαι δὲ τὸ ἄρρεν. quod idẽ & paulo pòſt repetiit, vbi de fœminco ſexu verba fecit. Quum ſiquidem ſcriptum ſit κρατῆσαι δὲ τὸ θῆλυ, αὔξεται τὸν αὐτὸν ζῶον, eriámque iterum atque iterum ſtatim poſtea:ſed in notatione,vt monuimus, ab hac lõgè diſſimili. Qui omnes quotquot ſunt loci in errorem induxerunt interpretes, quum verè quidem locos omnes eos de victoria ſeminis dominatúque expoſuiſſent, perperam ipſi poſtea putarint,vt illic vbique, idem nunc omnino apud Hippocratem ſignificari. Nos itaque ὀλιγανθρώπιον πόλιν, ὑλίσκεται, conſentaneè reſtituamus,ſi placet. Quæ lectio erudiat nos eodem modo edoceátque quidnam reſpõſum iis oporteat, qui delicatioribus mulierculis ſubdolè blandientes fideíque illarum nimis adſtricti, nimiopere illarum credũt garrulitati. Ex illis namque plures aliquot comperias,quæ etſi protinus & ſæpiuſcule concipiãt, vllius ſe attamen voluptatis participes fieri negent ex cõpreſſu, ac ne quidem titillationis ſcintillam vllã nimiùm aſtutè & diſſimulãter affirmeut vnquam perſenſiſſe. Enimuero (ὀλιγανθρώπιον) vnum niſi per contemperationem ex intemperatis fieri nunquam poteſt, vt neque vlla cõtemperatio niſi per mixtionem phyſicis vnquam euenire. Quid enim alioqui vnio ſtatuetur eſſe à Naturalibus? Effecit hæc autem contradicens oratio ipſarum ſimulata,vt vbiuis ferè interrogemur, Num ante vtriuſque ſeminis coniectionem in vteri fundum,conceptio fieri queat,duce natura; an verò etiam fiat nonnunquam vt aliquantò poſt ſeminis è viro introitum,ſine permixtione alterius ipſa contingat. Quę quid profuerit vniuerſa recenſuiſſe,

ſent. 1 & 3 huius comment. 1.

aphor. 62.

censulisse,nisi etiam ne quid ad delectum desit,repetendo,concipiendi opportunitates depromantur,& earum ratio quæque aliquantò apertiùs explanetur eodem modo? Has iam igitur,si molestum non est, ex Hippocrate commemoremus. Exacto nimirum profluuio mẽstruali si mulier complexu viri gaudebit,præsertim tum quidem conceptio fiet. Ex priocipio lib. περὶ ἀφόρων transferẽda huc erit ratio quæ est huiusmodi, vt & superiùs aliquãtò iam annotauimus. αἱ γὰρ φλέβες τῶν αἱμάτων πλήρεις ὦσιν, τὸν γονέα ὑ δέχονται, &c. quibus verbis significarut, quòd quæ sanguine opplentur venæ & saturatæ sunt, genituram non accipiunt. Siquidem aliquid in vtero subesse sanguinis inueterati necesse prorsus sit, quod prohibeat nutriri genituram. Et quæ sequuntur plurima, quæ mentem omnino explanent authoris. Vacuitatem sic ergo peculiarium vteri venarum Hippocrates ad id desiderauit, adeóque & libidioem mulieris, quo scilicet γόνος, semen robur suum capiat. An non enim coogressum gratia cõceptionis quisquam frustra expetat, si desit quod exceptum semen pari desiderio teriuebit, & cootrà? Vnde iustè quidem lib. περὶ γονῆς Hippocrates opinatus est, quod διὰ μὲν ἰσχὺν ἢ χωνὴ μίσγεσθαι, περιόντος δὲ αἰδοίου ἀφίει, si mulier ardet desiderio Veneris, prius in congressu quàm vir semen emittit. Tertio itaque loco vtrinque requiritur articulus coniectionis, ad facilitatem mixtionis nimirum seminis quod est è viro, quandoquidem vnius tantùm hæc esse non possit.

Τότε γὰρ μάλιστα τὸ αἷμα ἅθρ, &c. *hiauit namque tunc*, &c.] Ætiologia verò est, in qua tribus opponuntur tria modo ab Hippocrate descripto. Ex iis duo priora propiùs intuenti referri ad excipiẽdum semen veriùs videbuntur, quemadmodum pertinebit etiam verissimè quod est in iis tertium, ad concipiendum. Toridem similiter subsequuntur non ita multò pòst, quæ & hoc & illud prohibeant; seminis è viro exceptionem nempe, proindeque & conceptionem. Si ad egressum menstruorum maximè tunc os vteri (κύστις) patuit, etiamque πανσὺν δὲ μετὰ τὰς καθάρσιας, distentum aliquantisper manet, scilicet vt vertẽdo diximus post purgationes; nónne sic (ἐντεῦθεν ἀποκλειόμενον) à menstruorum profluuio maximè si noo concipient, coniectum saltem semen excipient? Exceptum verò semen inanes venæ attrahent cõcipiẽtque, & arctiùs comprehensum deinceps tetinebunt. Et si enim concipere vteri munus sit proprium & peculiare, attamen perficere id is nũquam queat, nisi adiutus ope vasorum, quorum orificia ad cotyledonas pertingunt, vti ipsi aliquãdo demonstrauimus. Vnde vt hoc loco, ita lib. περὶ φύσιος παιδίου, (ὅταν διὰ τὸ ἀποκάθαρσιν ἢ αἵματος ἢ γυναικὸς, κεκλεῖσθαι τὸ γεγονὸς· διὰ δὲ πλῆρες ἦν, ὑ. κυΐσκεται γὰρ ἅθρ μητρίον καὶ ἅθρ, &c.) censuit & demonstrauit Hippocrates. Quanuobrem si menstruo sanguine mulier exoocrata fuerit, facilè concipit: sin autem ille redundarit, minimè. Vacuo enim vtero adeóque venis ipso sanguine, promptè liberos mulieres suscipiuot. & quæ sequuntur. Quid nó etiam obiter obseruemus κύστιν in præterito Hippocratem vsurpasse, quòd tuoc temporis oscului vteri necessariò patuerit in profluuium menstruale; in præsenti contrà nunc oscului (πανσὺν δὲ) distentum rectúmque adhuc maneat, vt vertimus, aliquantisper scilicet in dictum scopum præsertim exacta porgatione? Hæc causa est sanè cur hinc tum maximè conceptionem sequi modò voluit Hippocrates noster. Sed quonam modo (ἐν ᾧ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν τὸ τῆ αἷμα μίμνειν) alio antè tempore oscului vteri conniuit? Hìc quidem vt & senten. 16. assertum fuit, quòd illi dies ad coocipiendum sint (μνησίστατοι) maximè accommodati; oihil prohibet attame o aliis etiam diebus ξυνίεναι πρὸς ἀνδρὶ, virum adire, & cõceprionis gratia rem habere cum eo. Quod facit enim cùm recens desiit profluuium menstruale, scilicet vt inanes venæ aoidiùs ad se coniectum semen trahant: præstabit idem, vt dictum est eadem sententia huius comment. μανίης, Veneris exercitario. Namque tunc quidem αἱ ἀγγειώδεες τῶν φλεβίων, orificia venularum arteriolarúmque. quæ vteri acetabula constituunt, latiùs explicari solent. Sed inquam, quomodo priùs conniut orificium vteri? An hæc per comparationem intelligantur, quum conniuentiam in vitiis conformationis antea duxerit Hippocrates: an potiùs vt sic iis occursum etiam esse cautúmque censeamus, quibus os simulatque desiit purgatio menstrualis, solet comprimi claudique, ideóque semper aliàs redduntur minùs ad concipiendũ opportunæ, quemadmodũ ex hoc fortasse loco in suos commentarios de bistoria animalium caotè transtulit Aristoteles? Transtulit (inquam) hic idem quamplurima in commentarios de generat. animal. Vide caput 19. sub finem, lib. 1. eius argumenti hinc enim manifestum fiet. Quanquam contingit eodem hoc authore eodem loco frequens tum conceptio duce Natura. cap 2 lib. 7. de hist. anim.

Καὶ μᾶλλον αἱ φλέβες πλῆαι αἵματος, venæ etiam magis quàm antè sanguine oppletæ] Nec pari desiderio, nec vehementia semen cõiectum trahunt. Atque hac eadem ratione ductus Hippocrates ratum habuit initio ferè lib. περὶ ἀφόρων, ineptas eas esse ad semen comprehendendum, quibus menstrua purgatio negabatur. αἱ γὰρ φλέβες τῶν αἱμάτων πλήρεις ὦσιν, τὸν γονέα ὑ δέχονται, καὶ ὁ πόρος, &c. quòd oimirum (quemadmodum hac eadem commentatione non ita pridem annotauimus) quibus sanguine saturatæ sunt venæ, semen non suscipiant, quódque tum quiddam subesse in vtero sanguinis inueterati necesse sit, quod outriri semen præpediat.

SENTENTIA VIGESIMATERTIA.

Ἢν δὲ γόνος ἀπορρέῃ διὰ τάχους, καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρὶ ὑ ξυμμίσγεσθαι φιλῇ, ἢ ξυνιεῖσα ὑ κυΐσκεται. 1

Præterea si impetu quodã semen defluat, & amplexus viri tunc *mulier non* valde *concupiscit, & cõpressa ferè non concipit.*

Καὶ ἢν ὀσφὺς καὶ τὰ ἰσχία πόνους παρέχωσι, καὶ μὴ πῦρ ἔχῃ βληχρὸν, καὶ 2

Quòd si lumborum & coxarum crucietur dolore, tũ febris nõ lenta eam corri-

piat, & virium succedat infirmitas & animi deliquium.

ἀδυναμίη καὶ ἀψυχίη ἐπιγίνηται.

Accidit etiam inde *aliquando, vt vterus suo non hæreat loco.* 3

Καὶ ἔστιν ὅτε αἱ ὑστέραι ἐν τῇ σφέων αὐτέων μὴ εἰσὶν ἕδρῃ.

Siquidem igitur præ copia semen *prodeat* & continenter feratur, *bonum est* tunc mulierem *missam facere.* 4

Ην μὲν οὖν ὑπὸ πλησμονῆς ᾖ, ἐᾶν ῥῖψαι.

Sin autem vterus laxetur, alica vescatur mulier, *carne suilla, aut palumbis, aut vino nigro.* 5

Ην δὲ ὑστέρη χαλάσῃ, ἄλφιτα χόνδρος, χρέας ὕειον, ἢ φάσσης, ἢ οἴνος μέλας.

Potulenta autem sint quæ postea aduersus muliebre *profluuium describentur.* 6

Ποτήματα δὲ ὅσα τοῖσι ῥόον γυναικήϊα.

EXPLICATIO.

Hoc aliod est impedimentum conceptionis, quod quum præterniserit antea Hippocrates, ad extremum tandem ipse adiunxit ounc susceptæ disputationis. Eius verò etsi duplices causas obseruarit & recensuerit hoc eodem loco, vt prior quidem causa sit repletio ea, quæ etiam faciat continens seminis profluuium: (Ait enim ὡ μὲν οὖν ὑπὸ πλησμονῆς ᾖ, quòd si talis affectio à repletione fiat) deinde etiam vteri laxitas ab eo statuatur huius eiusdem affectioois causa posterior his verbis, ὡ δὲ ὑστέρη χαλάσῃ, *sin autem vterus laxetur*; animus attamen authoris noo fuit per hæc aliquot verba ὡ ὑγρὸς ἀπόῤῥυσις διαπρὸς, è sinu muliebri genitale semen profluere, nec iugi cursu, vt Cornarius vertit perdoctus interpres. Διαπρὸς siue διαπρὸς ὑγρὸς Hippocrati potuit quidem dici qui ex ioternis aut supernis potiùs tanquam cœlitus decidit, quique fluit è pudendis molicbribus ioslar quasi torrentis. Alioqui vndenam ἀδυναμίη ohoriatur posita virium infirmitas in hypothesi? Quam eadem omnino de causa ἀψυχίη tãdem quoque deliquium animi consequatur? At enim cur hîc (ἡ γυνὴ πρὸς ἀνδρὸς ξυμπλακεῖσα φιλεῖ) mulier non ardet complexu viri, quod noo ita pridem taotopere commodum videbatur Hippocrati ad conceptiooem? Ao quòd exupetanti seminis euacuatione stimulus Veneris in muliere refrænetur? Demus etiam, si tes ita ferat, vt appetat quidem mulier virum etiámque adeat, volumus; (ξυνιέναι καὶ μάσσεσθαι) attameo in hac hypothesi ouoquam illa coocipiat ex compressu. Nempe quia (credimus) copia seminis etiámque erudioris dilutioríque, retentrix vteri vis facta paulò imbecillior, impotens eodem modo redditur ad semen comprehendendum. Pluribus autem locis superiùs & coxas & lumbos ingens exercebat dolor ohortus ab intemperaoti calore ex suppressione materiæ menstrualis. Nunc contrà ab earundem partium infirmitate summa, cui etiam oh eandem causam consectaria sit sæpenumero febris assidua, dolor nascitur. Ex quibus vniuersis oondum satis esse potest manifestum, quid faciat vt vterus (ὡ τὴ σφέων αὐτέων μὴ εἰσὶν ἕδρῃ) noo retineatur suo loco. Sed id satis abuode fuerit exploratum perspectúmque, qui meminerit humoris exuperantis prolapsu, sæpe propria vteri ligamenta adeò relaxari, vt ipse de loco excidat, non autem solummodo dimoueatur; aut aliquò etiam, in hanc scilicet vel illam partem conuellatur. Sed de his postea copiosissimè. Vt autem author hic summus fuit vbique medendi magister, curatioem huius affectioois singulari artificio sic terminauit breuissimè, quum quæ priori loco causa ponitur, per se detrimentum passa tandem destruatur.

Ην μὲν οὖν ὑπὸ πλησμονῆς ᾖ] Quæ si finem non faciat tamen seminis egressio; ἐᾶν ῥῖψαι, totum negotium potenti Naturæ committendum censet. Quid enim repletiooem acriùs expugoet in aphorismis, quàm quæ è natura hîc ponitur suscepta euacuatio? Ἰόντι ooncetiam, vt alhàs apud Hippocratem, ferri cootinenter volumus significare. Breuiter (inquam) perstringit causam posteriorem. Eam nimirum euertit sola vioeodi ratione quæ siccet & adstringat, quum morbus principia duxerit (ἤν τις ὑπὸ ὑγρὴν χολάσιν) à nimia vteri relaxatiooe, hoc est vasorum, quæ ad vterum vsque pertinent. Quanquam si exiccans dixta non erit satis, πτισάνας potiones quæ id præstent, polliceatur præscripturum se. Quod ipse statim faciet initio libri posterioris.

aph. 22. lib. 2.

FINIS COMMENTARII
SECVNDI.

MAVRI-

MAVRICII CORDAEI RHEMI COMMENTARIVS TERTIVS IN LIBRVM PRIOREM HIPPOcratis Coi de Muliebribus.

SENTENTIA PRIMA.

ΥΝ δὲ ἐρέω ἀμφὶ νοσημάτων τῶν ἐν γαστρὶ ἐχουσίων. Φημὶ τῇ γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ δίμηνον ἢ τρίμηνον καὶ τριμηνιαίτερον, ὧν τὰ ἐπιμήνια τοῦ χρόνου αὐτῇ καθ' ἕκαστον μῆνα ἔκκριτον, ἀνάγκη λεπτόν τε μιν γίνεσθαι καὶ ἀσθενέα. 1

Ἔστι δ' ὅτε καὶ πύρ ἐπιλαμβάνῃ τὰς ἡμέρας ἕως αἱ χορεῖαι τὰ ἐπιμήνια. 2

Καὶ ἐπ' ὦν χορεῖ, καὶ μὴ τὰ χώρησιν, χλωρὴ γίνεται, καὶ χορεῖ δὲ ὀλίγα. 3

Ταύτησιν κεχλίασιν αἱ μῆτραι μᾶλλον τῶν καιρῶν, τοῦ ἐμβρύου. 4

Καταῤῥεῖται γὰρ, ἐπ' ὦν τὸ γαστρὶ ἔχουσα γυνὴ, ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος αἷμα ἐπὶ τὰς μήτρας κατ' ὀλίγον, ἢ περιέλιξαν κύκλοσι περὶ τὸ τῇσι μήτρῃσιν ἐὸν, αὔξει κῦρσο. 5

Ἢν δὲ χάσσωσιν αἱ μῆτραι μᾶλλον τῶν καιρῶν, τοῦ ἐμβρύου τὸ αἵματος ἢ μίξις (ὥσπερ εἴρηται) χωρέει· ἢ δὲ τὸ τῇσι μήτρῃσιν ἐὸν λεπτόν τε καὶ ἀσθενὲς γίνεται. 6

Μεγεθυνομένης δὲ τῆς γυναικὸς, ἄμφω τό τε ἔμβρυον ἢ αὐτὴ ἡ γυνή. 7

Ἢν δὲ μὴ μελεδήσηται, φθείρεται τὸ ἔμβρυον· κινδυνεύει δὲ ἢ αὐτὴ τὸ νόσημα μεῖζον ἔχειν, ὧν οἱ καθαρσιες πλῆθος τοῦ δέοντος χορεῖ. 8

Μετὰ τὴν ἀποφορὴν, οἵη τῶν μητέων μᾶλλον ἐσωμεμυκυῖα, καὶ κίνδυνος ἔστι. 9

IAM nunc à nobis disputatio instituitur de morbis grauidarũ. Nostra sententia quidem si mẽstrua mulieri quæ bimestrem aut trimestrem vel ætate grandiorem fœtum vtero gestat, per singulos menses erumpunt, extenuari eam prorsus necesse est & reddi imbecilliorem. 1

Fit interdum etiam vt tantisper dum fluunt menses, febris eam prehendat. 2

Nec non sæpe in eorum profluuio, eóque eodem etiam exacto, mulier palleſcit, etsi parcè & restrictè fluant. 3

Istis vniuersis vterus debiscit plus æquo, idémque ipse incrementum fœtus demittit & quasi relaxat. 4

Descendit nimirum sanguis paulatim è toto corpore in vterũ, quãdo mulier vtero gerit, ac circumsistẽs is quasi in orbem circũ id quod vtero cõtinetur, ipsum adauget. 5

Porrò etiãsi hiauerit vterus, pl⁹ q̃ è re est, sãguinẽ sinit p singulos mẽses (vti cõsueuit ante), pdire: indéq; adeò q⁸ cõprehensũ uter⁹ tenet, tenue redditur & imbecille. 6

Verumtamen si de muliere diligens cura suscipietur, bellè quidem & meliusculè embryo & ipsamet mulier habuerit. 7

Contrà autem si nulla adhibebitur, abortio quidem fiet; tandémque verendum erit ne morb⁹ ipsam diutiùs exerceat, cùm siquidem largior purgatio fiat quàm conueniens sit. 8

Ac post abortionem quidem mulier vix vitam deget sine periculo, utero nimirum nimis patefacto. 9

EXPLICATIO.

MENDVM ſcripturæ quod hîc duplex eſſe animaduertimus, in primis, ſi placet, corrigatur; deinde ad ſcopum Hippocratis, & mentis illius interpretationem aggrediemur. Prius eſt vt ὠὴ χ' μῆνα ἕκαστον pro ὠὴν χ' μῆνα legatur. Neque enim videmus quidoam periculi mulieribus impendeat, ſi ſtatim, vel non ita multò pòſt, menſes nûc prorumpant. Alterum eſt, vt pro κύηαν, κυκλοῦν reponatur ea lib. de natura puelli; quanquam poſſit etiam retineri κύκλου, quod ſit idem atque κύκλῳ. Sola verò poſtea inſcriptionis perlectione ſatis fit notum quodnam eſt in hoc cõmentario inſtitutũ authoris. Vt quemadmodum primò diſputatum fuit de iis quæ communia ſunt omni hominum generi, tandem attamen oratio in affectiones præſertim deſierit quæ in mulieres cadunt, quatenus ſunt huiuſmodi; hoc eſt oon ratione communi, qua ſcilicet homines ſunt, ſed mulieres, non autem viri. Sequenti deinde de noo concipientibus diſſeratur, & impedimentis cõcipiendi. Nunc ex ordine inſtituatur quoque ſermo Hippocratis ἁμοῦ τοκμάσαν δεῖ ὦ, &c. de morbis qui vulgò mulieres malè habent, quum cooceperunt & iam vtero geſtaot. Vt & quarto loco de iis agetur poſtea, quæ parturienres exercent, etiámque puerperas. Sic enim propiùs iotuenti quod cœpit inſtitutum authoris, ordine progreditur. Conceperit igitur mulier, demus ea hypotheſi, ſi placet, cum Hippocrate, atque vnius aut alterius menſis, aut etiã, ſit id quod cooceptum eſt, temporis diuturnioris. Sanè quidem volumus. Ita verò comparatum tatúmque in Hippocratis doctrina accepimus, quòd τὸ καταμήνια ὑ χωρίν ἐκύησε χωὶ κάζη ἐκ τοῦ ἰουτοῦ, ὧν μόνα τὰ παιδίου ὑγιαίνει, grauidis menſtrua ooo profluunt niſi magno ſalutis puelli detrimẽto: attamen ſtatim huic exceptio ab Hippocrate ſubiungitur, εἰ μὴ ἔστι ὅτου ἔκτοπα τὰ ἐκ τοῦ μήτρα ἐκύησε ἐκίνει, niſi fortè quibuſdam primo menſe quandam ſui præbeãt ſignificationem: tũc enim minimum quid ſanguinis eiuſce citra omoem iacturam elabi poteſt. τότε ἐκ τοῦ τοι ἦν ἡμερίον ἐκύησε ὑ χωρὶς ἐς τὰς μήτρας τοῦ, ὀλίγον αἷμα ἔρχεται κάτω ἐκ τῶν χωρὶς ἐς τὰς μήτρας, ἕνεκα δὲ ὅτι πλῆν, quum ſiquidem, poſteaquam genitura in vterum mulieris à viro demiſſa fuerit, primis ũſce diebus ſcilicet à cõceptione, pauciſſimus ſanguis è mulieris corpore ad vterum accedat, copioſior autem deinde; minùs ſit mirum, oec alienum etiam à natura debeat iccirco videri, ſi tũc quum mioimum etiam id ſit, ac iuſta ratione minimum quoque hoc augeatur; pars quæ ſupereſt ex pari & conſuero ſanguinis menſtrui ad vterum cõfluxu, excidat & feratur foras ex proportione. Quem quidem locum Hippocratis in ſuos commentarios tranſtulit Ariſtoteles ad finem capitis 19. lib. 1. de geoeratione anim. vt ipſe plurima ſoler ſæpenumero. Viſus eſt nobis tamen aliter ſenſiſſe Galenus comm. in aph. 60. lib. 5. & cap. 5. lib. 6. de locis affectis. Siquidem eacretioom quæ fit in grauidis, putauerit ex venis manare quæ ſunt in collo vteri, non ex penitioribus è quibus tunc propendent ſecũdæ. Sed hiatus vteri maior ſententiam Galeni prorſus conuellit in hac hypotheſi. At verò nuoc ratione effluuij oõ ſioe magno Hippocratis artificio cœptom eſt à himeſtri embryone, non autem qui ſit tantùm mẽſis vnius. Quò enim maior & ætate grandior fœtus eſt, eò maiori cũ detrimento & periculo ab vtero ſanguis decidit & effluit in prægnantibus. Periodico igitur ſanguinis profluuio matrem imminui, ipſúmque adeò fœtum, quiſque hinc ediſcat, modò attendat ad ſummam prouidẽtiam naturæ, quæ occludi ſtrictè orificium vteri voluit, oe quod alioqui in nutrimentum fœtus cederet eiúſque incremẽtum, excideret magno illius detrimẽto & ſummo peticulo. Vt autem quod hoc loco ab Hippocrate depromitur, accommodatè poſſit definiti, repetendum ducimus ex principio commentarij primi, γυναῖκα προνοητικὸν καὶ ἀνηλοτόκον ἴδῃ, prouidentia diuina mulierem rarioti effectã eſſe carne molliorique, ideo & capaciori potiùs quàm virum; quòd ipſa nempe non ſibi ſoli ſanguinem cõficeret, ſed & alendo embryoni permeceſſarium, & qui etiam verteretur tandem in incrementum fœtus poſt efformationem, vt pleniùs antea ex Hippocrate demonſtratũ fuit. Huic igitur ne quid depereat, oſculum vteri iure clauditur. Sed cur in hac hypotheſi ἀνάγκη κατέλιπεν, &c. mulierem extenuari neceſſe eſt & imbecillem reddi, quum perſpectũ cuique Hippocrateæ huius doctrioæ cultori deheat eſſe exploratúmque, ſanguinem qui tuoc effunditur, minùs ad mulierem, ſed fœtũ potiùs pertinere? Namque huîc authori in muliebri raro corpore duplex ineſt penus ſanguinis, vti pro illius mente antea conſtituimus. An quia dum alimẽtum fœtus proprium perindicè effuoditur, atque ſuo ſic genio & alimẽto ipſe defraudatur, is interim manet in viuis, ac dum ipſe viuit & alitur, materno quoque interim ſanguine, ooo ſuo, perfruitur? Siquidem hoc pacto veriùs res in fraudem ſemper cadat & detrimentum matris. Imò verò ſæpe tanta paulatim copia ſanguis effunditur, vt præ virium infirmitate, ipſa febrite videri qneat; potiſſimùm verò ἅτις ἀ χωρὶν τὰ ἔκτομώτατα, dum funduntur menſes; vbi & præter conſuetudinem πλεονάζει καὶ θερμαίνει, perturbatio totius adeſt corporis, & eiuſdem ipſius increſcit calor, vti antea demõſtrauimus ex ſentẽtia veteris magiſtri. Porrò etiam ſi cutis effloreſcit humotibus cõſimilis, prima ſtatim periodo lib. de humotibus apud Hipp. quidni ounc vtrobiq; mulier (χλωρὶ γίνεται) iure palleſcat; ſanguine nimirũ præter naturã partim ſecedẽte foras, partim etiã in ourritionẽ fœtus illecto? Tantundem namque de genuioo prægnãtis colore in hypotheſi detrahitur, quanrũ minuitur nûc eiuſdem copia ſanguinis qui ſub cutim diffundi antè cõſueuerat duce natura. Sed hæc dicta ſunto hactenus de ſymptomatis. Explicantur iam huius cauſæ (πάντων κεχώκασιν, hu hiauit, &c.) quæ poſitæ ſunt in maiori amplificatione nõ oris tantùm vteri, ſed oſculorũ relaxatione venarũ quæ ad vterũ pertingunt introrſum, hoc eſt ad acetabula. Vndenam alioqui ſanguinis effuſio quæ nûc io Hippocratis oratiooe ſtatuitur? Sed hac de re modò, cõtra ſentẽtiã Galeni, mentẽ præceproris expoſuimus. Addidit autẽ μᾶλλον τῷ κεφῷ, *plus equo*, quia nõ quælibet relaxatio vteri ſanguinẽ profundit, & incremẽto fœtum defraudat, ſed ſola quæ dicta eſt illiuſmodi. Namque vterus modicè relaxatus ſæpenumero balnei ſepore aut fotu, immodica quoq; Venere & coitu libidinoſo, vt in ſuperfœtatiooe. at ſine fraude & ſanguinis profluuio. Ergo ſi quãdo ipſe nimium dehiſcat, vt eſt in hypotheſi, quũ naret ſanguine copioſo, quemadmodũ iam dicetur, in incremẽtum fœtus, hic certè foras porerit prodire. Quod quò faciliùs

lib. de nat. puelli.

percipi

percipi queat, quomodo fiat, quum accidat id contra naturam: si molestum tibi nõ est, lector, quomodo res geratur dice natura, sub oculos priùs ponito cum Hippocrate. Sic enim planiùs quæque explicabuntur & notiora reddentur cuique.

Καπήγεται γὰρ ἐντεῦθεν τὸ χυρὸς, *deferetur nimirum sanguis*] Finis ergo cuius gratia sanguis trahitur, nutritio primùm eius statuatur (τὸ ἐν τῇσι μήτρῃσι εἶον) quod in vtero iacet: (Sic enim nunc periphrastice & latissimè loquutus Hippocrates & semen, & embryonem, & puellum omnino complexus est) Deinde eiusdem etiam incrementum. Quo si fortè id non potiatur, præsertim verò quum inuererauerit; iam cuique erit manifestum quanam ratione (κινδύνῳ τι καὶ ἀσθενὲς γίνεται) tenue id fiat quod vtero detinetur & imbecillum. Finem verò hunc eundem hæc verba signarunt lib. de puelli natura, ἐπεὶ καπὸν τὸ αἷμα ἀπὸ πάντος τοῦ σώματος τῆς γυναικὸς, κυκλόθεν περιτατεῖ πρὸς τὸν ὑμένα ἔξω, &c. Vt non solùm promanet sanguis in prægnantibus ab vniuerso corpore, sed omni ex parte foris circum membranam diffusus intrò trahatur & enutriat, quod futurum iam animal est (ait) & eidem prærbeat incrementum. Sed ad rem quoque pertinent quæ sequuntur eodem libello. At verò (vt bellè vertit doctor Gorræus) mulier quo tempore vtetum gerit, etiamsi menstrua sistantur, non malè attamen habet, propterea quòd sanguis qui singulis mensibus confertim exire solitus erat, non agitatur, sed χωρὶς ὄγκου καὶ κατ' ὀλίγον, sensim quotidie paulatimque in vterum defertur sine dolore: καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ἐν τῇσι μήτρῃσι ἐὸν αὔξεται, ac dicebat hoc eodem loco, scilicet versu quinto, Hippocrates, ἐπεὶ τὸ ἐν τῇσι μήτρῃσι ἐὸν, αὔξεται κἀπὸ, quod intus est nimirum in vtero, idem ipsum auget. Sed quum nunc, vt illic, καθ' ἡμέρην, quotidie in vterum sanguis deferatur, quum ibi adhuc puer iaceat & contineatur ex hypothesi; cur non etiam similiter quotidie ipse effunditur, sed κατὰ μῆνα χωρὶς, versu sexto primæ huius sententiæ, tantummodo singulis mensibus exit ab vtero? An quia (vt non ita pridem explanauimus) ex alio fonte penúque pet singulos menses sanguis periodicè manat: ex alio autem alimentum puer capessit? Alimentum puer (inquam) capit, quia trahit; sanguis autem illic non trahitur, sed foras potiùs materna ope truditur. Hunc verò diorismum nos hæc Hippocratis docuit oratio ὅτῳ ἐπὶ, qua naturæ consuetudo significatur: Naturæ (inquam) non puelli aut eius quod vteri amplitudine continetur, sed matris quidem ipsius. E cuius penu exteriori, hoc est muliebri, quum sanguinem non alliciat puer, sed materno tantùm perfruatur in hypothesi, qui satis ei alendo esse non potest; nec trahenti puello cedat semper nec morem gerat ex æquo; κινδύνῳ τι καὶ ἀσθενὲς γίνεται, minutulus ea de causa necessariò redditur & infirmus. Cæterùm naturæ mos cuius meminit Hippocrates hoc loco, nobis in memoriam reduxit locum eundem aut planè consimilem ex libello de puelli natura. In cuius expositione quum nutasse visus sit nobis vterque vetus interpres, nostram audentiùs aliquantò sententiam statim subiungemus, si antè Gorræi Doctoris versionem propiùs ad germanam accedere monuerimus. Eo loco instituta Hippocratis est disputatio de causis recursus menstruorum. Ac prima hypothesis authoris fuit tum, sanguinem commoueri. Quum autem sanguis in muliere commotus fuerit, (imò addemus etiam, de penu & propria sede iam pulsus) venas vteri proprias etiam opplenerit; secedit is ab ipso corpore, ait. En verò hic ille perdifficilis locus sequitur, καὶ πῶς ποτ' ἐν τῇ ἀρχῇ τῇ φύσει ὑπῆρξεν, quem sic reddidit Doctor Gorræus, *Reditque flatus idem corporis qui initio secundum naturam erat.* Bella hæc quidem est, sed quæ tamen sententia vt verior, longè propiùs ad mentem accedat authoris, si quem ille corpori statum tribuit; ad stadium periodicum, hoc est ad certa statáque recursus menstrualis intetualla eundem tetulisse. Vt quod innuere voluit Hippocrates, sit huiusmodi; si priùs notatum à nobis fuerit, aut legendum esse ἐν τῇ ἀρχαίῃ φύσει ὑπῆρξεν, aut ἐν τῇ ἀρχῇ ἡ φύσις ὑπῆρξεν. Alriùs hoc pacto (rogamus) repetatur scilicet è physicorum fontibus disputatio. Rebus vniuersis sua est natura, quæ quòd eas singulatim enasci faciat, fortita est hoc inde peculiare nomen. Itaque illa rei cuiusque parens & opifex, vt sui bene consultrix, ita est conseruatrix semper & prouida vtilitatum opportunitatúmque omnium; quanquam οὐκ ἐκ διανοίης, ἡ μαθοῦσα, καὶ ἐπιδιδοῦσα, sine consilio & doctrina etiamque magistro suum omne opus perficiat. Zeno eam ita definiebat, vt diceret ignem esse artificiosum ad gignendum progredientem via. Artificiosum nempe, quòd haberet quasi viam quandam & sectam quam sequatur. Ipsius verò mundi qui omnia suo complexu coercet & continet, Natura non solùm artificiosa, sed artifex planè dicta quoque est ab eo. Hæc natura naturans scholasticè nunc (si placet) vociterur gratia disciplinæ: vt illa quoque cuinsque peculiaris, dicatur naturata. Quam vtramque hæc verba videri queant notasse apud Hippocratem lib. ἐπεὶ κρατέουσιν, ὡς τὸν ἴδιον τὸ πολὺ ἡ τύχη, ἡ τῇ αἰθρώπου φύσις τὸν ἴδιον δύναμιν. Neque enim sæpenumero natura hominis superat vniuersi potestatem (ait) quæ in ipsius scilicet eiusdem natura consistit. Atque hanc quoque eandem sententiam Hippocratis tacitè ac dissimulanter sequebatur Aristoteles, verbis commutatis pro more suo, ita loquutus; Sol & homo generant hominem. Hic verò non extra constitutos physicorum fines, nec terminos egredimur Hippocrateos; ne quis nimirum ad mordendum quàm ad scribendum habilior, modò latret & scripta hæc nostra in sensum deteriorem tentet derorquere. Hæc (inquam) peculiaris cuiusque natura habet πεπρωμένην μοῖραν, sortem vitæ & necis fatalem apud Hippocratem primo de diæta, & vt sui conseruatrix sedula ciet omnes ordinarios motus per se & sua sponte, denique sine ope & alterius industria. Qua quidem quum in corpore humano μακρονόσων nulla sit prior, neque vetustior, quid ni hic & libro de nat. puelli iure ἀρχαίη φύσις dicatur, primigenia natura? Quæ etiam quia vetustatem non capit, nec morbum patitur in maiori mundo; eadem hæc quoque est illi semper, & manet in sempiternum. Vbi quemadmodum omnia fiunt & accidunt certis numeris statisque sparis rerum, & interuallis horarum perficiuntur vniuersa, quòd nulla insit scilicet in cœlo materiæ ἀνωμαλία: ita in homine Natura suas motiones molitur, & quidque, vt menstrua, semper monet per septenua-

Marc. Tull. 2. de Nat. Deor.

Hippocr. 6. Epid. sect. 5. eodem loco apud M. Tull.

rios pro viribus; sublatis (dicimus) quæ multa sæpe occurrunt è materia, omnibus impedimentis. In eo enim consistit ἀσφαλὲς, vt & in oppositò ἀσφαλία. Itaque res tum simpliciter naturæ geretur imperio, si vbi commotus sanguis periodicè venas vteri oppleuerit in vacua quidem muliere, è corpore effundatur, κατὰ τοῦτον τὸν τῆς ἀρχαίης φύσης ὑπάρξαν, & hic tum quidem quemadmodum cœpit in vetusta & priore natura. Vel τοῦτον τὸν τῆς ἀρχῆς ἡ φύσις ὑπῆρξεν, de periodica menstruorum motione intelligatur, vt quæ natura quiduis eodem statu tempore semper promoueat, quo ipsa cœpit à principio. Sic autem vtrobique res eodē recidet, & sensus manebit idem: idémque etiam hoc pacto seruabitur recursus menstruorum. Si nempe cœperit ipse primùm per terniones septenariorum, hanc periodum septimanarum, retinebit vbique natura. Sin autem per quaterniones; quaternarium quoque motum seruabit. An verò (ὥσπερ ὤοντο) naturam id facere quispiam physicus opinetur, quia didicit; vel quidem ex consuetudine is ad aliquid naturam aggredi suspicetur, nisi analogia & similitudine quadam? Est hoc sanè loco more vulgi, vt sæpenumero alias, loquutus Hippocrates. Quum siquidem ex Aristotele didicerimus ὅτι τὰ ἤθη τῶν ζώων γίνεται, ei opponi quod dicitur ὅτι φύσει. Naturam ergo quidque quod suum est, moliri per se statuimus; vt homines ex consuetudine, in iis quæ pendent ex consilio. Τοιαυτάτον δὲ (ait) συνεστάναι τὸ ζῷον ὥσπερ πόλιν εὐνομουμένην: Quod est in proposito accipi sic nimirum oportere, vt res se habeat & administretur in animante, quemadmodum in bene morata benéque constituta Republ. In qua ἕνα ἄνακτα τὸν τῆς πόλεως, οἷόν δεῖ νομοφυλακοῦντα μοναρχεῖν, οὓς δεῖ παρεῖναι παρ' ἕκαστα τῶν γινομένων· ἀλλ' αὐτὸς ἕκαστος πολλὰ τῶν αὐτῶν, οἷς πάσχομεν, καὶ γίνεται πολλὰ μιπτὰ πόλει ὅμοια· ἐν τοῖς ζώοις τὸ αὐτὸ τοῦτον ὅτι φύσει γίνεται, & quæ sequuntur: quum semel ordo constitutus est, nihil eorum quæ adesse oportet desideratur in iis quæ geruntur, separato quanquam principe & absente, sed suum quisque munus exequitur, vt est præscriptum, omniáque ordine suo propter consuetudinem efficiuntur: Ita in animantibus hoc idem ipsum natura duce perficitur, & quæ sequuntur eodem loco. Ergo vt didicisse naturam, ita & assuevisse, nunc sensu ad vulgus accommodato accipi licet & intelligi; Καὶ γὰρ ἡ μάθησις, ὅτως ἔθος ἄνθρωπος, quum namque disciplina sit quædam exercitatio consuetudinis. Sic enim Erotianus, vbi μεμαθήκασι notanit idem esse quod εἰώθασι. Sed ad propositum sic fiat regressio. Expositum est autem nuper, quanam ratione extenuatio & imbecillitas mulierem opprimat, sed (τὸ δὲ τῶν μάστρων ἐὸν κενεὸν τε καὶ ἀδυνὲς γίνεται) cur nunc etiam quod continetur vtero? An penuria nutrimenti accidit, propterea quòd deficit tandem id & desideratur in vtroque penario? Ita enim iure vicissim tandem aliquando detrimentum cadat in ipsum vtrumque. Sed iam audiamus quid Hippocrates de curandi ratione & prognostico.

lib. de animalium motu sub finem.

1. vers. sint. huius.

Μηχανήσιμος δὲ τῇ γυναικὶ, *si mulieri curatio adhibeatur*] Quænam autem vsurpabuntur ad hoc vtrumque remedia, siquidem referenda quæque videantur semper ad vsum? Nexa sunt ita strictè hæc inter se duo, vt vix vni oblatum quidpiam prosit, qnin non & alteri eodem modo. Quæ ratio effecit, vt sic nunc sit loquutus Hippocrates, ἄμεινον ἂν, si curatio adhibeatur, melius erit fœtui, vt & ipsi mulieri, scilicet vtrique commnnitet. Ad ipsum attamen prius quàm ad mulierem incommodum pertinebit, si fortasse curatio prætermittetur, vt & hoc quoque loco apud Hippocratem sequitur. An verò id eueniat qnia in muliere cernitur manifestè quo se ipsa tutetur, vt æquum quidem est; in puello autem vis satis potens interim desideratur? In quo abortionis labore molestiáque (grauiores namque corruptiones quàm partus statuet postea hoc eodem libro Hippocrates) quum vasorum orificia laxiora necessariò fiant, κινδυνεύει καὶ αὐτὴ, periculum etiam est non solùm à morbi diuturnitate, sed & ne abortionis vi, tanta sanguinis copia effundatur, quæ mulierem præcipitet ad exitium, διὰ τὸ μαστρίων μᾶλλον ἀνεῳγμένων, quum sic nimis pateat vterus, hoc est venarum ipsius ora, in quibus propter infirmitatem vis retentrix adeò langnescat; vt ea collapsa vnà cum sanguine tandem anima qnoque fundatur. Ergo prognosticum sit, qnòd magnopere verendum est, ne perditus puer matrem quoque perdat propter nimiam vasorum in cotyledonibus extremorum dilatationem. Deinde etiam quòd eodem modo ad summam virium vtriusque infirmitatem accedent intempestiuæ partionis labores sæuissimi, & commorio profluuij maior continuatióque, quæ non potest non esse vtrique periculosissima. Huic tamen vtrique medicina fiet & salutariter, diæta commodiore: cibo primùm, vnde increscat non solùm & liberalior sanguis fiat, sed etiam qui crassescat in rem vtriusque: etiámque vino austeriusculo, vt postea ex illius scriptis demonstrabitur. Supponetur verò & id (etiámque eiusdem gratia quidam Practici in Arabum schola ex stercore asinino syrupum, inuentum hoc scilicet suum, concinnant) in eundem scopum hoc eodem authore ad finem libri ὧδε ἀφόρων. Sententia Hippocratis est, ἐὰν κενὴν ὑπαρχόντα τὴν ὑστέρην, ὑγιὲς ἔχειν, μᾶλλον, ὅταν πυκνὴ, πρὸς πᾶσι, εἰς ῥάκος κατάντους φορεῖσθαι, si menses prægnanti compareant & fluant, asinæ stercus siccum & minium terram Lemniam & sepiæ testam simul ad læuorem contrita & excepta linteo supponi oportere. Sunt & alia longè plura pluribus locis descripta præsidia. Sed de his suo loco postea hoc eodem libro.

SENTENTIA SECVNDA.

Præterea si mulieri grauidæ pituita caput redūdet, acris pituita tandem in aluū

1 Ην δ' γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἡ κεφαλὴ φλεγματώδης ᾖ, καθαίρει τὸ φλέγμα ἀρχὴν ἐς

γμα θριμὺ ἐς τὴν κεφαλήν, καὶ καταῤῥήσσῃ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τὴν κοιλίην, καὶ πῦρ ἐπιλαμβάνῃ αὐτὴν βληχρὸν, καὶ παλμοὶ ἔστιν ἦσιν ἀσθενέες ὑπεκλυόμενοι, ἐπαναδιδόντες ὀξέες.

procumbit, quæ à capite aluum quoque turbat. Mulierem tum sæpe etiam febris lenta præhendit, ac leuis quibusdam accidit palpitatio, quæ modò imminuitur, modò si fortè increscat, acerbiùs sæuire possit.

Ἢν δὲ καὶ ἀσιτίη ἔχῃ καὶ ἀδυναμίη, κίνδυνος ὁ μὴ φθαρῆναι τὸ ἔμβρυον. 2

Quòd si etiam deijciatur appetentia, ac infirmitas inde eueniat, metus est ne breui fœtus corrumpatur.

Καὶ αὐτὴ ὁ κινδυνώδης ἕως ἂν ἀπενεχθείσῃ, ἵνα μὴ μελεδαίνηται. 3

Sed & nisi sedulò occursum fuerit, ipsamet sic exonerato utero in periculum veniet vitæ.

Ἐπὴν δὲ ἀποφύγῃ, ἅτε τῆς κοιλίης ἐξόν τος οὔσης, αὐτίκα δὴ κατελαμβάνῃ. 4

Vnde si euaserit, quum cita nimirum aluus ipsam exerceat, quamprimùm ipsam comprimere oportebit.

Πολλοὶ δὴ καὶ ἄλλοι εἰσὶ κίνδυνοι, ὁκοῖοι καὶ ἔμβρυα φθείρηται. 5

Cæterùm longè & alia plurima pericula imminent, in quibus perditi fœtus etiam depereant.

Καὶ γὰρ ἢν ἡ γυνὴ ὁ μὲν γαστρὶ ἔχουσα νοσήσῃ, καὶ ἀσθενήσῃ, καὶ ἄλλος βιήσηται, ἢ πλησῇ, ἢ πτώσῃ, ἢ ἀστιήσῃ, ἢ λιποθυμίην ἔχηται, ἢ πλέονα ἢ ὀλίγῳ ἐφιεὶς λαμβάνῃ, ἢ διάσηται καὶ τἀμύρηται, ἢ κεκρύγῃ, ἢ ἀκρατήσῃ. 6

Si etenim verbi gratia ægrotarit quæ grauida est, aut si euaserit infirmior, aut vi onus quoddam sustulerit, aut percussa fuerit, aut saltauerit, aut prorsus se à cibo continuerit, aut animo liquerit: Accidit & id cibo sumpto liberaliori aut nimis parco, vt aut si metuerit, etiámque pauore consternata fortè fuerit, aut quidem vociferata, aut aliàs denique sese gesserit intemperanter.

Καὶ γὰρ καὶ ἐφὴ αἰτίη φθορῆς, καὶ πόμα πολύ. 7

Est etenim cibus, vt & potio liberalior, sæpe corruptionis fœtus causa.

EXPLICATIO.

ORTA est nuper disputatio ab Hippocrate quæ ordine tertia est, de morbis grauidarum: ad quorum explicationem dum author modò se parat, incommoda quædam præmittit, quæ veriùs morborum rudimenta, aut potiùs symptomata quàm morbi censeantur. Extenuatio autem primùm proponitur eius quæ concepit, ad quam virium infirmitas vulgò consectaria esse consueuit omni physico, etiámque febris quædam lenta & pallor corporis totius. Vnde consimiliter & fœtus imminutio infirmitásque & vteri relaxatio ferè consequitur, tandémque etiam iustis iis de causis abortio. Isthac nunc quidem ratione viáque decurrit ac voluitur præceptoris oratio in causas abortionis. Quas omnis qui sigillatim examinabit cum eo, nonnullas earum internas esse comperiet, alias autem exteriores. Potrò sit igitur ex hypothesi in censu illarum quæ in capite pituita coaceruatur. Ait enim Hippocrates, τὸν κεφαλὴν φλεγματώδη ἔναι, si caput grauidæ pituitosum est. Quum verò ex capite illa in plurimas partes procumbere possit inferiores: consentaneum quoque videtur (quemadmodum ex lib. περὶ ἀέρων cuique colligere integrũ est) potuisse caput priùs oppleri vapore omnis generis, tum ratione situs, tum etiam figuræ; atque in gulam magis promptam fluxionem fore, vtpote (μὴ ξυνεσκαλυμμένον) minùs tectam conclusámque, lib. de locis in homine: sic enim locus debet restitui ex lib. περὶ ἀέρων. Quod sanè vtrumque etsi commune esse queat vtrique hominum generi, in hypothesi attamen grauidæ mulieri caput pituita redundare, quia priùs oppleri oportuit tum ex suppressione profluuij menstrualis, tum etiam ratione intemperantis vitæ & otiosæ; muliebre prorsus nunc statuatur, nempe quia hystericum. Pituita ergo nunc primùm caput aggrauet, si gratum est; deinde etiam illic ipsa acescens per putredinem, vim excretricem vrgeat, ideóque & acriùs quidem sollicitet ad excretionem. Ita enim solet res vtrique homini perpetuò euenire. Quidni hoc modo è sede superna, vt aliàs quoque viro; in subiectas partes pro-

pellatur pituita? Ex iisce igitur quum gula non sit contecta, nec operculum quidem habeat, vti modò dicebamus; in eam prolapsum humoris facilem esse, nunc sit omnino verisimile. Quòd si sic fortè profluuio ventet corripiatur, nõ ægrotabit hicinde tamen, ait ille; ac rationem reddidit ipse eodem loco. Quòd nimirum si in ventre moram pituita traheret, ileum induceret, qui periculosior morbus est, sub finem libri de glandulis apud Hippocratem. Ex quibus vtrisque locis promptè quidem consequaris quid φλέγμα δριμὺ, acris pituita, deterius efficiat aut promoueat, quàm quæ suam naturam seruat & conditionem. Quòdque illi perperam sanè, qui καταῤῥῆξιν τῆς κοιλίας, *ventrem perrumpere* reddiderunt, quum *perturbare* aut *ventrem deijcere cum impetu* significet & hic & apud Dioscoridem. Etenim è capite tanquam ex sublimi vertice in aluum pitnita labitur, & aliquo cum impetu pessum fertur: hácque de causa spumosæ deiectiones alio loco tum apparebant apud Hippocratem.

Alterum est, καὶ πῦρ ἐπιπολάζει αὐτῷ, quòd huiusmodi profluuium febriculam adfert; sed quia hoc est commune symptoma cum viris, vt & palpitatio frequens, maior scilicet & imminuta, tantùm addemus, quòd si diu perseueret & in aluum increscat defluxio, (καὶ ἀσθένια καὶ ἀδυναμίη) deficietur appetentia tandem, quæ etiam tantæ infirmitatis vehat consequutionem, vt intra admodum breue interuallum temporis (ὡς ἔοικε φθαρῆναι τὸ ἔμβρυον) fœtus ipse depereat. Euanescit autem, aut quidem acuitur palpitario pro vi humoris & impetu illius in tunicam quæ cor cingit. Qui paucus est nempe, facilè discutitur dilliparúrque. Contrà autem humor aut quidem vapor tum magis vrget qui accrescit aut cumulatior in cor procumbit, eóque pacto ægrè admodum discutuur. Quanquam aliàs quoque multas partes hæc nunc exercere potiit affectio orta ab humore crasso halitnosóque, præsertim autem si frigore tentabuntur, sicuti euenire potest in hypothesi. Quæ causa fortasse fuit cur in plurium numero potiùs dixerit, καὶ παλαιὸν ἔστι ἦσιν ἀσθενὴς ὑπολειπόμενος, ἐπαναδίδοντες ἐξίης. Imò verò (καὶ αὐτὸ τὸ κινδυνῶδες ἔστι) nisi occurrsuni cautúmque fuerit quadam sedulitate. ad prægnantem meritò quoque exitium pertinebit. Non solùm quia abortio (vt quis putet) molestior esse consueuerit quàm partio mulieri, verùm etiam propterea quòd humore pituitoso dominante & in cerebro quidem exuperãte periculum maius creari possit. Quòd si (ἐντὸς ὑπερφύῃ, &c.) mulieres effugisse & euasurae videamur fortè per alui profluuium liberale, sicque concedantur inducíæ aliquantispet, ac spes quædam affulgeat vitæ aliquantò melioris; res tamen adhuc manebit in ancipiti, nisi, quomodo hic nunc præceptum est ab Hippocrate, de fluxione hac cephalica Medicus cutam suscipiat.

Τοῖσι δὲ καὶ ἄλλοι ἐστὶ κίνδυνοι] Multa alia sunt pericula, de quibus actum est in aphorismis lib. 5. ab hoc eodem anthore, & commentatore Galeno, quæ à causis nimirum internis dependent. Sed hoc è tribus Hippocrateis morborum principiis tertium est, (τούτων δ' ἔστι, ὧν τὰ βίαιον προσπίπτῃ) si quid violentum accidat. Arque hoc quidem hisce verbis idemmet ipse præceptor interpretatur: βίαιον δ' λέγω τὸ πληγὴν, καὶ τραῦμα, καὶ πτῶμα, καὶ πταῖσμα, καὶ ἄλγημα, καὶ ὅ τι μὴ τοῦ αὐτοῦ ἐστιν. Violentum (ait) appello casum, vulnus, plagam, & sine modo laborem, vt & siquid est aliud huiusmodi. Τούτων δὲ τῶν ἀρχέων μεγίστη ἡ βία, ὧν μεγίστη ἐστὶ, horum verò principiorum violentia maximum est. Auditote iam, si placet, quid nunc de ea Hipp.

sect. 4. Repetire etiam quid de Agasi 6. Epid. quæ quum virgo esset, non nisi difficulter & crebrò spirabat. Illius enim bistoria huic loco quandã adferre possit perspicuitatem. Quum siquidem ea ex vito peperisset, leui dolore correpta non longè à partu, & conata esset magnum quoddam onus tollere; visum ei fuit aliquid intus in pectore crepuisse. Vnde nam verò illud, nisi, vt & hoc loco, ex contentione neruorum & membranarum vehementiore? Acerbiùs verò tum multò sæuiebant dolores, quoties brachium ipsa commoueret. Vnde Hippocrati iure quidem consentaneum videbatur, quum therapiã ipse instituisset, allij porrique esu interdicere, vt & carnis porcinæ, ouillæ atque bubulæ, hoc est, ab omni nutrimento ad coquendum difficili, expositore Gal. comm. ad sect. 4. lib. 6. Epidem. atque etiam in rebus gerendis, βοῆς ἐξωθυμίης, à clamore (quod est hic notatu dignum) & iracundia arcere. In qua narratione obserues multa lector, quæ cum modò præscriptis ab Hippocrate consentiant. Sed hos sigillatim abortionis modos nunc enumerare longioris esset orationis, & tædere posset: liceat attamen nunc in memoriam scorti cantricis historiam reuocare. Iureiurando Hippocrates quondam affirmauerat non se daturum πεσσὸν φθορίον, corrumpens pessarium, mulieri. Sanè quidem. At illius immemorem statui nunc Hippocratem prædicare, ani delicatioris quidem huius blanditiis precibúsque illectum victúmque, grande nefas vel cogitatu existimamus. Iussu præceptoris quidem sepries cantrix illa saltarit, vnde etiam efflnxerit in terram genitura cum strepitu, & eius quæ conceperat admiratione summa, sanè quidem volumus. Non tamen protinus id vitio dabit Hippocrati homini planè diuino, qui excussisse solummodo genitutam, non ipsum autem fœtum, audietut & apud se animaduerterit; aut crimen hoc saltem sic attenuabit. Non præscripsit ergo summus noster ille præceptor pessarium gratia corruptionis, sed saltem tantummodo ad effluxionem seminis, quæ longissimo distat interuallo ab abortione. Aut ludibundus fortè tra iussit, quum à Venereis rebus tanquam agresti & furioso domino iamptidem profugisset. Verumenimuero ad perspicuitatem vtile etiam fuerit nunc historiam commemorare quam descriptam reliquimus antea. Mulier autem erat quæ vterum gestans octimestrem, cum magno vitæ discrimine in angulum impegit saxi grandioris. Nec ad rem munùs quoque pertinebit hic eorum meminisse quæ ad finem libelli ἐπὶ γοῦν literis ipse mandauit de puelli mutilatione & abortione. Græca hæc, τὸ δ' ὑπερθὲν ἐν τῇσι μήτρῃσι παιδίον φαμὲν αὐτὸ ἢ φλασθὲν ὑπερθύρῃσι τῇσι μήτρῃσι πληγῆναι ἢ ἔμβρυον, ἢ πεσόνος, ἢ ἄλλῳ τινὸς βιαίῳ παθήματος προσγενομένου τῇ μητρὶ, sic, si placet, reddantur: Mutilatum in vtero puellũ quidem iudicamus aut contusum ex matris plaga, aut ipsius einsdem in fœtum casu, aut ex quodam violento & vehementiore affectu qui matri euenerit. Rationem ipse deinde hanc addidit, διὰ δ' φλασθὲν, ὅτι πυρτοῦται τὸ παιδίον. Qua enim parte mater collidetur & plagam accipiet, cã soleт mutilari puer. Quòd si vehe-

in horro suo.

comment. 1 in sent. 11 supra.

si vehementiùs eueniat & collidatur, vt membrana qua continetur puer (ait) inde rumpatur; φθείρεται τὸ ἔμβρυον, ipse tum inde abortiuus perit. De apertis causis & vitalenris abortionis occasionibus aliis plura etiam videas apud Galenum, comment. in aphor. 53. lib. 5. Cæterùm ἀκρατέϊν verbum, quod vterque interpres retulit ad intemperantem victum, de potione meraciori hîc possit explicari. Latiùs etiam poterit diffundi eius acceptio, si de omni exuperantiæ modo locus explicabitur. Interpretum attamen expositioni subscribere & fauere, vel eam quidem confirmare ratio hæc videatur, quæ statim subnectitur ab Hippocrate. Καὶ γὰρ καὶ ἄφορος καὶ πάμπαν πολὺ, quòd nimirum sine cibis exuperet, siue etiam sit potiùs liberalior in hypothesi, causæ hinc duci queant abortiuis. A paruitate, ideóque & infirmitate fœtus, ratio quidem peti posset, quæ proximè consequetur. Καίπερ γὰρ τὰ πολλὰ σμικρὰ, &c. quòd ferè infirmi sint fœtus qui perpusilli. Sed aliàs quoque ab hoc præceptore accepimus, non tantùm fœtui, sed quod longè amplius est, παρὰ τὰ πολλὰ τῇ φύσει πολέμιον, quicquid excedit modum, bellum indixisse vel ipsi naturæ durissimum exitiumque. aph. 51. lib. 2.

SENTENTIA TERTIA.

Καὶ αὐταὶ δὲ αἱ μῆτραι ἔχουσι φύσιας ἧσιν ἐξαμβλώσκεται, ἐοῦσαι πυκνόματοι, πυκναὶ, μεγάλαι, μικραὶ, καὶ ἄλλα ὅσα ἔοικεν.

1 *Sed & ipse vterus* suas sæpe *habet naturas, vnde abortionis causæ duci quoq; queãt, nempe si erit flatulẽtus*, aut *densus; magnus* aut *paruus, & quæ sũt eiusmodi.*

Ἢν γυνὴ ἐγκύμων ἔχουσα τὸν κοιλίην ἢ τὸν ὀσφὺν πονέσῃ, ὀρρωδίην χρὴ ἔμβρυον ἀμβλώσας ῥαγῆτον τῶν ὑμένων οἱ ἄνω περιέχουσιν.

2 *Si mulierem quæ grauida est, ventris aut lumborum dolor infestarit; magnopere verendum est, ne abortiuum edat* scilicet *membranis ruptis quæ ex omni parte fœtum continent.*

Εἰσὶ δὲ αἳ ἀλφοφλυέουσι τὰ ἔμβρυα, ἰῷ δριμύ τι ἢ πικρὸν φάγωσι πρόσθε ὃ ἔθος ἢ πίωσι, πρίν τὸ παιδίον εἴσω ἑώντες.

3 *Sunt præterea quæ præter consuetudinem si acre quiddam amarúmve ederint aut biberint, abortiant, puerulo intus* nimirum quoq; *adhuc recẽti & tenellulo.*

Ἢν γὰρ τῷ παιδίῳ πρόσθε ὃ ἔθος ἢ ἡδύπαθες, καὶ ἰῷ σμικρὸν ἔτι ἦ, θνήσκει· καὶ ἰῷ τοιαῦτα φάγῃ ἢ πίῃ ὥστε ἐπόμβῳ, ὥστε οἱ ἀνάγκη θεραπεύειν τὸν κοιλίην, πρίν ἑώντες τὸ παιδίον.

4 *Si quid etenim puerulo præter consuetudinem acciderit, maximè si fuerit tenellus adhuc*, sæpe *moritur: si (inquam) ederint biberintve eius naturæ quiddam quod dictum est, vt eis* inde *necessariò aluus etiam cõturbetur, dũ puer tenellus est.*

Ἐπαίοισι γὰρ αἱ μῆτραι τὸ ῥύματος χωρεῦντος ἐκ τῆς κοιλίης.

5 *Percipit enim vterus molestiam alui profluentis.*

Καὶ ἰῷ θαλαπωρήσῃ ἡ γυνὴ πλέονα τοῦ κρεοῦ, καὶ οἱ ἡ κοιλίη εἰρχθῇ ἢ καὶ μεγάλη ἡδύπαθες, ἀποκύπτει καὶ οὕτως τὸ παιδίον, εἶα θερμανθὲν ὑπὸ τῆς θαλαπωρίης, καὶ πιεζόμενον ὑπὸ τῆς κοιλίης.

6 *Præterea si longè supra modum mulier laborarit, & si ipsi coarctetur venter aut* quidem *amplificetur, sic quoque fœtus è vita deijcitur: vtpote incaluit ille laboriosa exercitatione, ac ventris angustia constrictus* sæpe *opprimitur.*

Καίπερ γὰρ τὰ πολλὰ σμικρὰ ἐόντα, ἔστι ἄρρηκτα.

7 *Valde enim perpusilli comperiũtur esse corporis non satis firmi.*

Τὰ δὲ καὶ μεγάλα φθείρεται παιδία.

8 *Porrò etiam corrumpũtur & qui sunt grandiusculi.*

Ὥστε οὐ χρὴ θαυμάζειν τὰς γυναῖκας, ὅτι ἀλφοφλυέουσιν ἄκυρα.

9 *Quamobrem minùs mirũ debet videri mulieribus, quòd quæ vtero gerunt, suos* sæpe *fœtus grauidatæ corrumpant.*

pellatur pituita? Ex ùsce igitur quum gula non sit contecta, nec operculum quidem habeat, vti modò dicebamus; in eam prolapsum humoris facilem esse, nunc sit omnino verisimile. Quòd si sic fortè profluuio venter corripiatur, nõ ægrotabit hicinde tamen, ait ille; ac tationem reddidit ipse eodem loco. Quòd nimirum si in ventre moram pituita traheret, ileum induceret, qui periculosiori morbus est, sub finem libri de glandulis apud Hippocratem. Es quibus vtrisque locis promptè quidem consequaris quid φλέγμα δριμὺ, acris pituita, deterius efficiat aut promoueat, quàm quæ suam naturam seruat & conditionem. Quódque illi perperam sanè, qui καταῤῥῆξαι τὴν κοιλίαν, *ventrem perrumpere* reddiderunt, quum *perturbare* aut *ventrem deijcere cum impetu* significet & hîc & apud Dioscoridem. Etenim è capite tanquam ex sublimi vertice in alvum pituita labitur, & aliquo cum impetu pessum fertur: hàcque de causa spumosæ deiectiones alio loco tum apparebant apud Hippocratem. 10

Alterum est, καὶ πῦρ ὑπολαμβάνῃ αὐτὸν, quòd huiusmodi profluuium febriculam adfert; sed quia hoc est commune symptoma cum viris, vt & palpitatio frequens, maior scilicet & imminuta, tantùm addemus, quòd si diu perseueret & in aluum increscat defluxio, (καὶ ἀσθένεια καὶ ἀδυναμία) deiiciatur appetentia tandem, quæ etiam tantæ infirmitatis vehat consequutionem, vt intra admodum breue interuallum temporis (ὡς ἔξω φέρεσθαι τὸ ἔμβρυον) fœtus ipse depereat. Euanescit autem, aut quidem acuitur palpitatio pro vi humoris & impetu illius in tunicam quæ cor cingit. Qui paucus est nempe, facilè discutitur dissipatúrque. Contrà autem humor aut quidem vapor tum magis vtget qui accrescit aut cumulatior in cor procumbit, eóque pacto ægrè admodum discutitur. Quanquam aliàs quoque multas partes hæc nunc exercere possit affectio orta ab humore crasso halituosoque, præsertim autem si frigore tentabuntur, sicuti euenire potest in hypothesi. Quæ causa fortasse fuit cur in plurium numero potiùs dixerit, καὶ πολλαὶ ἔσονται ἀσθένειαι ὑπολυόμεναι, ἐναπολείπουσαι ἕξεις. Imò verò (καὶ αὐτὴ ἐν ὑπολύσει ἔσται) nisi occurrisum caurúmque fuerit quadam sedulitate, ad prægnantem meritò quoque exitium pertinebit. Non solùm quia abortio (vt quis puret) molestior esse consueuerit quàm partio mulieri, verùm etiam propterea quòd humore pituitoso dominante & in cerebro quidem exuperãte periculum maius creari possit. Quòd si (ἐνίοτε ὑπορύῃ, &c.) mulieres effugisse & eualuræ videantur fortè per alui profluuium liberale, sicque concedantur inducìæ aliquantisper, ac spes quædam affulgeat vitæ aliquantò melioris; res tamen adhuc manebit in ancipiti, nisi, quomodo hìc nunc præceptum est ab Hippocrate, de fluxione hac cephalica Medicus curam suscipiat. 10 20

Γυναικὶ δὲ καὶ ἀνδρὶ νέοι κίνδυνοι] Multa alia sunt pericula, de quibus actum est in aphorismis lib. 5. ab hoc eodem authore, & commentatore Galeno, quæ à causis nimirum internis dependent. Sed hoc è tribus Hippocrateis morborum principiis tertium est, (πέμπτη δ' ἐστὶ, ὧν ἡ βίαιος ἀρχή) si quid violentum accidat. Arque hoc quidem hisce verbis idemmet ipse præceptor interpretatur: βίαιον δ' λέγω τὸ καῦμα, καὶ τὸ ῥῖγος, καὶ πληγὴν, καὶ ἀλγηδόνα, καὶ ὅ τι ἂν ἀπὸ τοῦ ἴσου ᾖ. Violentum (ait) appello casum, vulnus, plagam, & sine modo laborem, vt & siquid est aliud huiusmodi. Τούτων δὲ τῶν ἀρχέων μεγίστη τοῦ βίου, ὧν μεγίστη ἐστὶν, horum verò principiorum violentia maximum est. Auditote iam, si placet, quid nunc de ea Hipp. *sect. 4.* Reperite etiam quid de Agasi 6. Epid. quæ quum virgo esset, non nisi difficulter & crebrò spirabat. Illius enim historia huic loco quandã adferre possit perspicuitatem. Quum siquidem ea ex vito peperisset, leui dolore correpta non longè à partu, & conata esset magnum quoddam onus tollere; visum ei fuit aliquid intus in pectore crepuisse. Vnde nam verò istud, nisi, vt & hoc loco, ex contentione neruorum & membranarum vehementiore? Acerbiùs verò tum multò sæuiebant dolores, quoties brachium ipsa commouerer. Vnde Hippocrati iure quidem consentaneum videbatur, quum therapiã ipse instituisset, alij porrique esu interdicere, vt & carnis porcinæ, ouillæ atque bubulæ, hoc est, ab omni nutrimento ad coquendum difficili, expositore Gal. comm. ad sect. 4. lib. 6. Epidem. atque etiam in rebus gerendis, βαθὺς ὀξυθυμίης, à clamore (quod est hic notatu dignum) & iracundia arcere. In qua narratione obseruet multa lector, quæ cum modò præscriptis ab Hippocrate consentiant. Sed hos sigillatim abortionis modos nunc enumerare longioris esset orationis, & tædere posset: liceat attamen nunc in memoriam scorti cantricis historiam reuocare. Iureiurando Hippocrates quondam affirmauerat non se daturum πεσσὸν φθόριον, corrumpens pessarium, mulieri. Sanè quidem. At illius immemorem *in horto suo.* starui nunc Hippocratem prædicare, aut delicatioris quidem huius blanditiis precibúsque illectum victúmque, grande nefas vel cogitatu existimamus. Iussu præceptoris quidem septies cantrix illa saltarit, vnde etiam effluxerit in terram genitura cum strepitu, & eius quæ conceperat admiratione summa, sanè quidem volumus. Non tamen protinus id virio dabit Hippocrati homini planè diuino, qui excussisse solummodo genituram, non ipsum autem fœtum, audient & apud se animaduerterit; aut crimen hoc saltrem sic attenuabit. Non præscripsit ergo summus noster ille præceptor pessarium gratia corruptionis, sed saltum tantummodo ad effluxionem seminis, quæ longissimo distat interuallo ab abortione. Aut ludibundus fortè ita iussit, quum à Venereis rebus tanquam agresti & furioso domino iampridem profugisset. Verumenimuero ad perspicuitatem vtile etiam fuerit nunc historiam commemorare quam descriptam reliquimus antea. Mulier autem erat quæ vterum gestans octimestrem, cum magno vitæ discrimine in angulum impegit saxi grandioris. Nec ad rem minùs quoque pertinebit hìc eorum meminisse quæ ad finem libelli οἷσι γονὴ literis ipse mandauit de puelli mutilatione & abortione. Græca hæc, τὸ δ' ὑποχόνδριον ἐν τῷ μαζῷ τῷ δεξιῷ ἐπὶ πολὺ ἐπεφύκει τῷ μαζῷ καὶ τῷ ὑμένι, ὃς περιέχει τὸν πνεύμονα, ὃ δὴ λυπεῖ βηχὶ ἐπιλάμπουσα ἀσχημοσύνη τῇ μητρὶ, sic, si placet, reddantur: Mutilatum in vtero puellũ quidem iudicamus aut contusum ex matris plaga, aut ipsius ejusdem in fœtum casu, aut ex quodam violento & vehementiore affectu qui marti euenerit. Rationem ipse deinde hanc addidit, ἐπὶ δ' ἀριστερὰ, ταύτῃ ἐπρήνατο τὸ παιδίον. Qua enim parte mater collidetur & plagam accipiet, eà solet mutilari puer. Quòd

comment. 1 in sent. 11 supra.

si vehe-

si vehementiùs eueniat & collidatur, vt membrana qua continetur puer (ait) inde rumpatur; φθείρεται τὸ ἔμβρυον, ipse tum inde abortiuus perit. De apertis causis & violentis abortionis occasionibus aliis plura etiam videas apud Galenum, comment. in aphor. 51. lib. 5. Cæterùm ἀκρατὴς verbum, quod vetus vterque interpres retulit ad intemperantem victum, de potione meraciori hic possit explicari. Latiùs etiam poterit diffundi eius acceptio, si de omni exuperantiæ modo locus explicabitur. Interpretum attamen expositioni subscribere & fauere, vel eam quidem confirmare ratio hæc videatur, quæ statim subuectitur ab Hippocrate. Καὶ γὰρ καὶ ὕδρωψ αἵτη σφόδρα καὶ πίμπλησι μάλιστα, quòd nimirum siue cibus exuperet, siue etiam sit potio liberalior in hypothesi, causæ hinc duci queant abortionis. A paruitate, ideóque & infirmitate fœtus, ratio quidem peti posset, quæ proximè consequetur. Καίτοι γὰρ τὰ πολλὰ σμικρά, &c. quòd ferè infirmi sint fœtus qui perpusilli. Sed aliàs quoque ab hoc præceptore accepimus, non tantùm fœtui, sed quod longè amplius est, πᾶν τὸ πολὺ τῆς φύσεως πολέμιον, quicquid excedit modum, bellum indixisse vel ipsi naturæ durissimum exitiosumque. aph. 51. lib. 2.

SENTENTIA TERTIA.

Καὶ αὐταὶ δὲ αἱ μῆτραι ἔχουσι φύσιας ἧσιν ξυμβαίνεται, εὖσαι πνευματώδεες, πυκναὶ, μεγάλαι, μικραὶ, καὶ ἄλλα ὅσα ἔοικεν.

Sed & ipse vterus suas sæpe *habet naturas, vnde abortionis causæ duci quoq; queãt, nempe si erit flatulẽtus,* aut *densus; magnus* aut *paruus, & quæ sũt eiusmodi.*

Ἢν γυνὴ ἐγκύμων ἔχουσα τὸν κοιλίην ἢ τὸν ὀσφὺν πονέῃ, ὀρρωδέειν χρὴ δὲ ἔμβρυον ἀμβλαδὸν ῥαγέντων τῶν ὑμένων οἱ ἄνω περιέχουσιν.

Si mulierem quæ grauida est, ventris aut lumborum dolor infestarit; magnopere verendum est, ne abortiuum edat scilicet *membranis ruptis quæ ex omni parte fœtum continent.*

Εἰσὶ δὲ αἱ διαφθείρουσι τὰ ἔμβρυα, ἢν δριμύ τι ἢ πικρὸν φάγωσι τῶνδε ὃ ἔθος ἢ πίωσι, πιόν τε παιδίου εἴσω ἐόντος.

Sunt præterea quæ præter consuetudinem si acre quiddam amarúmve ederint aut biberint, abortiant, puerulo intus nimirum quoq; *adhuc recẽti & tenellulo.*

Ἢν γὰρ τοῦ παιδίου τῶνδε ὃ ἔθος τι ῥήσσηται, καὶ ἢν σμικρὸν ἔτι ᾖ, θνήσκει· καὶ ἢν τοιαῦτα φάγῃ ἢ πίῃ ὥστε εἰπεῖν, ὥστε οἱ ἀνάγκη ταραχθῆναι τὴν κοιλίην, πιόν ἐόντος τοῦ παιδίου.

Si quid etenim puerulo præter consuetudinem acciderit, maximè si fuerit tenellus adhuc, sæpe *moritur: si (inquam) ederint biberintve eius naturæ quiddam quod dictum est, vt eis* inde *necessariò aluus etiam cõturbetur, dũ puer tenellus est.*

Ἐπαίοισι γὰρ αἱ μῆτραι τὸ ῥεῦμα τὸ χωρεῦντος ἐκ τῆς κοιλίης.

Percipit enim vterus molestiam aluũ profluentis.

Καὶ ἢν ταλαιπωρήσῃ ἡ γυνὴ πλέονα τοῦ χρεοῦ, καὶ οἱ ἡ κοιλίη εἰρχθῇ ἢ καὶ μεγάλη ῥήσσηται, ἀποκάμνεται καὶ οὕτως τὸ παιδίον, εἶα θερμαινόμενον ὑπὸ τῆς ταλαιπωρίης, καὶ πιεζόμενον ὑπὸ τῆς κοιλίης.

Præterea si longè supra modum mulier laborarit, & si ipsi coarctetur venter aut quidem *amplificetur, sic quoque fœtus è vita deijcitur: vtpote incaluit ille laborioſa exercitatione, ac ventris angustia constrictus* sæpe *opprimitur.*

Καίτοι γὰρ τὰ πολλὰ σμικρὰ ἐόντα, ἔστιν ἄγαν.

Valde enim perpusilli comperiũtur esse corporis non satis firmi.

Τὰ δὲ καὶ μεγάλα φθείρεται παιδία.

Porrò etiam corrumpũtur & qui sunt grandiusculi.

Ὥστε οὐ χρὴ θαυμάζειν τὰς γυναῖκας, ὅτι διαφθείρουσιν ἄχθος.

Quamobrem minùs mirũ debet videri mulieribus, quòd quæ vtero gerunt, suos sæpe *fœtus grauidatæ corrumpant.*

Summa enim cautione opus est prudentiáque, non solùm vt perferant enutriántque fœtũ tãtisper dũ ipse vtero cõtinetur; sed & vt ab ipso liberẽtur in partu.

Φυλακῆς γὰρ καὶ ἐπιστήμης πολλῆς δεῖ ἐς ὃ διενεγκεῖν, καὶ σῶσαι μὲν τὸ παιδίον ἐν τῇσι μήτρῃσι, καὶ ἀποφυγεῖν αὐτὸ ἐν τῷ ἔξω.

EXPLICATIO.

SVVM sequitur inceptum Hippocrates, aliquot alias abortionis causas dinumerans. Ex illis prætò cùm non ita pridem cum eo statueremus nonnullas externas esse, alias interiores; quidni in posterioribus nunc quæ Hippocrati vernaculæ & veteri propriæ sunt, recensebuntur? Verba sunt authoris, καὶ αὐταὶ ὧν αἱ μῆτραι, &c. ac ipsimet veteri suas natutas sortiuntur & peculiares illas obtinent eiusce causas quæ insitæ sunt scilicet & congenitæ, nimirum pro modo & varietate commixtorum inter se seminum, eorum dominatu victoriáque quæ in vtroque genere, hoc est sexu, tribus modis contingit & reportatur eodem hoc veteri magistro authore. Namque vt in maribus tres sunt generationis formæ, sunt etiam totidem in fœmiois, primo de dieta. Nos verò ounc haud præterit, quòd quæ aphorismus 62. lib. 5. continet, de non concipientibus quidem prodita sunt ab Hippocrate. Quando attamen illorum recordatio longè faciliorem reddat horum quoque explicationem quæ hoc loco proponuntur; si graue non est, ipsum legetis, & singula quæque quæ sunt in eo diligenter examinabitis. Quæ enim in vtero concipiendi vires obtuunt, eadem sæpenumero impediunt quò minùs grauidæ suos fœtus perferant & enutriant ad tempus vsque definitum. Cæterùm obseruatione dignum opinamur, quòd πνεῦμα, flatus, ex iis sunt quæ concluduntur cootinentúrque: vt dictione πνευσὶ substantiæ forma noo solùm notatur, sed & eius qnod continet flatus, natura. Atque hæc quidem vtraque pendent ex temperie nimirum frigidiore: cur verò simile iudicium non erit de huic opposita temperationis forma exnperante? Cur etiam non idem de reliquis? Non enim sermonis huius breuitas nec grauitss authoris patitur formas omnes oppositionum vbiuis describere, quas apertè licet referre ex aphonsmo iam cõmemorato. In quo quod detrimentum cadit in sperma Hippocrate authnre, in idem nunc ob easdem omnino causas incurrit embryo ant grandiot etiam fœtus sæpenumero. Totidem igitur modis ab incommoderatione consurgent abortionis causæ in communem hominum scilicet peruiciem.

Μεγέθει, σμικρῷ, *magnus, parnus*] Nouæ hic se produnt causæ ex insidiis veteri, vitio conformationis. Namque connata amplitudo veteri maior & iniqua si quando fortè semen in quiete conceperit, sut leui quidem postea commotione ipsum excurier, aut embryonem sensim increscentem, ideóque graodiorem grauiorémque vix ad tempus vsque à natura præscriptum satis arctè comprehensum tenebit. Secus autem de paruitate veteri iudicandum. Si enim ipsius cauum Natura duce æqualiter exiguum erit; embryonem poterit incremento quidem prohibere, vt & magna cum acerbitate dnloris aliàs ante tempus fœtum excludere. Quæ autem es altera parte tantùm vtero contigerit intus angustia, pro sbortione succedet pueri tunc tantùm partis alicuius mutilatio. Ita enim scripto (cui plsnè credimus) testatnm reliquit Hippocrates noster ad finem lib. περὶ γονῆς. Sed longè alia ratio attamen erit aliàs nanorum generationis. Quum siquidem quòd in iis perpusilla seminum moles, inter se contemperata tamẽ, angustiæ vteri cauitatis quadam proportione tum respondeat, nobis necessarium prorsus videatur. In quem hunc dioriſmum nos rerum sanè deduxit similitudo continuatióque verborum. Nonne enim huiusmodi pnerorum affectiones è peculiari natura pendent vterorum? Nonne quòd ipsi sua oatura suot certo hoc quodam modo affecti?

Ἢν γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα, *si mulierem quæ grauida est*] Ad rem priusquam aggrediamur, visum nobis est ex vsu fore, si ὄρρον monnerimus (quando in eo quidem Galenus institit) τὸ ἱερὸν ὀστοῦν εἶναι, extremum esse ossis sacri, qnod & ὀρρόπυγον oominatur Galeno expositore in sua exegesi. Exponere tamen πῶς συμβαίνει τὰς φθειρομένας ἐν τοῖς ὑστέροις ἐπὶ τὸν ὄρρον ἔκπτωσιν γίνεσθαι κατὰ τὸ ἱερὸν ὀστοῦν, quanam ratinne contingit metuentibus repentè (hac ratione enim φθείρεσθαι est hoc loco idem atque φοβεῖσθαι) nates extremas, hoc est interiores, sudore quodammodo si non diffluere, saltem madere, quia tunc etiam accidit pallescere; loci alterius est & considerationis. Ergo susceptæ disputarionis continuatio modò sit in percensendis causis quæ faciunt abortionem. Hic dolor in his inprimis ponitur, qui si prægnantem (πρὸ τοκετοῦ ἢ πρὸ ὥρου) circa ventem lumbósque exerceat, volumus; hoc est quemadmodum lubentes diceremus cum Hippocrate, qui alio loco ita loqnutus est, (quanquam locus etiam ille secus, scilicet de epiplon exponendus videri possit) iis quæ conceperunt, ex hypothesi, si περὶ τὸν ὑποχόνδριον πόνοι καὶ ὀσφύος ἄλγεα, dolores adsiot partium circa vmbilicum & lumbos (sic quoque anticas notauit Hippocrates simul cum posticis. His namque partibus quemadmodum firmiùs secundæ hærent, sic iustis quoque de causis quas mox explicabimus, facilè disiunguntur) ὀρρωδίη χρὴ τὸ ἔμβρυον ἀμελεῖσθαι, omnimo metuendum est ab abortione, ῥαγέντων δὴ ὑμένων, disruptis oempe tunicis quæ fœtum cingunt & circumretitum tenent. Modò sutem volebat ipso partes anteriores & posteras dolore cruciari; nunc tantopere dolorem sæuire animaduertas, vt inde tuprio tunicarum sæpe sequatur. Quæ voluersa sanè hactenus verisimilia sunt. Sed noodum satis apertum est, expositas partes potiùs insto dolore premi ac opptimi, quàm cæteras. Id verò ex tarione secandi corpora hac arte (si voles) perdiscendum. A lateribus enim vteri alia quidem adstant vasa & aliæ patent viæ ad vterum secundum naturam; sed per eas non possunt causæ doloris ad tunicas deferri quæ abortionis consecutionem inferant. Id verò, vt diximus, docet & demonstrat anatome. Quod etiam Galeni

autho-

authoritate posset confirmari; breuitatis autem gratia ad sentent. 2. sect. 1. lib. 6. Epidem. & ad cõm. Galeni lectores relegamus. Hinc enim edisces non solùm plurimas, sed grandissimas & latè patentes venas inter tunicas uteri sparsas esse: (id verò in prægnantibus voluit intellectum) ac per illarum tubos tanquam faciles vias in uterum, eausas doloris parentes pertinere & insundi posse, & penetrare. Doloris autem causæ, vt dictum est, sensu prægnantis dignoscuntur & illius acerbitate, quemadmodum literis mandatum reliquit Hippocrates aph. 53. lib. 5. & Gal. in suo eiusdem commentario. Aphorismus autem is est, ὁκόσοις ἐξ ὑπερκύσιος μάλιστα ἡ ἔμβρυα, ἢν ἄρα τι ἐκπέσῃ ἰσχυρὸν γίνεται, *Quibuscunque metus est ab abortione, ijs mammæ quidem attenuantur: si etiam durè rursus hæ fiant, aut in mammæ sentiet dolor, aut in ischium, aut in oculos, aut quidem grauia, ac ferè tum non abortiunt.* Qui quidem aphorismus & ad eum commentarius Galeni tanta doctrina tám ve accurata plenissimae refertus est, vt qui eum expenderit æstimarikque, oi-hil amplius desideret ad explanationem huius loci pleniorem. Attamen ex hoc facilè intelligas causam doloris; Quòd si (ὡς ὑπερ μέσου ἀπωθοῦντα τὸ ἀφεστὸς ὑμένος· ἐξ ἀρχῆς τῆς ἰδιώσεως γενομένης· ἵνα ἔτι φθορὰ) in alteram partẽ natura quod est redundãs recondat; (id verò sensu doloris dignoscit) nulla hinc fit nec eõtingit abortio. Namque paulò superiùs, eodem tamen commentario, rationem hanc adscripsit huiusce, de mammis loquutus Hippocrates, ἐφ' ὃν πάλιν κάλλιστα τῆς φύσεως ἐς ἅπαντα μόρια τὸ ἀφεστὸς, ἐδιώσατο μὲν ἑαυτῷ, τὸ δ' ἐμβρυον ἐδέξατο ἀβλαβὲς ἀξιμένη. Quæ quum rursus duriores reddãtur, etiámq; natura tum trudat ad alias partes id quod inutile est; eondolent hæ quidem, sed intactus attamen tunc fœtus permanebit, & quidem sine omni etiam offensiuncula. Itaque metuò quisquis vtero tenellus puer eootinebitur, facilè perpetietur, quoties inerit quiddam in corpore prægnantis quod ei aut iniuriam inferre possit, aut negotiũ facere; maximè verò si παρὰ τὸ ἔθος, insolens id fuerit. Sumus ipsi quidem memores tentasse Galenum demonstrare, quòd (αἱ φύσεις τὰς μήτρας συμφύσεις πρὸς ἐμβρυον αἰτίφ γενόμενον ἔχειν τὰς τῶ καρπῶ πρὸς τὰ φυτὰ) consimilis sit ratio eonnexionis fœtuum cum uteris, atque fructuum cum arboribus; à quibus vtrique illi facilè aut ægrè disiungi, etiámque excuti queant. Nunc verò longè dissimiliter παρὰ τὸ ἔθος, insolitam mulieris rationem spectauit edendi porandique, ac πρὸς παιδίον, pueri infirmitatem; quæ duo sunt quidem in quibus agendi vim & patiendi conditionem licet intueri animo acri & mrento. Tanta vis est nempe consuetudinis in vtramque partem; adeòque potest etiam infirmitas in tolerando, vel eum hominibus vtrisque communiter. Aphorismo dicto nuper purgationis rempus opportunum quidem præscribebatur: nunc ab Hippocrate actiorum vsus etiam ad nutriendum interdicitur. Cuius snæ opinionis proximè sequens versu rationem reddidit ab euentu, qui sit tamen fatalis ad interitum pueri; etiámque euentus causam repetit (ἐκπλήξιος) ab alui conturbatione, de qua videri queat palàm actum esse ab Hippocrate 31. 34. lib. 5. & aliquantum pleniùs in eotoment. attamen non solùm euenit id κάτω τῆς κοιλίας, merito euacuationis, quemadmodum visum fuit Galeno ad aph. 34. lib. 5. quum paruus sit adhuc puer in hypothesi; sed conturbatione totius alui, ac præsertim etiam ratione vicinæ & irritationis recti intestini, cui vterus ipse ineubat natura duce. Vnde subiunxit Hippocrates in oratione ἐπίσεισιν, non autem vt alij, ἐπίδοσιν, ad commotionem alui, vterum commoueri aut subsultare opinati, etsi euentiat vt isthac quoque ratione corruat & collabatur ipse sæpenumero. Medicorum quisque ooust vel qui salutarit à limine aiem Hippocrateam, complexu diætæ, exercendi eonsuetudinem inprimis contineri. Si itaq; cibi etiámque potionis errore offendi modò poterat fœtus in vtero, atque ita ante tempus excludi ex eo ob dictas causas; audiamus iam quid etiam velit Hippocrates de consuetudine exercitationis. Stabit illud quidem perpetuò & commune vtrique hominum generi, optimum esse studium sanitatis, citra saturitatem vesci & esse impigrum ad laborem, Epidem. sexto. Hic verò labor quum etiam eodem authore eodémque libro quendam modum debeat tenere; quodnam ille incommodum prægnanti inferre possit, quoties (πλέονα τῶ κόπῳ) excedet & nimius erit, iamiam accipitote ex hoc eodem præceptore. Συμπλοκὴν ὑπὸ τῆς γαστρὸς (ait) incaluit nempe fœtus nimio labore matris. An verò quia vix tum maternæ arteriæ calorem intus temperando vtriusque sufficere queant, ideóque & fœtus ipse, quum sit imbecillis & pusillus, extingui possit & suffocari? Ita enim vnum vni poterit respondere verisimiliter. Enimuero quum angustiam in vtero nunc statuerit & amplitudinem, quæ duo inter se magno interual lo distant; ecquo pacto (πιεζόμενον ὑπὸ τῆς κοιλίης) oppressus vtrobique fœtus emoritur? ὑγιὴς δὲ ἡ κοιλίη, quia namque angustia vteri ipse qnidem premitur, ideóque & prohibetur incremento iusto, vt quòd ante diem excludatur, minùs mirum meritò debet videri. At verò (ἢ καὶ μεγάλη γίνηται) ipsum opprimi, quòd amplitudo insit in ventre maior, nobis quidem nõ fit verisimile. Quidni enim alterum ex oppositis non etit alterius consequens? At enim quantum consequi coniectura conati sumus mentem Hippocratis, iotellexit ipse ventrosas hoc loco, quibus nimirum venter valde prominet & in nimiam excedit magnitudinem, quibus etiam nimis est quidem pinguis aqualieulus. Namque quemadmodum quæ præter modum crassæ sunt, sunt hæ ad concipiendum, quia ad excipiendum, semen ineptæ, quia nimirum etiam promissiore sunt epiploo, quod vteri osculo insidet & incumbit, ideóque idipsum apprimit, aph. 45. lib. 5. ita hoc loco quibus (ἢ κοιλὴ μεγάλη γίνηται) exurgit & excrescit totus venter in inusitatam magnitudinem ex omni parte, etsi epiploum ad os vteri vsque non propendeat, ideóque ad vteri fundum adiru non prohibeat quod è viro sperma coniicitur, etsi sic (inquam) non fuerit conceptioni seminis impedimento; attamen prohibebit fœtum incremento, quum vterus ipse, quia nec abdomen, possit ampliùs dilatari nec amplificari. Vnde sic quoque ἀποφθίνει καὶ οὗτος τὸ παιδίον, suffocatus puer si non primis à conceptione mensibus, at intermedijs incrementi spatiis corrumpitur: καὶ πιεζόμενον ὑπὸ τῆς κοιλίης· πῶς δέ; τὸ δὲ ἔπιπλοον ἕλκεται τὸ σῶμα πρὸς ὑστέρην κάτωθεν, τὸ αὐτὸ πιέζει πόρους ὑστέρας: nempe circumpressus, quando etiam ille suffocatus roto eo præpingui aqualiculo ex omni parte, hoc est vt pars promissa quædam ventris conceptionem illic præpediebat in aphorismis: totus nunc venter nimis pro-

comment ad aph. 1. lib. 4.

ad finem sect. 4. lib. 6.

minens & quàm maximè distentus prohibebit amplificatione & vterum quidem, ideóque & quod continetur vtero. Hinc ergo ducetur præceptum in communem omnium salutem εἰς τὸ δυνατὸν καὶ ἀσφάλειαν τὸ πλεῖστον ἐπὶ τοῖς μέλλουσι, quod fructuosum scilicet erit & ad egerendum & perferendum perfectum fœtum enutriendúmque tantisper dum comprehensus vtero ipse tenebitur. Vt alia statuantur iam conceptionis, alia egestionis pueri & vteri perfectæ gestationis impedimenta, Hippocrati. Ac quantumuis decens (volumus) conceptio seminis præcesserit, non attamen legitima nec perfecta vteri gestatio semper consequetur, si non deerunt quæ ad hanc obtrudi quoque possint impedimenta. Efficiens abortionem ista quidem sæpenumero, de quibus suam sententiam exposuit Hippocrates vt vnumquodque est ad agendum paratius duce natura. Frustra attamen efficientes causæ occurrunt, si in subiecto vis obluctandi adsit. Sed in hac hypothesi præparatio subiecti non deest quæ nunc per ætiologiam subiicitur. Καίτοι τὰ πολλὰ σμικρὰ εἶναι ἔοικε ἔχειν, valde enim perpusilli comperiuntur esse corporis non satis firmi. Quod quidem sermone exploratum esse potest, quòd maior longè vis est nunc agentis quàm perpetientis. Quorsum alioqui (τί δ' καὶ μεγάλα φύσεσιν πρόδηλα) superioribus iisce de causis oppressi excludentur fœtus ante diem, qui sunt grandiores? Quæ quum ita sint, ac fœtus vtriq; illi ita quoq; sint affecti, vt iisdem dictis de causis in periculum abortionis incurrant tũ qui minores, tum eriam qui sunt grandiores ætate: οὐ χρὴ θαυμάζειν, non decet omnino mulieres demirari, quomodo, quum ipsæ conceperint, etiámque vtero gesterit, ita frequẽter abortiãt. Namque Galeni expositione sacri eruditiores, qui ἄκυους παραμένειν dixit, vertimus hoc loco grauidatas, granidásve siue prægnantes & impletas. Nequis scilicet cum omni alio interprete, nolentes & innitas intelligi hic perperam putet oportere. Ac si diceret, studiosæ sui debent esse conseruatrices quæ gerunt vtero, donec suos fœtus edant, quum non solùm paruulos, sed & seniores eos perdant sæpenumero, quemadmodum nunc ipse posuit & demonstrauit; quod quidem illæ minùs faciunt, attamen sedulò. Itaque meritò eas liberaliter ad id inuitat & ardentiùs ita cohortatur, φυλακῆς γὰρ καὶ ἐπιτηδείως ποιεῖσθαι δεῖ, summa cautione prudẽtiáq; opus tum esse significans. Quid enim profuerit conceptio & inchoata vteri gestatio, si non ad destinatum finem mulieres suos fœtus perferant, & turò, vti decens est, edant in lucem? Tanta (inquam) tãtisper opus est diligentia dum pertulerint, vt non solummodo studium & industriam hîc tum in prægnantibus ipse desideret & requirat: sed & promptam obstetricum opem & operam, prudentiámque anicularum, & consultam matronarum eruditionem, artem, peritiámque. Quæ ratio fuit cur ad τὰν φυλακὰν grauidarum, adiunxerit ἐπιτήδεια πάντα omnium aliarum. Quemadmodum & δυνατὸν καὶ ἀσφάλειαν in rem puellorum & præsidium suasit oportere, & κατὰ χρόνον ἐκπεσεῖν ad certiorem retulit puerperarum salutem.

SENTENTIA QVARTA.

Si præterea mulier quæ vtero gerit, iustè queratur de corporis valetudine, sitíq; biliosa, & doloris sensu diuexetur, interdúmq; etiam febricitet, aut os amarescat, aut lingua illi palleſcat, vt modò oculi appareant veluti ictero suffusi, modò vngues biliosi, & acris vrina: aliàs quidem, sed tum maximè si febricitet, nunc hæc huic, nunc illa accident.

1 Εἰ δὲ χωὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα ὃ σῶμα φλαύρως ἔχει, καὶ εἴη χολώδης καὶ ὀπίπονος, καὶ πυρεταίνοι ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, καὶ ὁ στόμα ἐκπικαίζοιτο, καὶ χλωρὴ γλῶσσα, ὄμματα ἰκτερώδεα, οὖρα χολώδες, οὔ φημι· ἄλλως τε καὶ εἰ πυρεταίνη, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ταῦτη ξυμβήσεται.

Quòd si etiam obtigerit illi biliosa purgatio, omnino metuendum quoque erit ne fœtus fiant imbecilles.

2 Ἐπὶν δὲ συμβῇ οἱ καὶ τὸν καθαρσιν χολώδεα εἶναι, πᾶσα ἐλπὶς καὶ τὰ παιδία ἀσθενέα ἔσεσθαι.

Sin autem biliosa etiam *per secessum* mulier *excernat (hoc enim ferè accidit) non ita molestè deget.*

3 Ἢν χολώδεα ὑποπατέῃ, (κάρτα δὲ τοῦτο) ῥᾴτερον διάξει.

Etiámque si lochia bile saturata appareant aut atra valde, etiam pinguedo solet tum *in superficie cumulari, & sensim ferri, & non ita citò concrescere.*

4 Καὶ ἢν χολώδεα τὰ λοχία ᾖ μέλαινα ἢ κάρτα, καὶ ὑπιπολῆς λίπος γίνεται, καὶ ἔρχεται κατ' ὀλίγον, καὶ οὐ ταχὺ πήγνυται.

Ac tum primo quidẽ tempore facilius deget aliquantò, *sed statim postea magis*

5 Καὶ τὸν μὲν πρῶτον χρόνον ῥᾴτερον οὖσα, ἔπειτα χαλεπώτερον, καὶ ὑπεκ-

διάγεται

θαίρεται ἐλαίωνα τῷ δέοντος.

agrè: ac parcius quàm è re illius sit, deinceps purgatio consequi solet.

Ἡ γὰρ δ σῶμα φλαύρως ἔχη, καὶ τὰ λοχεία οἱ ἐλαίωνα χορηγῇ καὶ πονηρότερα. 6

Ratio est, ꝙ ei quæ prægnãs incõmoda fruitur valetudine, copia etiã minori lochia excludẽtur, & quæ sint naturæ deterioris.

Πείσεται δὲ ταῦτα πάντα καὶ ἡ τὰ καταμήνια χορέῃ τὰ χολώδεα, ἐλαίωνα δὲ χρόνον νοσήσῃ, καὶ κινδυνώδεις ἐς τὰς αὖθις ἕξει ἡ νοῦσος, καὶ σημήια, καὶ μελαγχολικά. 7

In hęc verò incũrret mulier vniuersa, in quæ illa cui mẽses ferũtur bilioſi: at nõ ita agrotabit diu; etiãq; in eadẽ picula morbꝰ veniet; & in signa ac cõmutationes easdẽ.

Ἡ γὰρ ἔμετος ταύτῃσι χολώδης, ἢ κατὰ τὴν κοιλίαν κάθαρσις ἐπιγίνεται, καὶ ἑλκοῦται αἱ μῆτραι. 8

Aut ijs enim vomitio bilioſa in hoc morbo accidit, aut deiectio, etiámque sæpe solet vterus exulcerari.

Φυλακῆς δὲ πολλῆς δέεται ἡ γυνή. 9

Sed magna in muliere cautio desideratur.

Ὅταν οὖν τοιοῦτόν τι γένηται, αὐτὴ, ἔχουσα μὴ θαπτα, ἄφορος ἔσται. 10

Quum igitur eiuscemodi euenerit aliquid, etsi fortè è medio non tollatur, illa manebit attamen infœcunda.

Ἢν δ' μηδὲν τοιοῦτον γένηται, καὶ μὴ μαλεδαίνηται, δηλα οἱ τὰ λοχεία κρυφῇ, θανάσιμα ἐν δυσκοίτοις τῇ μιῇ ἡμέρῃ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. 11

Cõtrà si nihil occurrat horũ, nec ipsa curetur; imò verò ei lochia premãtur in occulto, intra vnũ & triginta dies ferè moritur.

Τούτῳ φάρμακον πίσαι χολαγωγὸν καὶ ἄνησον ἀφέψας, καὶ ὅσα ἐς οὖρησιν. 12

Huic qd̃ bilẽ ducat pharmacũ ebibẽdũ est: ꝑdest & anisũ, & quęcũq; vrinas ciẽt.

Ἐμέειν δὲ, καὶ ἱδρῶτας ἄγειν καὶ τοῦτο χυλίλῳ κυάθῳ χυλῷ πτισάνης, καὶ μέλιτι, καὶ ὠοῖσι, καὶ μαλάχης ὕδατι. 13

Etiámq; vomitione cõducet & sudore bilẽ euocare, aluúmq; eluere hordei eremore, & melle, & ouis, & decocto maluæ.

EXPLICATIO.

De abortionis causis hactenus. Redit oũc ad incœptũ Hipp. Vbi multas licet obseruare hypotheses primùm, quæ perspicuã faciant orationẽ authoris. Io iis prima quidẽ erit; Quòd quæ vtero gerit, est aduersa mulier valetudine. Deinde ꝙ bilis in ea redũdat quę ei sensum pariat doloris etiãque febrim; suo postea amarore os inficiat & linguã colore; imò verò in supernis, oculos; quẽadmodũ vngues (neq; enim cũ Caluo χαλκίδας retinemus) in partibus extremis. Quódq; etiã si ad inferiora bilis fortè feratur, vt est ad sequẽdũ sæpe paratissima; vrinas mordaces efficiat & acres. Sic partiũ vbiq; sui edit signa bilis, quoties exuperat & effrẽnis est: sed tũ præsertim tamẽ quãdo augetur, acescit & putret quẽadmodũ per febrẽ, vt io hypothesi. Atq; isthæc sigillatim nostra nõ persequmur explicatioꝰ, quoniã quũ vniuersa videamus adhuc esse cõmonita cũ viris, volẽtes prætermittimus. Nec verò simul hæc sæpe omnia apparẽt in prægnãtiũ corporibꝰ, quãquã in illis humor ipse turgescat & effrænatus feratur; sed modò hic, modò illic, ꝙ suo scilicet impetu elncer & partiũ infirmitate. Hac nimirum ratione ita ipse loquutus est, ἄμφω δ' ἄμφω ἐμπεφύκασιν). Iã verò muliebria planè sunt quæ sequũtur, etsi redundãs homor bilioſus causa sit solã eius quod nũc ostẽditur. Est enim bilis eiosce naturæ, vt ferociẽs viã sibi quærat & facilè paret. Ergo hic detur in prægnãte vоà fetri ad vterũ cũ sanguine destinato in auctionẽ puelli, quũ sit io venis cũ eo diffusa mixtaq;. Vtero si bilis negotiũ fecerit, qdni attentabit ipsè ꝙ viribus foras effundere. Ita enim est cõparatũ natura. Quod quidẽ ἐπὶ τὸ σωμα δ' ἢ παχυτερον χολὴ ἴῃ), si hoc pacto fortasse eueniat vt purgatio fiat bilioſa (purgatioꝰ hic ergo nec menstrualẽ nec lochialẽ intellexit Hipp. sed in prægnante sympromaticã) expectandũ est, imò verò, quemadmodũ vers. 1. sent. 1. huius eiusdẽ cõm. abũde exposuimus, põ solùm necesse est fœtus reddi teoues, sed & imbecilles. Atq; tũ, si animaduertis, solus embryo adhuc capit detrimentũ. Hæc cõtrà purgatio nõ potest oõ esse matri leuamẽto, vt oec cõsequens quæ fieri plerunq; solet per postica. Vode sequitur, διὰ χολώδεα κάτωνεν, sio prægnãs bilioſa excernat ex aluo, quemadmodũ fit sæpenumero; ἀνάγκην ἄγει, deger mulier cõtrà minùs molestè q̃ priùs. Quacũq; enim parte exuperãs bilis erũpat, aliquantisper mulierẽ leuat molestia; ac præsertim quidẽ si buiusmodi fiat excretio per cõmoda & cõferentia loca, vt in hypothesi postrema scilicet per aluũ. Quã si fortè excretionẽ quãtumuis etiã cẽpestiuè natura moliatur, sed per loca sibi dissentanea, etsi prima quidẽ frõte meliorisse esse statu mulier persentiat, vt merito tũ quidẽ istud accidit, quia hoc pacto bilis refrænatur, ꝙ etiã minuitur; sua secũ tamen buiusmodi euacuatio vehit incõmoda, quæ mox exponẽtur. At verò opportuna cẽpestiuaq; illa censeri debet euacuatio, quia χολώδεα τὰ λοχεία, quę puerperia feruntur, bilioſa apparẽt. Apparent (inquã) buiusmodi, quãdoquidẽ atra sunt valde; nimirum per adustionem. Deinde etiã ὀπτωλῆς

(quãquam ἐπιπολὺ verisimiliter legi possit) λίπος γίνῃ, aut etiam ἐπιπλεῖ, quod in iisce innatat. quidã pingue referat, scilicet per colliquationẽ. Id enim in omni excrementorũ genere solet supremũ locũ capessere, ac in vrinis primùm, vbi viscera æstuãt & incendio quasi cõflagrant, quod sitis testatur & scabrities linguæ nigtitiésque, vt in deiectionib⁹ quoq; arte vacuatis præsertim; atq; etiam in sanguine qui vasculis exceptus secta vena prępinguis apparet, quories nępe in eo bilios⁹ humor exuperat. Tertiũ sit quoq; signũ, ᾧ κατ' ὀλίγον ἴσχυσε, stillæ instar effluit, quia paucus est sanguis, nec citò cõcrescit. pro natura & consuetudine eius qui laudabilis est. Vis enim bilis, qua ipse perfunditur ex hypothesi, nõ permirit citò eũ re frigerari. Ita nãque philosophatus est de sanguine, qui è victima recèns cæsa funditur, Hipp. lib. περὶ κρῶν. At hæc quidẽ cũ viris cõmunia sunt. Incõmoda verò dicebamus nuper, ᾧ (ἔστιν χαλεπώτερον) statim postea molestiùs degit; molestiùs (inquã) quia ἐπιπαχύνει ὀλίγον ἢ δίκαιον, parciùs expurgatur puerpera, quàm è re illius sit, in hypothesi. Vt verò nihil est vnquam nisi cũ ratione effatus quicquam Hipp. quod ipse nõ ita pridem verũ esse firmabat in parte, flamere nũc idem cũ eo audemus in vniuersum. Neq; hoc enim perceptũ solũmodo in puerperialib⁹ locũ habere hîc debet æstimari, sed & menstrualibus mulierculis propiùs intuenti. Sie tamen hærebit nostra cõmentatio in re proposita, vt quoniã fert hypothesis puerperas deteriori esse modò valetudine; cõsequens similiter videatur, vt puerperia effundãtur parciore mann, & quę sint nequã, & negotiũ faciãt atq; dolorẽ. Qua de re priusquã quis suã sententiã ferat qd senserit Hipp. animaduertat, quid item illius interpres Gal. Vbi verò est ipse de illis quæ parturiẽtib⁹ accidunt loquutus, adiecit quę quasi sub oculos rẽ subiiciũt, adeò familiaris est ea similitudo. Atq; ea quæ etiã in partione mulierib⁹ tũ eueniũt, ita deprõpsit: (Nãq; in parturiẽtibus similiter sanguis cõmouetur ad excretionẽ, atq; mẽstrualib⁹. Nec vtrobiq; sanguis foras depellitur priusquã cõmoueatur & secernatur ab omni parte corporis etiãque in vteri cauũ venerit per cotyledonas, è quo tandem fluat expressus scilicet ἀθεμελιώτως) Ταραχθὶς δ' ὑπ' ὧν μὲν λέγομεν ἔξω, μᾶλλον δ' ὑπὸ τοῦ παιδίου θλίψαντος ταχὺς αἱματώδης· ᾧ ὑγιάνοντι ὑμῖν, ὥσπερ ὕδωρ ἔδει πρανίζειν, & quæ sequũtur. Quæ sic, si placet, reddamus. Commotus autẽ sanguis, (etsi motionẽ puello tribuissemus lubẽtes, nisi ἢ ὑπ' ἐκείνων dictio aut significario quę liquidorũ potiùs est, hinc nos auocasset: quũ parturiẽri profluuiũ liberale cruentũ sine dolore, anteqnã edatur puer in lucem, sit Hipp. suspectũ in lib. de superfœt. etiamq; libello ἀφ' ἑτέρου πυθοῦ ἢ ὑμῶν idẽ periculũ imminere ipse his verbis significarit, ἵνα δ' ἐκ τοῦ κόλπου πρὸ ἢ ὑμῶν ἀφῶσι, & quę sequũtur. Quædã (ait) præmittunt ante embryonem puerperia. Vnde necessariò præsagias partionẽ liccã tore & cũ labore, boc est solito longè magis laboriosam. Siquidẽ qnibuscunq, hoc ipsum nõ eueniat, patiũdi munere defungantur faciliùs, liberentúrq;) cõmotus (inquã) sanguis primùm quidẽ exit, deinde post fœtũ sanies cruẽta & quæ sit perfusa cũ multo sanguine: deinde verò paucis interiectis seqtur quod ad rẽ modò facit, eámq; explicat, χωρὶς δ' αἵματος ἢ ὑπὸ ὑμῶν, &c. Exit autẽ sanguis, siquidẽ mulier valetudine fruatur præsenti etiamq; futura, qualis à victima, isq. citò cõcrescit. Quod si nec mulier tũ sana sit nec sanitatẽ cõsequutura, tũ purgatio parcior, & specie quẽ deterior, & quæ nec citò cõcrescat. An verò secus séserit Gal. huius interpres authoris doctissimus, etiã sic accipitote Etenim ex collatione vtriusq; eorũ, quidnã sit verum, inciscet clarissimè. Gal. artamẽ cautissimè, quũ tacito Hipp. nomine huius loci meminisse nollet, ita Erasistrati opinionẽ esse ex libr. 2. de sebr. cõmemorauit; vt veteribus (ait) ille cõsentiens mensiũ excretionẽ, nõ euacuationem simpliciter nominarit, sed purgationẽ. Qui quidẽ locus eõm. in sent. 1. huiusce lib. prioris iam à nobis, qnãuis alia ratione, propositum fuit. Sed & ab eodẽ authore isthæc dicũtur; & quæ ab Hipp qdẽ mẽte, si lector æquè examinarit, valde videãtur discrepãtia. ὁ γὰρ τὴν κύησιν (ait) τὸ χρονίσαν ἰκανὸν αἷμα ἢ ἐξιστάμενον ἢ & καθαίρουσι τὸ αἷμα φύσις, ὑποτίθεται τὸ μηχανώμενον ὑπὸ ἢ φλεβὸς, ὁ μᾶλλον ἢ ὑπόνοιαν λαμβάνει), & quæ sequũtur reliqua. Ex quibus facilè intelligatur, tũ isper dũ vtero geritur puer, sanguinẽ tũ ibi eũ præsertim q laudabilis est, ac portionẽ eius deteriorẽ in venis relinqui quæ excernatur à partu. Ac ne qdẽ tũ res euenit aliter, quàm singulis mẽlib⁹, vbi qui exuperat sanguis & inutilis est, foras propellitur. Sanè ita quidẽ sit, volumus. Attamen tunc vt copia, sic qualitate semper noxiũ esse, nunquã assentiemur. Ecquonã igitur modo sanguis erit tũ deterior, &, vt ipse voluit eodẽ loco, eo qui se secũdũ natutã habet, longè cõparebit nigrior? Sic verò facilè, si ingratũ nõ erit, vel ex hoc ipso authore depromerut quod sentio. Vt qnẽadmodũ secũdarũ venæ alię sũt ab iis qnę vterũ perreptãt: varia quoq; sint ea quę illis vtrisq; cõtinentur, sicut & ab illis id qnoq; discrepabit quod quasi tertio loco membranis concluditur; vtpote quæ vniuersa dũ vtero geritur puer, quẽadmodũ variis locis discluſa tenẽtur, cur nõ illa variis qnoq; tẽporũ spatiis in partione excludentur? Mẽbranis cõtinentur aquosa. Sãguis naturali etiã, cũ Gal quidẽ volumus, lõgè atrior secũdarũ venis cõcluditur: quẽadmodum & colore & consistentia maximè laudabilis is omnis videbitur qui post aquosa cruenta, post puerũ & secũdas, in partione effluet & cõsequetur. Is etenim è venis vteri primùm, sed & tandẽ tamen ex vniuerso corpore funditur, vt prædictũ est, tanquam è victima, si puerpera valetudinem suã seruatura est. Atq; hæc tum demũ propriè fit purgatio puerperialis. Quã quæ præcedunt vniersa, ὁδὸν ἀσυμφόρως τῇ τ λεχοῖ καθαίρει, viã struere opinatus est Hipp. purgationi buic puerperiali. Illis enim subiunxit statim ita loquutus, μᾶλλ δ' ἢ ἔξοδον ἢ ἰχῶρες ἀπὸ τ κάτωθεν γίνῃται post effluuiũ istius aquositatis, purgatio sequitur, hęc nimirũ de qua nunc à nobis fit sermo. Hac ratione viáq; iusta sanguis dicitur αἱματικὴ δίκη, foras regeri, cui⁹ portio reliqua ex pari ad vterũ eiusdẽ affluxu, qui principio cõceptionis paucus, ne (ἀπορρύηται ἀπ' ἀγγείου ἢ αἵματος ἴσως πολλοῦ) scilicet irruente tũ copia eius immodica semen suffocaretur, absumebatur in nutritionẽ & auctionẽ illius quod erat cõceptũ ex hypothesi; nunc foras regeritur & ὑπερφυῶς enacuatur. Hinc nimirum λοχεὶη contingit, purgatio puerperialis; quę αἱματώδης dicta fuit, fluoris menstrualis cõpensatio, Hipp. rei scilicet eiusdem enacuatio, etsi ea contingat post partũ, tẽpore tantũ differens à menstruali. Quidni ergo multus sanguis quiq; roseus sit, effundetur tandem puerperis, & qui citò concrescat, si mulieres erunt sanæ, & valetudinem suam seruaturæ? Namque huius naturæ menstruas mulieribus

vers 1. sent. huius quarte.

cap. 1. de atra bile.

lieribus vacuis effluere cõsuevit, dum sanæ sunt. Contraria autem ratione omnia cõtinguut in aduersa valetudine, χωρὶς ὑπὸ πάσης ἰλιγγώδους καὶ τῆς ἄνω περιτροπῆς, καὶ τῆς ἔξω πάσης); parcior tũ venit purgatio, tum specie deterior, & quæ nõ citò cõcrescit, lib. de puelli nat. Quibus ita constitutis, nõne cuiq; perspectũ iam esse potest, cur mulieri perperã habenti, dum gestat vtero, vt presens hypothesis tulit, & parcius seruntur lochia & deterioris aliquantò naturæ? Sic igitur iure nũc per ætiologiã satus est Hipp. noster: τῷ γὰρ τὸ σῶμα φλεώδεες ἔχει, καὶ τὰ λοχεῖα οἱ ἰλιγγώδεες χωρίοι καὶ τὰ περιφερέα. Parciot tum (inquam) purgatio sequitur, si deteriùs habet mulier, quia nec tanta copia sanguis coaceruatus est ex parciori assumpto cibo, quũ vulgò tũ desit appetentia: specie deterior, quia iure quidem sanguis cõsuevit esse eiusmodi, quibus valetudo integra nõ est, gestantibus vtero. Ad prognosin pertineut quæ proximè in Hipp. oratione sequũtur: πῶς δ' ἂν τοῦτο γένοιτο, petpetietur autem omnino eadem mulier puerpera ex hypothesi, quæ mulier cui menses seruntur multa bile perfusi. Quæ verò pathemata sint, repetendũ monet Hipp ex semẽtuis secũda, tertia, quartáq; cõm. superioris. Vtrarũq; enim omnino cõmunis est ac eadẽ ratio illarũ. Attamẽ nũc etiã nonnulla percurrit ipse. Quum in epigenomenis modò nõ duxisset bilioſam purgationem, per ætiologiam vnà nunc cum periculis & cõmutationibus ipsam recenset, & κινδύνους & μεταβολάς. Periculosas verò dicimus cõmutationes, si nõ deerit ea moderatio quã antea in mẽstruis biliosis Hipp. desiderauit. Alioq & bilioſa vomitio & deiectio, etiámq; profluuiũ mẽstruale in periculũ mulierẽ præcipitabit, quemadmodũ sequẽti versu causas ipsemet declarauit eodẽ loco. E cõtratio aurem prægnati cõtraria euenire cõsueuerunt, eodẽ ipso authore versu cõsequẽte. At si quæ ab vtero excludũtur in hypothesi, modũ nõ retinebũt, ἰλυσπῶνται αἱ μῆλαι, vlcus tandẽ aliquãdo occupabit vterũ. Rationẽ ipse adiunxerat versu 9. eiusdem sententiæ, quòd (αἱ μῆλαι διάκεινται ὑπὸ τῆ καθάρσιος καὶ χολώδεος χορυσσης καὶ ἰλυσπῶνται) bilis prætereundo per oscula venarum in cotyledonibus vellicaret & rodendo randem vterum exulceraret, si quidem exuperat ex hypothesi. Ne verò hinc impendens periculum capitis aut sperabilis alioqui fœcunditatis mulier aut Medicus negligeret (φυλακὴ γὰρ καὶ τοῖν ἀμφοῖν ἔνεστιν) ab illis quasi præsentibus cauendum nunc sic hortatus est Hipp. φυλακὴς δὲ πολλῆς δεῖ καὶ μεγάλης, studiosissimè procurandum esse, vt omni arte & vtriusq; industria declinati illa queant, quum liquidem è duobus alterum perpetuò creari cõsueuerit, vt est in oratione Hipp. Qua eadem ratione etiam μηδὲ πήσσεσθαι vers. 10. eodem loco curam sedulam adhiberi voluit & cautionem. Namque si quando quod fit ex vtero profluuium, incrementum sortè accipiat, etiámque diutius moram trahat, μακρόχρονον, vitę tandem commutatio cum morte consequetur: aut saltem ἄφορος ἔσται, mulier nunquam vtero geret. In promptu causa hæc dicta fuit loco præcitato κατὰ τὸ οὐλόν, hoc est incusata est amphitudo cicatricis vteri, quemadmodũ apertiùs tum declarauimus. Verumenimneto Hipp. videti hîc paulo autè possit per digressionem (siquidem initio commentarij huius sermonem instituerit ἀμφὶ νούσοις τοῖς ἐν μήτρῃ ἐχουσίν, de morbis qui in prægnantes cadunt & eas occupant) loquutus de puerperis & symptomatis puerperiorum. At ratio nostra hæc esto, Hipp. orationis decursu in puerperarum molestias leuiter delapsum esse, eodémque delatum periculorum communione vtrarumq; illarum eriámq; morborum conuenietia, vt & signorum & commutationis affectionum similitudine. Hæc enim vniuersa eodem hoc ipso authore vtrisque communia sunt. De puerperis autem ac symptomatis quæ eis occurrere solent, lõgè plurimis acturus est proxima disputatione, atque tum ex instituto, hoc est commentario quarto.

Cæterùm esse manifestum opinamur ex antedictis, quomodo puerperæ vasa quæque patentiora meritò sunt ad euacuationem; ideóque opportunitatem illi tum maiorem inesse bilioſę affectioni dissoluẽdæ quàm menstruali. Attamen si dum vtero geret (de his est enim præsens disputatio) omnia in mulierem bilem redolebunt, vt positum est ab Hippocrate, etsi primùm quidem faciliùs aliquantò degat profluentibus lochiis biliosis, (χολικώτερον) opprimetur hæc magis postea tamen, καὶ ὅσπερ διαίρεται ἰλιγγώδεα τὰ πλοῖα, si parciùs exputgabitur. Qua quidem narratione sic satisfactũ abunde arbitramur ei quæ fieri antè poterat obiectioni contra Hippocratem. Nondum patet tamen, cur in hypothesi comparata ἰλιγγώδεα χρόνον ποιεῖ, non ita diu puerpera affligetur, nisi quòd risce patentibus adeò riuis à periculo hæc faciliùs poterit vindicari: aut iisdem obturatis, vt longissimùm (ὀκτὼ ἢ τεσσαράκοντα καὶ μιὰ ἡμέρῃ) intra vnum & triginta dies emori; præsertim autem ὑπὸ μανίης δυνίου γίνεται καὶ μὴ μελαγχολήσασα, ἀλλὰ αἱ τῆς λοχείης κρυφῇ, si nihil horum eueniat, si non leuetur puerpera, biliosorum moderata vomitione, nec alui deiectione, nec etiam puerperiorum profusione conditionis eiusce. Idem hæc nempe sonant verba Hippocratis libro de natura puelli: ὑπὸ γὰρ μὴ κάτω διαίρεται τὰ λόχια, πόνος αὐτῇ μεγάλα ἔσται, καὶ κινδυνώδης τοκετὸς ἔσται, ὑπὸ μὲν μαλαθήσεται ὁ θώρηξ, καὶ ὑπὸ αὐτῇ περιτείνεται ὑπόγη ἢ καὶ θάνατος. Namq. si muliet à puerperiis nõ repurgetur, incurret ipsa in grauem morbum, & in magnũ discrimẽ veniet vitæ, nisi occursum breui fuerit & ei ipsi Medicus induxerit purgationẽ conuenientẽ. Quo quidẽ loco etsi conuenientẽ voluerit, cuius nimirũ ope lochia promoneantur; accõmodatissimã hîc attamen audemus eam affirmare quæ (ὧνπερ φαρμακεύει πάσης χολικὸν) instituetur magno semper Hipp. artificio, per cholagoga. Cholagogis attamen miscenda hic quoq; opinamur hysterica, etsi in deriuationis modum scopumq. hoc authore ipsa offerantur. Cholagoga alioquin cum viris cõmunia sunt. Quæ verò aniso vires nunc tribuantur ab Hipp. condignũ notatu quoq; videtur. Si enim aquas educet semen anisi; consentaneè quidem huic (ὃ ὅσα ἰς οὖρον) etiam Hipp. iunxerit quę vrinas ciere natura queant. Atq; tum etiã in deriuationis scopum conspirabit alter hic modus curationis per diuretica. Ad renellẽdum autem vomitio pertinebit, vt & ad vniuersalẽ euacuationẽ hidrotica; quæ sudores moderatè etiã deriuando promouebit, & aluũ emolliant enemata nõ tam (credimus) vacuationis gratia quàm refrigerationis ac tẽperationis. An nõ enim enemata huius generis eodẽ modo humoris biliosi vim & acrimoniã demulceant, retundántq;, & intestina obsepiant? Atq; hoc sanè pacto nullus ad salutem prægnantis deest Medicorũ beneficij locus. Summã hîc etgo & penè diuinam bene merendi artẽ in Hipp. quis non demiretur? Grande dictu nefas Hipp. methodũ curandi non

sunt. com. 1. huius priora.

inſtituiſſe. Nefas verò longè grandius vel cogitatu, etiam ipſum nõ percalluiſſe. Imò verò ſolus hic medendi in poſterum cẽſeatur magiſter, vt præ ſummo huius artificio cæteri quique vileſcant iuſtè, quum ſcilicet ad eius imitationẽ cẽſeamus, quòd id nõ deceat omnes (τὸ ἄξιον ἀνδρός) nec quod etiã fieri poſſit.

lib. vsui nostr.

SENTENTIA QVINTA.

Quibuſcũq; ad ſeptimũ vel octauum grauiditatis mẽſem repẽtè cõcidit plenitudo mãmarum & alui, ipſiſq; mammæ graciliores fiũt, & lac nõ apparet; puerulũ in vtero aut periiſſe enuntiandũ, aut viuere quidẽ adhuc, ſed eſſe imbecillẽ & infirmũ.

1 Ὅσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσαι περὶ τὸν ἑβδομον ἢ ὄγδοον μῆνα ἄφατός ὁ πλήρωμα τ μαζῶν ἐγ τῆς γαστρὸς ξυμπίπτῃ, ἐγ εἰ μαζοὶ ἀφιγρωῦται, καὶ ὁ γάλα οὐ φαίνεται, φαίαι ὁ παιδίον ἢ πεπτικὸς ἔχ, ἢ ζώφτι καὶ ἔχ ἀπεδανόν.

Si enim grauidæ ſint, & menſtrua ipſis appareant; aut abortus accidunt, ſi copioſiora fuerint & odoris fœdi, aut quidem enaſcuntur vulgò *fœtus morboſi.*

2 Ἢν γὰρ ἔχουσι ἐν γαστρὶ, καὶ ὑστερ φαίνηται τὰ ὑπομήνια, ἢ πρωσμοὶ γίνωνται, ἐῶ πλείονα ἢ καὶ κακόδμα, ἢ νοσώδεα τὰ ἔμβρυα ἔχ.

EXPLICATIO.

Nobis hæc primùm viſa fuerãt ad ptognoſin pertinere, quæ ſequũtur. Cogitãtibus tamen poſtea diutiùs aliquãtò, venit in mẽtem ſic potiùs cohærere iſta cum ſuperiis, vt ſuum, quod initio huius diſputationis ἀφορισμῷ dixerat, hoc eſt vlteriùs, exponendo perſequatur Hipp. apertiſſimo ordine. Bimeſtres enim fœtus atq; trimeſtres antea tantùmodo ipſe perſtrinxit. Itaq; audiendũ eſt nobis hoc loco de prouectioribus. Mẽſtrua quidẽ in grauidis ſignificationẽ ſui dare aliquãdo primis à cõceptione diebus, ac ſine vllo valetudinis diſpendio, receptũ eſt in Hippocratis doctrina, vt patet ex antecedentibus. Etiamq; ſi quarto quintòq; mẽſibus aut ſexto ea ipſa fortè fundãtur (hos enim medios mẽſes tãtùm cõplexus eſt Hipp. ſuprà dictioone ἀφορισμῷ) patet etiã quòd tũ in ipſos tãtùm fœtus detrimentũ cadit, vt explicatũ eſt. Quòd ſi eò lõgiùs quoq; quæ vtero geſtat, pgrediatur, vt ad ſeptimũ tandẽ & octauũ mẽſẽ; an ſic ad portũ (hoc loco ipſimet quærimus) ipſa puenerit? In portu verò nauigare ea præſertim putetur, quæ eſt nonũ grauiditatis mẽſẽ ingreſſa. Vt ſi quãdo πλήρωμα ſeptimo mẽſe aut octauo, quod mãmæ capiũt ac vterus ipſe cõtinet, repẽtè cõcidat, hoc eſt, nõ præeũte vllo ſymptomate locũ immutet (ſic enim ἐξαίφνης Galenus interpretatur, ac eodẽ quaſi modo ſeuſerit Philotheus, dixit αὖθις φανερὸς αἰτίας ſine cauſa manifeſta) vt nimirũ mãmæ priori loco ſeſe in vterũ exoocerarint, q etiã onus ſuſcipiẽs foras idipſum depulerit. Quo nãq; modo alius πλείονα ἢ κακόδμα, largiore manu poſſint effundi & fœdi odoris mẽſtrua, (vt fert hypotheſis) ſequẽti verſu? Atq; ita fundãtur vt (οἱ μαζοὶ ἰσχνῶνται) in mãmis marcot eluceat, etiãq; pmaneat; quũ ſiqdẽ τῶν πάλαι σαλπροὶ γίνωνται, ἢ ἀφροδίσιοι, denuo ſi mãmæ fiãt duriores, nõ abortiant, p aph. 53. lib. 5. Quorsũ vẽrò etiã (ἐὰ γάλα ἢ φαίνῃ) oũc præſentia ſpectat &, vt ita dicã, apparẽtia lactis? Ao qa ſi è mãmis lac copioſum fluat, meritò illæ tum quidẽ flacceſcãt? Legite ad explicationẽ huius loci aph. 37. & 38. & aph. quoq; 51. & ad eũdẽ hũc aph. accuratã & meditatã cõmentationẽ Gal. Ex illis enim manifeſtò cõpertum lectot habebis, quum manifeſta cauſa deſit in hypotheſi, inutile quiddã excremẽtitiúmq; voà cũ sãguine naturã in vterũ detrudere, qd' vim illius potẽtes ſæpenumero ſuſcitet, eũq; excruciet ac ſolicitet ad excretionẽ. Atq; hãc ob causã (ὑστερικὴ τὰ ὑπομήνια ἢ πρωσμοὶ γίνωνται) ſi nõ ꝓfuudũtur mẽſtrua, ſed ſic apparẽt tũ eo ſaltẽ modo, vt ad eotũ ꝓfluuiũ abortiooes tãdẽ cõſequãtur; qb' ſit etiã fœdus cõtũctus odor, ob putredinẽ: aut ſi in lucẽ puer ꝓdeat ſortis, quemadmodũ mẽſe ſeptimo poteſt euenire, ob aliquẽti pniciẽ morbidus ſuperſit & degat, niſi ſtatim ipſe pereat, vt quũ octauo editur menſe. Cæterùm nunc cõdignum notatu videtur, quòd alio modo hic patet vterus & vacuatur, dũ fit abortus & ad menſtrua ipſe cõſequitur; alio autẽ, quãdo io lucẽ edũtur morbidi fœtus & inualidi. Hîc nãq. mẽſes apparẽt & ſtillãt inprimis, vt ſuprà explicatũ fuit; illic autẽ reddũtur, ꝓfuſi & tetri odoris. Præterea nec huius loci eſt ſingula pcẽſere ſigna fœtus emortui. De iis enim abũde alijs ab authore, hoc lib. priore de muliebt. lib. de fœtus exectione, lib. de ſuperfœt. & cap. 3. lib. 3. de nat. facult. vt hîc & illic paſſim author quoq; Gal.

comment. in aph. 78. lib. 4.

SENTENTIA SEXTA.

Si mulier grauida pituitoſa ſit, & caput ei tũ *condolet, & interdũ ipſa febricitat, & in capite pituita volutatur, & grauitatis ſenſum ꝓcipit atq; frigoris, tãdémque in corpꝰ etiãq; venas penetrat ac diffunditur pituita, ſi quãdo* nimirũ *caput redũdarit.*

1 Ἢ γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα φλεγματώδης ἢ, ἐγ τὴν κεφαλὴν ἀγιᾷ, καὶ πυρετώδὴς ἀῆστε καὶ ἀῆστε, καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ εἰλέεται ὁ φλέγμα, καὶ βαρος ἔχῃ καὶ ῥῖγος, καὶ ἐς ὁ σῶμα ἀφιγρεῖ καὶ ἐς ἁς φλέβας, ὅτᾱν ἢ κεφαλὴ ἢ πλήρης.

Fit præterea & ſimilis plumbo, colore; ac vomitione pituitam reddit, albeſcítque

2 Γίνεται δὲ καὶ μολίβδῳ τὴν χροιὴν ἴκελος, καὶ ἐμεῖ φλέγμα· γλαῦκα λευκὴ, καὶ

καὶ, καὶ οὖρησις καινὴ ἔκλυσις, ψυχὴ, παράξις, δυσκινησία.

ei lingua, feréque etiam alba vrina effunditur, frigida, accidit quoque conturbatio atque in commouendo sese pigritia.

Ἐπὶ δὲ τέκῃ, χωρήσαι οἱ ἡ κάθαρσις φλεγματώδης, καὶ φανήται ὑδατώδης, καὶ ὥσπερ ἀράχια διατεταμένα ἐν τούτῃ ἔσται. 3

Posteaquam verò ipsa pepererit, lochialis expurgatio pituitosa consequetur ac comparebit pelliculosa, necnõ in ea inerunt velut casses aranéolarum.

Καὶ πίσσηται μὲν τοῦτα πάντα, καὶ ἡ τοῦ κατάμηνια ἐχώρει τὰ φλεγματώδεα, ἐλάσσονα δὲ χρόνον νοσήσαι· καὶ κινδυνώδεις τοῖς αὐτοῖς ἡ νοῦσος ἔξει, καὶ σπασμοὶ, καὶ μέλαγχολαι. 4

Eadem denique perpetietur vniuersa quæ ea solet cui pituitosa menstrua ferebantur nuper: ægrotabit attamen nõ ita diu: qn etiã cõnexa eadẽ sibi habebit morbus picula, signáq; & easdẽ cõmutationes.

Συμβήσεται γὰρ αὐτῇ ἔμετον γενέσθαι φλεγματώδεα, καὶ παθήματα ὅμοια κεῖνα χωρήσαντα. 5

Eueniet nimirum illi aliquando tandem pituitosa vomitio, ac prodeuntia quæque patietur consimilia superiori.

Ἐξήρτηται γὰρ τῶν αὐτίκα τόκου τὰ λοχία καὶ τὰ κατάμηνια τὰ φλεγματώδεα, ἐλάσσονα δὲ χρόνον μὲν τῶν καταμηνίων. 6

Dependẽt etenim siúntq; eadem ratione puerperia ac menstrua pituitosa: quanquã illa breuiori quàm menstrua tempore.

Καὶ ἐὰν μὴ ῥαγῇ αὐτῇ ἡ κάθαρσις χρονιωθῆσα, θήσει τὸ πέντε καὶ τεσσαρακοστὰ ἡμέρησι. 7

Ac nisi puerperæ purgatio lochialis quæ in ea diuturniorẽ morã traxit, cõfertim ac cumulatè feratur; ipsam mors opprimat intra quadrageſimum quintũ diẽ.

Καὶ ἐὰν οἱ φλεγματώδης ἡ λοχία κάθαρσις χωρήσῃ, μελεδαινομένη ἢ ἡ γυνὴ, ὑγιὴς ἔσται, καὶ φυσηθήσεται ὀξὺ ἀρχῆς, ἐὰν ὑγιαίνῃ· χαλεπὸν γὰρ τοῦτο ἔσται νόσημα. 8

Quòd si pituitosa ei purgatio lochialis fortè prodibit, modò eius cura suscipiatur, saneſcet illa quidem; verumtamen ab initio flatu distendetur si curationem receperit: grauis enim hic morbus erit.

Ταύτῃ χρὴ διδόναι φάρμακον ὃ τι φλέγμα ἄγει, καὶ μίσγειν γάλακτος ἕφθου αἴγειον ξὺν μέλιτι. 9

Huic operæpretium fuerit pharmacum exhibere quod pituitam ducat, etiámque lac capræ coctum cum melle diluere.

Ἢν δὲ πολλάκις μὲν ἐσακούσῃ, κάρδαμον, ἢ κάππαριν, ἢ κνέωρον, ἢ πολυπόδιον, ἢ ὄρρον, ἢ ὃ ἄν τι ἄλλο ξυντιθέμενον διδόναι, καὶ ὅσα φλέγμα χαλᾷ καὶ ἀνάγει. 10

Quibus sæpe oblatis si fortè repugnet, nasturtium, aut carthamũ, aut cneorũ, aut polypodiũ, aut serũ, aut qd̃ ex salib⁹ cõponitur, exhibere oportebit, ac alia quæcunq; pituitosum laxãt humorẽ & foras trahũt.

EXPLICATIO.

PONEBATVR non ita pridem pituitosum caput in prægnãte, atque ex illo humor eiusdem naturæ in aluum voluebatur, aliáqoe inde plura enascebãrut symptomata, de quibus actũ abunde fuit eodem loco. Hîc quoq; de pituitosis sermo instituitur, & non aliter quidẽ quàm modò de iis quæ & malè habebant, & bile redundabant. Est enim commune vtrisque τὸ σῶμα φλεγμαίνειν ἔχειν. Animaduertimus attamen nunc id esse dissimilitudinis, quòd isthic res tum inclinaret in periculũ abortionis, quemadmodum mulierem hîc perferre voluit Hipp. & edere perfectum fœtum. Hoc enim modo rem se habere quæ apud Hipp. sequuntur, faciunt fidem, ἐπὶ δὲ τέκῃ, at posteaquam pepererit, &c. Alterum quoque discrimen fuit, quòd nuper tantummodo exuperabat pituitosus humor in capite: nunc vniuersum iam corpus occupasse & plumbeus testatur color tum in toto corpore, tum etiam in lingua atque adeò vrina. Testatur & id ipsum onerosa moles corporis totius pigritiaque, & quæ in mulierem cadũt reliqua, cui pituitosa menstrua ferebantur nuper: Nempe non solùm pituitam exuperare in corpore, sed dominium habere vbique locorum. Locos intelligo non caput solum, in quo quia pituita inest, inest quoque meritò granitatis sensus atque frigoris, vt est apud Hipp. sed cum viro quidem communiter. Com-

sect. 2. comm. huius tertij.

muniter inquam lingua alba tum redditur, vt & vrina, quæ est tunc etiam frigida & perturbata, vt totum est corpus pigrum. Iustè verò hîc primùm quæratur, quomodo ὠλίσθημα idem sit Erotiano quod πλάνημα. Minimè verò id perpetuum esse potest: sed quia pituita concluditur, ideo quidem in capite cõuoluitur; non aliter quàm quum in inchoato hydrope volutantur aquæ, nimirum spiritibus in partem denegato aditu in quam obfirmeut sese, quemadmodum lõgè apertiùs postea exponemus & defendemus hac Hipp. nostrum fuisse mente. Quæratur etiam secundo loco, an (βάρος) grauitas cum frigore dimaneret e capite in corpus reliquum, adeóque vt diffundatur per venas, ὅταν ἐκ κεφαλῆς ἡ πτύσις, quum ea capur reduudet. Siquidem ex capite vix eò instillet. Potiùs sanè videri queat sic pituita caput oppleri, quum tota mulier sit pituitosa in hypothesi; vt ex partibus subiectis ob certas causas pituitosi sublime ferantur vapores qui capur oppleant, vt & idcirco eiusce particeps fiat & perfluat corpus reliquum. Quum enim caput non queat hanc totam excipere nec coutinere, rectè tum quidem βάρος ἐς τὸ σῶμα καὶ τὰς φλέβας, sui sensum vehat quoquouersum vnà cum grauitate & frigore. Quorsum alioqui quæ de colore corporis rotius sequuntur? quorsum vomitus, ac in lingua & in vrinis albus color, & quæ reliqua Hipp. signat sequente versu? Quæ quidem omnia, si ea quæ per muliebrem sinum effluunt, exceperis; comperies communia esse cum viris. Imò etiam quæ de lochiis & illorum colore consistentiaque nunc enarrantur, explicata iam sunt abunde in pituitosis mensibus. Hac ratione uon hîc longior oratio nec explicatio desideratur. Itaque est hîc ita loquutus Hippocrates gratia brevitatis, καὶ πυρετὸς μὲ πάντα, &c. hoc est, in omnia denique tum incurret mulier sympromata, in quæ ipsa solet cui pituitosi menses antè ferebantur. Repetendæ sunt illorum causæ omnes ex supradictis. Quæ attamen exterua, non sunt communia tantùm prægnantibus pituitosis & menstrualibus, sed & puerperis. In quibus hæc etiam alia (ἐπιλοχίη) post partionem apparent, κάθαρσις purgatio uimirum lochialis pelliculosa, cui veluri cassis aranearum expassi permiscentur. Eadem ergo perpetietur vniuersa quæ mulier vacua cui pituitosæ solent fieri menstruæ purgationes. Sed isthæc vniuersa explicuit quinta sententia potissimùm Hipp. nou autem nona commentarij superioris, (etsi hæc quidem non vsque adeò ab Hippocr. mente dissideant, quum ea quæque comperiantur etiam sæpenumero in mulieribus, pituita simpliciter exnperante) vt possit quispiam alius cogitare; tum autem maximè perpetietur, si res in peius ruat, ac vt est ipse loquutus, ὡὸ ἐχόντος πλέον χρόνου, temporis progressu longiore, succeder nempe tum febris erratica, fastidiúmque cibi & morsus stomachi; præsertim autem si pituita per nares non excludatur, neq; per aluum, neque per aquæ ductus in vesicã delapsa. Ac tum uegiecta mulier sic affecta, hoc est si nulla curatio adhibeatur; ne isdem planè damnis tunc afficiatur metus est, quibus soler angi tandem ea cui menstrua biliosa supernùs ducebantur. Quod euenire sanè cõsueuit, nisi & summa cautione & prudentia profluuiũ quod hinc imminet, refrenetur. Sic enim per πρῶτα ὑγρὰ κενὸν χορήσαντα nũc author nobis videri queat voluisse, vt prodeuntia effluentiáq; intelligãtur quæ abradẽdo vlcus tandem ereent in vtero, quemadmodũ modò declarauimus pro illius sentẽtia. Profluuiũ dicimus erodens, quanquam sit pituitosum. Iu quo nimirũ magna colorum varietas possit videri, & varia substãria, & excretionis modus quoq; varius, vt obseruauit Hipp. Deniq; in quamcunq; mulieris partem, vt tunc ipse volebat, quiddã profluentis isthus humoris inciderit, eandem mordebit, etiámque vterum tandém eroder & vlcerabit. Vt si quando morbus vires & incrementum ceperit, similiter angatur, vt dictũ est, ac ea quã biliosa purgario nõ ita pridẽ exercebat; quanquã non æqualiter nec rã grauiter morbus fortasse premat; nec vlcera quoq; tã tetra aspectu oboriãtur, nec pari magnitudine, nec ita periculosa, nec tã fœdi & grauis odoris. Hoc verò ãpliùs explicatũ fuit cõ. superiore. Perstmilia (inquã) sũt ferè in vtrisq; omnia, uisi φ ὠλίσθημα χεῖρον ποιέει, nõ ita diu ægrotabit. Sed huius rationẽ proximè subiũgemus, ne sæpius idẽ cogamur inculcare.

sent. 5 ẽm. 2.

sent. 5.

Καὶ κινδυνώδεες ἐς αὖθις] Etsi autem lectores ad sent. 5. modò relegarit cõm. superioris, vbi pericula exposita sunt amplissimè, signáq; & cõmutariones; per ætiologiam quoq; (ξυμβάσης) χὸ αὖτὶ) vomitionem adscripsit pituitæ, ac reliquas affectiones breuiter perstrinxit uomine prodeuntiũ Rarum namq, ipse firmũq; habuit, quòd (ἐξόρη) χὸ ὦ αὐτὸν ἔστω ἐς λοχείη ἐς καθαρμοῖσι ἐς φλεγματώδεα) iisdem de causis & fontibus ducũtur puerperia & mẽstrua, quæ perfundũtur & cõmixta explicato modo apparẽt cum multa pituita. Id verò physicis potest esse notissimũ, siue à peculiari mulierũ natura id eueniat, siue diæta. Nũc demũ igitur inquiramus cur (ὠλίσθημα χρόνου μετ' ἐκλοχείαν) buiusce modi puerperia breuiori tẽpore manẽt quàm menstrua, vt & reliqua πρῶτα ὑγρὰ. quæ vacuas mulieres pituitosas similiter afficiũt. Hæc euim ad iudicium cõmune aut populare intelligentiam minùs quidẽ videntur accõmodata. Atq; eriam nos rationem huius datutos modò recepimus. An verò quòd hîc mulier celeriùs ad exirium præcipitetur, siquidẽ sunt puerperiorum grauiora quàm menstruorũ symptomata? An potiùs quòd maior insit puerperis opportunitas cõmutationis in meliorem statũ cæteris paribus, quũ tunc meatuum libertas adsit egresso puello; desit hæc autem pituitosis menstrualibus? Inprimis autem signa ipse proposuit in vniuersum, etiámq; pericula abunde ex eo iam repetiuimus. Ac easdẽ huic fore cõmutariones tandẽ quarto pouebat versu Hipp. easq; ipsas explicabat versu cõsequẽte de prodeuntibus, vt ipsi illustrauimus exemplo in profluuiis. Numnã verò istæ omues sũt quæ puerperis vulgò eueniũt mutationes? Diximus quoque antea de αἱμοῤῥοΐδων copiosissimè, quę statim ad partũ consectaria est Natura duce, certóq; fit definitóq; dierũ numero, & præter isthãc euacuationẽ quę puellũ proximè sequitur, aut cũ puello potiùs perficitur. En verò ipsa est purgatio cuius materia toto gestationis tẽpore supprimebatur, quanquã etiã in partu nũc ab Hipp. ponitur ex hypothesi hisce sequẽtibus verbis, ἐὼ μὲ μηχὸ ἐκύησεν χρόνον, nec plenè scilicet perfici neq; cõstertim. Sic enim ῥήγνυσ χρ instituto naturæ expositum Gal. mẽtẽ sequuti antea. Quanã verò hinc venit mutatio aut periculũ potiùs inde creari queat? Θνήσκει ἐν τίσι ἐς πανεχέστατα ἡμέρησι, ferè tũc intra quinq; & quadraginta dies puerpera emoritur. Qui terminus est quidẽ κατὰ δόξαν etiã dũ

fœmella

fœmella in lucem editur, omnium longissimus, lib. de nat. puelli. Siquidem sanguis primis tot grauiditatis diebus in vtetum descendat paucissimus in incrementum puelli, quemadmodum familiarissimè ac facillimè demonstrauit Hippocrates eodem libro. Quod alimentum nisi nunc per totidem dies à partu refundatur, sed suppressum coerceatur; aut morbum magnũ inoehit, aut periculum vitæ crear, eodem & authore & luco. Etenim ex eo incendium cum tumore aut virium aliquod aliud exurgit in vtero, aut in principe quadam parte in quam fortè fecerit impetum suppressus sanguis quoties incaluit, exitu nempe negato. Sed satis hac de re superiùs ex Hippocratis doctrina. Comparatum est ergo ῥύγνυσθαι copiosè atque cõfertim mulierem in partu vacuari oportere duce natura. Naturam verò æquè ad propellendum robustam nunc, vt in bilioſis, statuimus, & interuallum quoque patens, ne quid nimirum desit: sed ineptum attamen nimis est & contumax nũc ipsum mobile, pituitosus nimirum sanguis. Vnde magnum & admirabile consilium Hippocratis fuit in hypothesi, καὶ διὰ τοῦτο φλεγματώδης ἡ λοχία καθαρσις χωρίσι, quòd si puerperæ pituitosa purgatio, vt ferè fit, prodeat lochialis, paulatim scilicet, non autem, vt decet, copiosè atque confertim, vt si quid nempe natura imperfectè mouerit; (μεταδιαιτᾶσθαι δὲ ἡ γυνὴ, ὑγιὴς ἔσται) medici operam industriámque omnem adhiberi tunc oportere, vt restitui planè puerpera queat valetudini. Quantumcũque autem hac in re suum Medicus officium etiam sedulò fecerit & omnem lapidem mouerit, quum nullo modo obsistere queat quò minùs vniuersum corpus (καὶ φυσᾶσθαι τὸ ἐξ ἀρχῆς) etiam statim & principio curationis hydropico ferè modo tumescat; non deceder tamen ab officio, διὸ ὑγιαίνῃ, si fortè sic sanitatem ipsa consequuta est. Est quidem in promptu ratio apud Hippocratem, χαλεπὸν γὰρ πᾶσι ἔσται νόσημα, quòd magnus scilicet ac periculi plenissimus morbus erit. Cuius magnæ sunt quoque causæ, eáque ratione nõ possunt facilè deleri, nisi dissunctæ & per vniuersum corpus disseminatæ tumorem fecerint. Viribus nimirum natura potens est vel maximè quæ in tuto, non vna tantùm parte consistit. Ergo ne terreatur Medicus morbi huius magnitudine, atque sic ab incœpto desistat, (πάντα χρὴ διδόναι) ad causarum depulsionem ipsum etudit in praxi; hoc pacto, vt phlegma qua poterit arte educat è corpore. Sed quia quod ad hanc rem artificium requiritur, est cum viris commune, si nunc ad muliebria festinamus, haud mitum vobis debet videri. Grauitatem verò morbi lenit Hippocrates duplici genere remediorum. Minoris sunt momenti & facultatis quæ priore loco impetantur, & pituitam cient, & foras ducunt. Quibus identidem repetitis si morem morbus fortasse non gesserit, vsurpanda tandem ea erunt eodem authore, quæ viribus polleant magis & eius ipsius reliquias abstergeant. Einsmodi verò est nasturtium, sylueſtris crocus, cneorum, polypodium cum reliqnis. Quæ vniuersa illustrari possent facilè Galeni, Dioſc. Plinij & recentiorum quoque sententia plurimorum. Sed potior longè nobis authoris huius penè diuini quàm cæterorum quorumuis authoritas meritò fuit, fixaque hærebit semper. Suum Crateuam Hippocrates habuit ῥιζότομον percelebrem. Singula quæque tamen aliàs, si dabitur otium, minutim scribemus per formulas, è quibus minori negotio haurire pòst quiſque qoear, quæ optet. φύσ. 16.

SENTENTIA SEPTIMA.

1 Ην δὲ γυνὴ ὁ γαστὴρ ἔχουσα σπληνώδης ἢ ὑστοῦ παθημάτων ὧν εἴρηται, ὁ τῇ νούσῳ τῆς καταμηνίων τὰ ὑδροποσίδια καὶ φλεγματώδια ἀφίσι, καὶ τὰ λοχία χωρίσ ὑδροποσία, καὶ ἐλλύσηται μὲν ὁτὲ μὲν πολλὰ, ὁτὲ δὲ ὀλίγα.

Quòd si quæ est grauida, apparentibus iis quæ modò commemorabantur affectionibus, lienosa fuerit; profluentibus menstruis aquæ & pituitæ similia reddit & emittit, etiámque, postquam peperit, *instar aquarum quæ secedent, erunt puerperia; modóque venient plurima, modò pauciora.*

2 Καὶ γίνεται μὲν ὥσπερ ἀπὸ κρεῶν ὕδωρ, ὡς εἴτις κρία αἱματώδια ἀποπλύνοι· ὁτὲ δὲ ὀλίγῳ παχύτερον, καὶ ὑπόπηγνται.

Tandémque *etiam quasi è carnibus aqua redditur,* hoc est *non secus quàm si quis carnes abluat cruentas; interdum verò aliquantò crassiora, quæ attamen minùs concrescant.*

3 Καὶ πίσσηται ζωῦτα πολλὰ καὶ ἢ τὰ καταμήνια τὰ ὑδατώδια χωρέῃ, καὶ κινδυνώδεις τὰς αἰδοίας ἢ νοῦσος ἕξει καὶ μεταλλαγάς.

Atque incurret hæc *in eadem omnia quæ ea cui menstrua aquosa fundi solent: hic denique morbus connexa habebit eadem pericula & commutationes.*

4 Ξυμβήσεται γὰρ οἱ ῥόον γενέσθαι ὑδατώδεα, ἢ κρυφθῆναι τὸν καθαρ-

Futurum enim est, vt hinc profluuium aquosum fiat, aut vt in occulto resideꝰ pur-

gatio lochialis, *ad partes diuertat ventri propinquas, & ad crura, aut etiam ad pectus, aut* in ſumma *ad harum partium aliquam.*

σιν, καὶ τραπέσθαι πρὸς τὸν χιλίλεω, καὶ τὰ σκέλεα, ἢ ἐς ὃ φέρον, ἤ τι τούτων.

Ac tum *huic eadem pericula immi-* 5 *nebunt, quæ priùs explicata ſunt.*

Καὶ κίνδυνοι ἔσονται οἱ αὐτοὶ οἳ ἢ πρόσθεν εἴρηνται.

10

EXPLICATIO.

AD rem priuſquam aggrediamur, viſum oobis eſt quædam præmittere quæ faciliorem faciant oratiooem Hippocratis. Sic ſaoè quo vinculo vioćta ſunt præſentia cum præcedentibus, iudicabit quiſque ſine negotio. Inprimis fuit initio dicendi inſtitutum authoris, prægnantium calamitates nunc recenſere quæ ab abundantia pituitę pendent. Reuocanda ſuot deinde pathemata in memoriam, ὑφ' ὧν, ſub quibus, (vt ſignorum hìc potiùs quàm cauſarum rationem habere ounc intelligatur) hoc eſt, quæ ſi adſunt, vt ipſi reddimus, atque apparent; menſtrua prægnans effuodat eius naturæ puerperiàque, cuius mox à nobis eſſe dicentur. Illa porrò pendebat æſtimabatque Hippocrates ex capitis dolore, febre, eius ipſius humoris in capite concluſi volutatione, ſenſu grauitatis atque frigoris, ac diffuſione eiuſdem humoris per venas in corpus vniuerſum. Itémque plumbeus emicabat tum color, ac vomitio inerat pituitę, alba erat lingua, etiámque vrina, & quæ frigoris ſenſum inueheret & perturbata appareret, & corporis denique totius morio difficilis. Quotquot hæ enumeratæ ſunt affectiones, comprehenſas eſſe voluit Hippocrates his verbis, ὑπὸ παθημάτων ὧν εἴρηται. Quas recenſuimus de induſtria, ne quis ab Hippocratis mente longè diſſentiens, ſecus cogitet, ratus hæc ad menſtrua referri oportere. Siquidem animaduerterimus io prægnante illorum pathematum vnicam eandémque omnium cauſam eſſe apud Hippocratē, quæ exuperat nimirum nunc pituita in hypotheſi. Atque quòd etiam, ſi hæc eadem ipſa genita & intus ſuppreſſa, in lienem fortè recondatur, vt eſt ipſe ad capiendum habiliſſimus, quum ſit poſt pulmonem ſpongiarum inſtar ririſſimus; mulier lienoſa tunc meritò eſſe iudicabitur, ab ingenti ſcilicet & inſolita ſplenis mole & magnitudine. Neque hìc enim ſimpliciter σπληνώδεις intelliguntur lienoſi, quemadmodum lib. de humoribus, Epid. 6. aut aphoriſmis 42. 48. lib. 6. aut in Coacis animaduerſionibus; à coaceruatione ſcilicet melăcholici humoris περὶ τὸ σπλῆνα, vt loquebatur Philotheus; ſed ex hypotheſi, quemadmodum modò prædiximus. Deinde oota dignum quoque eſt, ὁ πόνος ἢν καταμηνίων, in morbo mẽſtruorum, ita vernaculè loquutum Hippocratem, vt dictum fuit à nobis ad ſenten. 1. comment. primi. Quanquam & in hypotheſi morbosè etiam prægnantibus menſes effluant. Iam fiunt ſic peruia quæ reliqua ſunt omnia in Hippocratis oratione. Ergo ſi huinſmodi pathemata in prægnantibus apparent, quæ ſunt lienoſæ à copia nimirum & collectione humoris pituitoſi facta in ſplene eiúſque vicinia; ac fortè vt tumotis huius grāditate & onere natura irritari poterit, attentarit ipſa quoque partem humoris illius depellere concluſo priùs vtero naturaliter; quæ tunc erumpent menſtrua, iuſtis de cauſis aquoſa comparebunt pituitoſaque. Eſt namque ipſi ventriculo lien in proximo poſitus, vt apud Hippocratem ooti ita multò pòſt deſcribetur. Eſt & rarus & ſpongiformis, ideóque ad trahēdum opportunus quàm maximè eodem authore eodem quoque loco. Tādémque patefactis viis tempeſtiuè, hoc eſt, vt ex ſententia ſuperiore interiecimus, ὑστὸν πάλιν poſteaquam peperit; eadem omnino ratione λοχίαι χαρίσαι ὑδρωπικαί, aquoſa menſtrua prodibunt. Intus namque aquis oppletus lien diſtendebatur quàm maximè. Puerperia hæc autem dum effluent, modò liberali id fiet manu, modò parciore, ſcilicet pro aquæ mobilis tenuitate aut craſſitudine, viarum impedimento aut libertate, naturæ viribus aut imbecillitate. Quæ ſaturata tandem tamen videantur quodam cruore. Ac ſi diceret, Aquea præ multitudine primùm erumpent data porta, ſed quæ tandem aliquando, dum nempe pauca ſuperſunt, aliquid cruoris in ſe contineant. Si quidem referant loturam carnis. Hìc verò permixtus tum aquæ ſanguis poſtremo loco conſequens, erſi quandam præ ſe ferat, vt ira loquamur, cooſiſtentiam; quia tamen haud laudabilis eſt, ὑ πάγνυται, neque cooglaciat, oeque concreſcit. Cæterùm (καὶ πάσεται) de calamitatibus io quas incidat tunc puerpera, vt de periculis & mutationibus, quum communia ſint omnia, dictum ſit ſententia quinta comment. ſuperioris verſ. 10. & conſequeotibus. Aut eoim (ἐμμένουσι γὰρ αἱ, &c.) aquoſum profluuium ſuperueniet, (quid verò id faciat, illic explicatum fuit) aut (ὑ κρυφθῶσι πρὸ καίρου) reliquiæ quæ debent euacuari, ſi ſuppreſſæ deliteſcant fortè io parte aliqua, diuertent aut ad viciniam, hoc eſt ventrem & partes circumpoſitas; aut ad infernas, hoc eſt crura, vt erit materia particeps grauitatis & frigoris: ant ad ſupernas, vt ſternum aut pectoris partem quandam; aut etiam ὑ πόνον, hoc eſt ſuperiorem, vt caput, ſcilicet pro nutu ſuo, quemadmodum dictum quoque fuit aliàs ab hoc eodem authore in fragmento de Virginalibus. Quidni enim per moras ex putredine non coocaleſcant? Explicata verò ſunt pericula loco præcitato.

SENTEN-

SENTENTIA OCTAVA.

Ην κύουσα οἰδήῃ, κνίδης καρπὸν ὡς πλεῖστον, καὶ μέλι, καὶ οἶνον κεκραμένον δι' ὠδίνων διδόναι πότον δὶς τῆς ἡμέρης.

1 *Si intumescit quæ vtero gestat, semen vrticæ quamplurimum, & mel, & vinum dilutum odoratum in potu dare oportet bis interdiu.*

Ην κύουσαν χολὴ λυπῇ, πτισάνης χυλὸν δίδου, ῥόον ἐπιπάσσων τὸν ἐρυθρὸν, ἢ τὸν ἐκ τῆς συκαμίνου.

2 *At si prægnanti bilis molestiam adfert, exhibe succum ptisanæ, inspergens rhoem rubentem, aut quod è moro* arbore rubrum colligitur.

Ψυχρὸν δὲ ῥοφείτω, καὶ καταψύξει.

3 *Frigidum autem absorbeat:* sic enim bilis *retundetur.*

EXPLICATIO.

HIPPOCRATES perstringit incommoda duo alia prægnantium, quorum causæ, nostra quidem sententia, variæ sunt, quia istorum humores diuersi. Pendet adhuc è pituita propositus tumor, de qua modò ab eo agebatur. Istum nunc discuti præcipit seminis vrticæ vsu largiori. Nouerat Dioscor. cap. 89. lib. 4. huius decocta folia dissoluere inflationes. Discat si volet idem ipse vel hoc præceptore diuino Hippocrate, istius eiusdem assumpto semine dissipari quoque tumores. Eius nimirum si puluis melle quod est vtero accommodatissimum, exceptus è vino propinetur manu largiori: quo quasi vehiculo is id præstet quod vult, efficiátque. Altera venit molestia (quam suo loco non recēsuerat Hippocrates) prægnanti ab orgasmo, impetu & acrimonia bilis; quæ omnia rerundi refrænarique facile posse sperat Hippocrates, si ptisanæ succum prægnans absorbeat, qui non refrigerare tantùm queat, sed reipsa eiusmodi sit. Neque enim assentimur interpreti Cornario qui de frigidæ sorbitione ψυχὸν exposuit. Nec tantùm qui actu frigidus succus est, sed modo nunc dicto paratus & puluisculo conditus immaturæ rhois, vt id fateamur, & cum Caluo consentiamus interprete. Sic enim eam rubentem perplacuit interpretari. Huic nimirum quum maior tum vis insit adstringendo, refrigerandi quàm aliàs; eam deligi tũc quoque temporis maximè voluit in scopum propositum, aduersus videlicet acrimoniam bilis ac summam illius acerbitatem. Quæ attamen si desideretur, vt suggeri aliquid possit tanquam ὠπίεσον; id rubens aliud immaturúmque quod è moro colligi solet arbore, vsurpari iussit. Quispiam putauerit meritò συκάμινα retineri hic oportere quæ nondum maturuerint ex lib. 2. de facult. alimentorum apud Gal. itémque 2. lib. apud Athenæum; etsi legant aliter uonnulli, hoc scilicet modo, ἢ πὰρ τὰ τῆς συκαμίνου, vt articulo τῆς velint arborem potiùs quàm fructum significari. Res quãquam sit eadem quod ad vsum, lectio est diuersa tamen, & varius vtrobique sermo. Horũ fauet opinioni scriptum quod est de curatione ginginarum apud Gal. quinto Περὶ ὑγιεινῶν. vbi quũ ad id imperasset lac mori, συκαμίνου dixit, πυκνὸν μορέας χάλα, &c. Per sycaminum autem intelligi morum oportuit arborem, vt dictum est, non autem fructum. Attamen rhoi nũc & moro est communis vtrique rubot, hoc est eius vtriusque fructui, vt immaturus scilicet vsurpetur vtrobique. Sic enim maior vis adstringẽdo inerit, vt dictum est, refrigerandi. Quo propiùs autem accedit ad maturitatem, eò nigrescit magis. Cæterùm καταψύξει sisti communiter verterunt quiuis interpretes. At maluimus ad Hippocratis meutem attenti, reprimi dicere & moderari. Quod euenit bili quæ indomita furit etiam suopte uutu, nisi alterius ope retuudatur, vt alterutrius superioris fructus adstringente vi & refrigerante. Vsurpauit idem hoc quoque verbum Aristot. 7. de hist. animal. loquutus de muliere quæ ad meliorem frugem reducebatur, in eodem significato. Imò idem uobis in ore est quum de inflammationibus sedandis aut doloribus verba facimus. Sic enim Galenus κατασπᾷν ὑμᾶς παρήγγειλεν.

SENTENTIA NONA.

Ην δὲ πνῖξ παραχρῆμα ἐξαπίνης ἐγγένηται τῇ γαστρὶ (γίνεται δὲ τοῦτο μᾶλιστα ἐπὴν ἡ γυνὴ παλαιπωρέῃ καὶ ἀσιτήσῃ θερμοτέρου τοῦ μητρέου ἐόντος τῆς παλαιπωρίης, καὶ ἐλέσσονος τῆς ἐκμαδὸς γινομένης τοῦ ἐμβρύου, καὶ ἅτε τῆς μήτρης κατεστέρης τῷ κενεῷ τῷ χρόνῳ

1 *Quòd si in prægnantem suffocatio repentè cadat (id verò accidit potissimùm quando sese conficit mulier labore inediáque, per exercitationem* scilicet *immoderatam æstuãte utero, & detracto embryoni alimento* imminutóve, *quúmque etiã inanis uterus plus æquo reddetur cauo in-*

teriori) erigit se tum fœtus & aspirat ad hepar & ad hypochondria: hæc quippe vtraque *cùm scateant humore: eodémque modo fortem mulieri inducet suffocationẽ.*

εὐύσης) βύθ᾽ ὅ ἔμβρυον τοῦτο ὅ τε ἧπαρ καὶ τὰ ὑποχόνδρια, ἅττ᾽ ἐκμηδέα εἰόντα· καὶ πόνος ποιῆσαι ἰσχυρὸν ἐξαπίνης.

Quum siquidem perspiratio intercipiatur quæ consueuit fieri circa ventrem. 2

Ἐπιλαμβάνεται γὰρ ἡ ἀναπνοὴ τῶν ἀμφὶ τὴν κοιλίην.

Ac tum *sermonis fandíque impotentia mulierem adoritur, ac* mulier *oculorum alba obuertit, & alia vniuersa perpetitur antè commemorata, vt quæ cùm non concepisset, passa fuerat vteri suffocationem.* 3

Καὶ αὐαυδίη ἴσχει τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ λευκὰ αὐτῆς τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τἄλλα πάσχει πάντα ὅσα τοῦ ἔμπροσθεν εἴρηται, ἕως τις ἐκύησε τὸ πρῶτον μήτρας πυγείν.

Ac simulatque fieri suffocatio incipit mulieri prægnanti, pituita tunc *etiam è capite prolabitur in hypochondria, quum nequeat* tum *corpus spiritum ducere* ac respirare. 4

Καὶ ἅμα τε ἄρχεται ἡ πνῖξις γίνεσθαι τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ γυναικὶ, καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταῤῥεῖ φλέγμα εἰς τὰ ὑποχόνδρια, οἷα τοῦ σώματος μὴ δυναμένου τὸν αἰὰ πνοὴν ἕλκειν.

Quòd si vnà fortè *cum prolapsu pituitæ fœtus ipse repetat natiuum locum, humorem multum secum euehens & à pituita pessum delatus, mulier sanescit* tum quidem. 5

Καὶ ἐὰν μὲν ἅμα τῷ φλέγματος τῇ καταλύσει ἴῃ ὅ ἔμβρυον ἐς χώρην τὸν ἑωυτοῦ, ὅλην τὴν ἰκμάδα ἑλκύσαν καὶ κατενεχθὲν ὑποτοῦ φλέγματος, ὑγιὴς γίνεται ἡ γυνή.

Excitatur attamen stridor, dum fœtus suam hanc sedem deserit; atque vt plurimùm mulieris venter tum *profusior redditur.* 6

Τρυσμὸς δὲ γίνεται λιπόντος τοῦ ἐμβρύου τὸν χῶρον τὸν ἑωυτοῦ, καὶ ἡ γαστὴρ ὑγρὴ γίνεται ὡς τὸ πλέον τῆς γυναικός.

Quòd si breui fœtus ad pristinum suum locum sese non recipiat, iam duo sunt quæ illi molestiam pariunt: pituita primùm *quæ è capite deorsum fertur, (etenim grauat & premit & insidens refrigerat) deinde & loci insolentia.* 7

Ἢν δὲ μὴ ἴῃ ὅ ἔμβρυον ἐς τάχος ἐς χῶρον τὸν ἑωυτοῦ, δύο γίνεται ἤδη τὰ πονέοντα ὅ ἔμβρυον, ὅ φλέγμα ὅ καταλυθὲν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς (βαρύνει τε γὰρ καὶ ψύχει ἐπιμένον) καὶ ἡ ἀηθίη τοῦ χωρίου.

Eique hinc *periculum imminebit, nisi quis breui quæcunque perneccessaria ad victum videbuntur, instituerit sedulò: siquidem suffocata mulier opprimatur.* 8

Καὶ κινδυνεύσει, ἢν μή τις ἐς τάχος ἐπιτηδεύσῃ διαιτήν· ἀποπνιγείη γὰρ ἂν ἡ γυνή.

Atque hæc quidem de his sic se habẽt. 9

Καὶ τὰ μὲν ἀμφὶ τούτων ὧδε ἔχει.

EXPLICATIO.

sect. 2. comment. 2.

VALDE inepta & absurda oobis etiámque nostrum cuique Hippocratis tractatio videatur quæ de affectione hysterica ioitio statim commentarij superioris instituebatur, quum inprimis à vulgari omnium Medicorum iudicio consensúque tantopere illa abhorreret, atque adeò Galeni Hippocrateæ doctrinæ assertoris acerrimi. Sed longè nunc etiam magis, vt quàm maximè aliena, admiratiooem moueat præsens Hippocratis disputatio, qua dum ille io prægnantium calamitates inquirit, has quoque ab vtero posse ratus est & quidem αὐτοσχεδίως, repentè suffocari. Mulieribus vacuis periculum suffocationis ab vtero longè verisimiliùs possit imminere, quàm iis quæ iam conceperunt vteróque gestant. Leuitas enim ab eo antea incusabatur simul cum ariditate, quarum vix alterutra ac ne vix quidem in prægnantibus vnquam comperiatur. Has attamen hæc molestia nunc adoritur & Hippocrate æquo æstimatore & iudice.

& iudice. Sic enim est ille modò locutus ex hypothesi, *ὦ δὲ πῖξ περιπέσοι ἐξαπίνης ἐχούσῃ ὑστέρῃ*, *quòd si mulieri vtero gerenti suffocatio forte incideret*. Quam quidem controuersiam is sciens omnis facillimè dirimat, qui quæ antea causæ vtero tributę sunt, nunc in fœtum simul transferet accommodatissimè. Qua namque ratione illic antea mulieres vacuas simpliciter premebat suffocatio; hîc iam vt ratione eius quod conceptum illæ ipsæ tenent, prægnantes esse dicuntur: sic etiam propter affectiuum quæ puello peculiaris nunc ab Hippocrate notatur, ad hepar ipse conscendit, & opprimendo diaphragma, suffocationis periculum creat. Expositas antè causas hoc referre loco, vt cum præsentibus sigillatim conferantur, minis molestum foret. Sed qui eas attamen priùs legerit, atque cum præsentibus acutè contulerit, comperiet sanè is omnia vtrobique similia. Per parenthesin autem causas leuitatis ab immodica exercitatione
10 prægnantis & abstinentia cibi, hîc pendere primùm lector notabis, quæ ad puellum etiam tandem pertineant. Ait enim, *γίνεται δὲ τῷ μέντοι*, & quæ sequuntur. Ex quibus consequaris facilè ab immodico primùm labore *πιμπλησθαι τὴν μήτρας*, vterum iucalescere (mulier enim per se laborat & esurit) *καὶ αἰτιᾶται, ἰκάνεται δὲ τῷ ἰσχνάδι γίνεσθαι τῇ ὑστέρῃ, καὶ ἅτε τῷ μητρίῳ κινουμένῳ τῷ παιδίῳ τὸ καρδίῃ*, & præ abstinentia cibi puellum tãmundem alimento defraudari, eodémque modò magis vacuum sic & inanem vterum reddi, propterea que opportunè magis in omnem partem posse commoueri. Quæ si vera sunt, cur non vterus (ne dicam nunc quòd puer solus) ad hepar, quod sontem esse diximus aliàs gratiosi humoris, suopte nutu feratur; imò quidni etiam trahatur? Attamen soli puello sequentia hæc verba motionem ad hepar tribuunt, *ἰσόν τὸ ὑμῖρον ἀεὶς τὸ ὕπερ καὶ ὑπογάστριον*, &c. ad quam fortis, quia forsasse eget vterque & vacuus est ex hypothesi, & ob eandem causam repentina suffocatio ex accidenti consequatur. Ad
20 isthanc (inquam) motionem vteri suffocatio sequitur, *ὑπαναβαίνουσα γὰρ ἡ ὑστέρη ἐμφὶ τὸν καυλὸν*, quia sic perspiratio quæ fieri deber duce natura deorsum versus, vbi inferior venter est, intercipitur. Quem locum vt aliquantò planiorem faciat nostra commentario, nouit omnis physicus spirandi vsum ita pernecessarium esse ad vsum vitæ, vt à sese hæc duo nunquam disiungantur integro animali & superstite. Respirationi autem multa omnis generis organa subseruiunt: Musculi omnes nẽpe laryngis tam communes quàm proprij scilicet à parte suprema; vt à lateribus vbique qui sunt totius thoracis interiores & externi (intercostales vulgò dicuntur) qui quidem pulmones cingunt, vt hi quoque cor principium vitæ vestiunt & ei pabulum subministrant. Quibus vniuersis in imo quodnam substernitur præcipuum in vocis contentione, expirationis & excretionis organum; nónne diaphragma? Hoc verò comprimit *ἀμφὶ τὸν καυλὸν* circa ventrem conscendens puer, vt dictum est. Quum siquidem eo intus protenso in o-
30 mnem partem, partes vitales ab iis natura discluserit, quas Medicorum vulgus appellat naturales. Atque ita quidem vehementer premit, scilicet eiuscemodi humorem quo reficiatur & oblectetur sitiens & concupiscens; vt quemadmodum ex sequentibus intelligetur, ad cor & caput appellere etiam nunc dicatur quodammodo. Atque sic tum *αἰωρίη ἴσχει τὸν γυναῖκα*, non solùm mulier voce priuatur, sed etiam eius opprimendi vis molestiàque ad cerebrum pertingit: vt sic eiusce labis cerebrum particeps fiat, atque ita trahatur in cõsensum. Neque enim cum Galeno opinamur vaporem efferri ab eo immoto; qui mulierem suffocet; sed quemadmodum prima senten. comment. 2. Hippocr. censuit, accidit suffocatio scilicet explicato modo. Sic igitur per sympathiam cerebrum condolens & malè affectum quum sit in hypothesi, *τὰ νευρα δι' ὑπερμεγέθη αἰσθάνηται*, neruorum propagine ordinis secundi vtrinque conuulsa albas oculorum partes mulier obuertit, *καὶ τόνια πίπτει*, aliàque succedunt hæc, nempe refrigescit, & liuescit, &
40 dentibus stridet, eriámque saliua sæpe in os quasi Epilepticorum more prorumpit. Cæterùm pro *διὰ τὴν ὑγρότητα τῆς μήτρας πτῶσιν*, vbi sensus omnis deest, si nescio quid de perflatione sit interpres alter philosophatus, legimus *διὰ τὴν ὑπνον τῆς μήτρας πτῶσιν*. Quibus significatur, quòd quoties grauidis ad hepar vterus appellet humorem sitiens & absurbens, quo puer nimirum expleatur; eis tum omnino eadem meritò accidant quæ ob easdem causas creduntur euenire mulieribus quæ nondum conceperunt. Simile enim iudicium quis non animaduertit Hippocratem habuisse de vtrisque biliosis, idem quoque non ita pridem de pituitosis? Ac eadem ei tum penitus erat vbique forma locutionis.

Καὶ ἅμα τε ἄρχεται ἡ πῖξ γίνεσθαι τῇ γυναικί] Quæ hîc quarto versu leguntur, eadem propemodum scripta sunt sententia prima comment. superioris, versu 8. nisi quòd nunc simpliciter scribitur *ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταῤῥεῖ φλέγμα ἐς τὸ ὑπογάστριον*, è capite pituitam in hypochoudria procumbere; illic autem *ἀπὸ τῆς κεφαλῆς*
50 *ἔλα πνιγμώδης*, è capite quidem, sed quasi suffocato. Vbi & quomodo dici possit caput strangulari, explicauimus. Cur verò è capite pituita in suffocatione elabitur? An (*ἔλα τῷ σώματος μὴ δεινεμένη τὸν αἰσχυνόλον ὑπνον*) quia corpus non potest foris spiritum ducere, vt hîc pro spiritu pituita sequatur? At nunc vt conscendente puello, strictè tum quoque ei connexa erat prægnantis (vt dictum est) suffocatio; sic *ἅμα τῷ φλέγματος τῇ κατωλισθάνει*, & quæ sequuntur, hac cessante causa & desinente siti & ariditate, pituita nimirum saturatus puer (aliàs autem vterus) ipse descendens iam proprias repetit sedes, ac tum *ὑγιὴς γίνεται ἡ γυνὴ*, quod dixit priùs oono versu sententoc. 2. comment. 2. *νεύσασα ἡ πῖξ*, mulier scilicet restituitur, quia desinit nimirum suffocatio, quæ tunc acerbè & crudeliter nimis eam exerçuerat.

Τρισμὸς δὲ, *stridor*] Obseruabis autem vtrobique stridorem concitari apud Hippocratem, sed illius rationem antea reddidimus. An verò is cõciatur *κινήσας τῶ ὑμῖρον τὸν χορδὸν τὸν ἐντὸς*, propterea quòd puer
60 locum deserit naturalem? Etsi verò ille societatem inierit tunc cum pepare, vt est aliàs ipse loquutus; attamen hic locus ita verè nunquam appellerur. Imò verò quòd locus minimè eiusmodi sit, celeriùs id circo puer deorsum refertur. Vnde nunc potiùs stridor concitetur quàm quum ipse modò priùs cooscendisset. Quod apertiùs & pluribus antea exposuimus. Citata verò nũc pituita & explicato modo illecta, in aluum sæpe illabitur; ob eámque causam *χωρὶς ὑγρὸν γίνεται*, liquidior venter redditur, dicebat versu 12. sentent. 2. *ἔως πρὶν ὑγρὸν χόνῃ*, quàm priùs, & quidem meritò. Hinc verò quænam venit, vt in cæteris, com-

muratio; an in aliqood periculum alteruter bioc corum coniicitur? Ην δὲ μὴ ἐν τῷ ἔμβρυον ἐν πλαγίῳ κάτω ἰοντῶ, oiſi puer brcui natale ſoluru repetat, ipſum incommoda doo (ἄλλο tandem aliquando reddidimus) circumueniunt & opprimunt. A pituita prior, vt ipſe expreſſit, iniuria infertur. Cor verò hæc puello moleſta eſſe queat, ratio vulgaris eſt, eáque expoſita ab Hippocrate. Etſi autem ſimul atque illabi pituita cœpit & ad puellum appulit, ſtatim oon fuerit illi moleſta; effecta tamen cumulatior, damnũ quoque tandem adauxit iuſta de cauſa, Ideóque non viſum eſt ei ſore ſatis ἄλλο dictiooem vſurpaſſe, niſi & moram pituitæ ſignificaſſet diuturniorem, & quidem ὑπομόνῃ permanentiᾶ adiuncto vocabulo. Ex diuturna ergo manſione pituita ſenſum inuehit grauitatis adaucta: frigidam hanc eſſe per ſe docet phyſiologia, Idque teſtatum rcliquit Hippocrates lib. de natura humana, quum ſit puer ad tempus definitum fouendus loco calidiore lib. de natura puelli. 10.

Καὶ ἡ ἀνάπαυσις χρείη] Inſolentia loci ſupereſt vt explicetur. Si ergo in hepatis vicioiam detentus vtero puer fortè rapitur, ibique manet diutiſſimè, quis oon verè αὐχῶν id fieri affirmabit, hoc eſt præter naturam? Sic enim expooendum quoodam erudiebat nos per aſſignatam à ſe comparatiooem lib. de animalium motu Ariſtoteles, vbi facta eſt comparatio ioter ciuitatrs & animantes vtraſque bene moratas.

Γινόμενον] Laboris verò cauſa eſſe queat, ſi bene conuicimus, quòd quum natura docc comprehenſus puer vtero continendus eſſet ex omni parte æqualiter, per ſe conſiſtens ſcilicet & ſuo ſe modo pro viribus ſuſtentans molliter (aliàs enim vt quum emortuus eſt, peſſum fertur) in hypotheſi, vi ſurſum trahitur, vbi appreſſus retinetur duriter & ita acerbè, vt (καὶ ἀνάπαυσιν) ei periculum inde immineat præſentiſſimum. Creatur hoc autem ex parte prægnantis, quum (ἀποπνιγμὸν γὰρ ἐν ὑγιεῖ) mulier ſic ſæpe ſuffocetur. Correctio hęc attamẽ ſtatim ſequitur ἰὼν μὲν ὀλιγοδυνίαν παρέχει διαπτύειν, niſi quis cõſultiùs & maiori de indu- 20
ſtria quæcunq; conuenire & perneceſſaria ad victum eſſe videbuntur, inſtituerit· ἐν τάχει, maturè quidem & ſine mora. Siquidem perpetuò metiri debeamus opportunitatem medendi ex periculi preſentia eiúſque magnitudine, etſi id quidem in acutis morbis potiſſimùm. Tanti namque momenti ſemper fuit inter medeodum occaſio præceps Hippocrati, vt (ἀνεχὴ δὲ ἀκαιρίαν οἱ καιροὶ) ad curandum requiſitas me- epiſt. 16.
dicamentorum vires ipſe repetat, æſtimet, pendatque ab opportunitate, in ea epiſtola quam ad Crateuam ſcripſit.

Καὶ τὰ μὲν ἀμφὶ τοῦτον ἄλλη ἴσχει] Atque hæc quidem voiuerſa modò occurrerunt incommoda quæ vulgò in grauidarum ſalutem tantiſper dum parturiunt, inuadant. Suas quoque aliquot alias ſecum vehit moleſtias ordo parturiendi, de quibus iamiam acturi proximè ſumus. 30

SENTENTIA DECIMA.

Si præterea grauidæ mulieri iam in propinquo partus ſit, vt parturiendi vrgeat dolor, nec ad multum tẽpus à puerulo mulier abſolui poſsit; is tranſuerſus ferè naſcitur, aut in pedes: longè verò præſtiterit vt in caput tamen *feratur.* 1

Ην δὲ γυναικὶ ἐὸ γαστρὶ ἐγκύσῃ ὁ χρόνος ἤδη τῆ τόκου παρῇ, καὶ ὠδῖς ἔχῃ, καὶ ὅτι πολλὸν χρόνον ἀπορυγῶν ἡ γυνὴ τὸ παιδίου μὴ οἵη τε ἦ, ὡς ὀλίγιστον ἔρχεται πλάγιον, ἢ ὅτι πόδας· χεφαλὴ δὲ ὅτι τ' κεφαλῆ χαρέϝ. 40

Quòd ſi tranſuerſus egrediatur, quod patitur mulier, *valde moleſtum eſt.* 2

Καὶ ὦ πλάγιον ἴῃ, χαλεπὸν τῇ τῆ παιδίου.

Quemadmodum etenim ſi quis immittat oſſiculum oliuæ in ampullam oris perangusti oleariam, non facile eſt, vt iſthinc *tranſuerſum eximatur; eodem planè modo parturienti graue eſt, vbi obliquè fœtus vertitur: etenim difficile* eſt ipſum *exire.* 3

Ὡς γὰρ εἴτις ἐς λήκυθον μικρόστομον πυρῆνα ἐμβάλοι, οὔτε διφυὲς ἄξῃ πλαγιάζοντ' οὕτω δὴ καὶ τῇ γυναικὶ χαλεπὸν παίδιον τὸ ἔμβρυον ἐπιδρομὴ λοξωθῆ· ἢ γὰρ χαλεπὸν ἄξῃ. 50

At etiam perdifficile ſi ipſe *decedat in pedes, ac ſæpenumero aut interierunt matres, aut pueruli, aut ambo denique.* 4

Χαλεπὸν δ' ἢ ἢν ὦ ὅτι πόδας χωρήσῃ, καὶ πολλάκις ἢ αἱ μητέρες ἀπώλοντο, ἢ τὰ παιδία, ἢ ἢν ἄμφω.

Magni hæ quoque momẽti ſunt cauſæ cur non educatur facilè puer, *ſi ipſe mortuus fuerit, aut* tanquam *apoplecticus, aut quidem duplus.* 5

Εστι δὲ καὶ τάδε μέγα αἴτιον τῦ μὴ ῥᾳδίως ἀπέναι, ὦ νεκρὸν, ἢ ἀποπληκτον, ἢ διπλόον ἢ. 60

EXPLI-

EXPLICATIO.

ΩΔΙΝΑ dixerunt Græci totum illud temporis interuallum quo parturiunt mulieres donec pariant, peculiariter tamen hîc videri possit notasse Hippocrates postremam partem eiusce spatij, proximâ nimirum editioni fœtus in lucem. Vnde quum hîc illi propositum esset calamitates ob oculos ponere quibus patent quæ vtero gerunt, ersi quæ has ordine præcedunt, nondum omnes recensuerit; expedit hinc se tamen primùm, vt quæ siot maioris fortè momenti, quia plenę laboris & cruciatus omnis generis, & multi tum præsertim periculi. Sic enim poterunt hæc vniuersa vitari. χρόνος ἤδη τῇ πόνου παρῇ, iam igitur tempus instet partus, & ita quidem instet, vt parturiendi dolores mulierem exerceant, sæuiant, nec eam vtgere cessent acerbissimè. Hoc enim sonat κρὶ ὠδῖς ἔχει. Quod fit scilicet vehementiùs sese eommonente puello & intus calcitrante. Abrumpit enim tum puer tandem membranas, & sæpe priùs cotyledonas diuellit quibus cum vtero firmissimè connexus antea rutò gestabatur. Crucietur ergo ex hypothesi parturiens crudeliter, κρὶ ὀδὶ πολὺν χρόνον, nec possit hæc tamen etiam ad multum tempus fœtu se expedire; demus qnoque si placet ex hypothesi. Grauissima hæc sanè ostenta sunt & portenta mulieri, præter naturam. Fertur enim ex Hippocraris sententia (χωρὶν δὲ ὀδὶ κεφαλὴ, εἰ κρ φύσιν ἔι) in caput pner, si modò secundum naturam prodit. Atqne in promptu causa est, eáque naturalis eodem appolita loco, βαρύτατα τὰ ἔσω (ait) ἐστὶ τὰ ἄνω ἀπὸ τῆ ὑμφαλῆ καλούμενα, quum quæ sunt grauiores in puello partes supernæ, hoc est quæ sopra vmbilicũ sunt, ex vmbilico ad amussim aut stateram potiùs, quod σπλάγχνος initio ipse dixit eomm. primi, appendantur. In medium plurimæ rationes adduci possunt aliæ, quæ huiusce fidem faciant pleoiorem. At satis abunde fuerit Hippocratis antoritas, cuius hæc alia verba transtulimus ex fine propemodum lib. eiusdem de nat. puelli. Definitum esse ibi tempus voluit omni animantium generi, in quo & parcios alimentum suppetat, & partio ioslet. Vt mulieres quæ nutrimenti miuùs quidem tum præbeant fœtui, tantò matutiùs hac ratione pariant: quæ verò plùs, longè tardiùs. Atque tune est ipse ita locutus, τὸ δὲ παιδίον, ὅταν ἀπορίηται τῆ ὑμένος, ὧν μὲ δὴ ὀπίσω ἢ ὀδὶ πω κεφαλὴ ῥητὴ, ῥηδίως γίνεται ἡ γωνή. ὧν δὲ πλάγιον ἢ ὀδὶ πόδας χωρίον (γίνεται γὰ ὕτω πολλάκις, ὧν ὕτως ἢ ῥητὴ πύλη, ῥηγμένη ἢ ὑπὸ ὑφυχωρείης τῆ μητρίου, ἢ κρὶ ὧν ἢ μήτηρ ὠὸν τῇ ὠδῖνι μὴ ἰσχάνει τὸ σῶμα) κλὼ ὕτω χωρὶν, χαλεπῶς τίκτεται ἡ γωνή. De quibus facilè intelligitur, quòd disruptis mẽbranis mulier facilè puerum edit, si in caput ipse magis incliner & propeodeat: cootrà autem si corpore obliquo (in transuersum, diceremus volentes) aut prioribus quidem pedibus exeat; difficilem partum mulier experietur, ac magno suo sæpe dermimento. Ex eodem hoc quoqne loco lector ediscet, quòd huiusmodi æger partus, à quo Latini Agrippas dictos esse rati sunt, sæpenumero accidit vel propter vteri amplitudinem, ideóque hoc incommodum nostra quidem sententia iure putetur vix posse declinari; vel quia mater ὠὸν τῇ ὠδῖνι, dum acerbissimi scilicet & extremi cruciatus parturiendo sæuinot, oullo primùm loco cooquiescat, sed modò sursum se iactet, modò deorsum; ounc in hanc partem, aliàs in illã se versct. Atque ob eas causas & varias voluratioocs sæpe fieri quidem assentietur, vt fœtus alioqui bellè proditurus & in caput duce natura; ad eos errores matris & commotiones eiusdem vniuersas frequenter obuertatur io contrariam partem. Partes has omnes contrarias appellamus, nates, vmbilicum seu ventrem, & latus vtrumqne. Discer hinc (inquam) inde lector medicus, quòd natura dictante cuique parturienti semper omnibus modis quies in posterum imperanda erit, ne partio illi sit gtauis atque damnosa. Culpam verò huius aut potiùs causam alij eriam tantùm in poerum aliàs detorqueot. Quippe qui si plus æquo fuerit imbecillis, vertere sese nequeat nec deücere in capnt; quandoquidem ad hoc etiam momentum opus esse videatur robore quodam ipsius. Attamen sponte id euenire queat, vbi omoia adhuc tenentur & reguntur solius naturæ dominatu. His tribus de causis obliquo corpore in lucem puer editur. Didicimus quoodam ex Arist. quòd quadrupedes reliquæ parere solent iacentes. Quo fit (ait ille) vt fœtus omoes (πλάγια) obliqui in lucem prodeant. Equa autem tempore emissionis aduentãte, id est partionis, recta stans partum edit. Hinc edocti porrò mooemus, ne quæ huic incommodo obnoxiæ sunt, decumbentes patiant. Sic eoim sperãdum erit, vt quum ex vmbilico propendeat fœtus σπλάγχνος, momentum fiat in gtauiorem partem, vt diximus. Est nimirum caput, vt explicarum nuper fuit: atque ita vt in lucem puer exeat in ipsum (ioquam) caput, hoc est faciliùs quàm alio vllo pacto. Χαλεπὸν γίνεται τὸ πρῆγμα, & cum summa difficultate & angustia. Id verò illustrat dilucida & populari similitudine, quæ non planiorem vllam desideret explicatioocm.

Χαλεπὸν δὲ κρὶ ὧν ὀδὶ πόδας χωρίον] Valde quoque est laborioſum, si puer io pedes, vt modò suprà dicebamus, excesserit. Imò verò cum discrimine summo coniunctum vitæ alterutrius aut vtriusque, vt est oratione sua modò complexus vtrumque Hippocrates. Libro autem de octimestri partu hãc rationem dedit, cur ἀνατρέψιτον securè magis solnuntur qui in caput quàm qui in pedes enascuntur: τὰ γὰ συγκεκοπτόμενα τῷ σώματος ὀδὶ κεφαλὴ οὔπω κινεῖται ἰόντος τ παιδίου, ἀλλὰ μᾶλλον ὅταν ὀδὶ πόδες ὀμφήκωνται γένηται, quòd corporis pneri partes quasi cereæ & flexiles. pnello foras eunti nequeant esse impedimento. Quum autem in pedes ille prodierit, obtutamenta potiùs eueniunt. Quo loco plura sunt qnę rem faciant planiorem. Sed breuitatis gtaria haud nũc referenda censuimns. Commemoratione dignum tamen videatur, quod modò prætermisimus, nimirum ideo mulierem date suũ in lucem fœtum obliquè, & fœtum sibi tum ipsi exitum præclndere, ὑόπερ φράττει τὸ παιδὸς, κρὶ ὁ ὀμφὼς ὀδὲ τὸ πρόχειρον ὀδεξίωπται, quando ipse mouetur ac connertitur, ac vmbilicus circum ceruicem eoouoloitur.

Η κρὶ ἄμφω] Huic persimilis locus est apnd Hippocrat. lib. de puelli natura. Ita ait ille, loquutus antè de puello qni obliquus nascitur, κλὼ οὕτω χωρὶν, χαλεπῶς τίκτεται ἡ γωνή. πολλὰ δὲ ἤδη ἡ αὐτὴ ἄλλοτε, ἡ τὸ παιδίον, ἡ ἄμφω αἱ μητέρες κρὶ τὸ ὠὸν αὐτῶν. Atque si fi sic egrediatur, pariet mulier cũ summo labore & difficultate. Iam verò plurimæ ex ipsis extinctæ sunt, aut etiam puelli, aut ipsæ quidem matres vnà cum fœtibus suis. Nec

in postremis habendæ videntur causæ quæ sequuntur, siquidem (τὰ μὲν πρῶτα εἰπόντα) partiooem reddãt difficiliorem, nempe si mortuus puer erit intus. aut immobilis, aut duplicatus. Hic autem operępretium foret, priusquam disputatio præsens terminetur, vt quisque secum etiam attẽtiùs ipse cogitet, quotnam formis obtrudi quidem tempestiuè in lucem puellus potest in vniuersum, dum viuus valénsque adhuc in vtero molliter iacet. Comperiet is sanè tãdem quòd aut in alterutrum extremũ ẽdatur oportet. nempe in caput aut pedes: aut in transuersum, hoc est, vti lubentius paulo nuper vertissemus de industria, in alterutrum latus. Atque postremo hoc pacto si puer stabit pro foribus vteri, exitu omnino solet prohiberi, aut quidem edi, aut veriùs extrahi, certo vtriusque eorum aut alterutrius saltem vitæ dispendio. Attamen in more positum est his ita coostitutis, vt introrsum obstetricis manu tetrudatur & obuertatur pro voto illius. Postremũ est vt in nates propellatur, aut quidem ventrem, hoc est vmbilicum. Hos duos posteriores exitus modos per διπλόον duplum significari opinamur. Tãtùm supersunt duo quæ io eodem difficultatis gradu recensuit Hippocrates, ἢ νεκρὸν ἢ ἀπόπτωτον, si mortuus puer erit aut mortuo persimilis. Vt vtrobique & sensus desideretur pueruli & motus. Quum siquidem partus is sit tum demum facilis, quum naturalis. In quo nimirum expellit quæ prægnaos est, eodémque modo ad exitum contendit puellus explicatis de caussis & modis Consentaneum sanè etiam est, vt is contra naturam ac difficilis reputetur, in quo alterutrius munus agendo desideretur. Si ergo defunctus vita puerulus erit, soli puerperę supereſt quod agat, quæque propellat ipsum sola foras. Similiter prorsus eueniet, si per aduersam fortè valetudinem, vt sæpe intus ægrotat lib. de morbo sacro, quasi omnis sensus atque motionis expers is fuerit, nec se apoplecticorum modo dimoueat nec promoueat. Hic enim, vt modò suprà, motio pueruli desideratur: quum vtriusque matris & puelli conatus ad partionem desideretur, quæ fit duce natura. Sed vtriusque horum ex vtero expellendi ratio descripta est ad extremum huius prioris libri.

SENTENTIA VNDECIMA.

Posteaquam fuerit mulier prægnans, pallida tota redditur, quia ipsius sanguis integer purúsque semper quotidie ex vniuerso corpore substillat, & ad fœtum descendit; cui etiam cedit in augmentum.

1 Ἐπὴν δὲ γαστὴρ ᾖ γυνὴ ἔχῃ, χλωρὴ γίνεται πᾶσα, ὅτι αἱ τῆς μήτρης αἱ ἄμφω φλέβες ἀεὶ καθ' ἡμέρην ἀποκενοῦνται ἐκ τοῦ σώματος, καὶ κατέρχονται ὅλαι τὸ ἔμβρυον, καὶ αὔξη οἱ γίνεται.

Eóque pacto sanguine imminuto in mulieris corpore, necesse est eam pallidam reddi, ac concupiscere inusitatos semper cibos, atque sanguinea in ventrem subire.

2 Καὶ ἐλαττουμένου τοῦ αἵματος ἐόντος ἐν τῷ σώματι ἀνάγκη ἐστὶ χλωρὴν γενέσθαι, καὶ ἐπιθυμέειν ἀεὶ ξυνήθεα βρωμάτων, καὶ ὅτι χυλοὺς αἱματώδεας ἐσιέναι.

Porrò imbecillior illa redditur, quia sic sanguis deficit & minuitur.

3 Καὶ ἀσθενεστέρη γίνεται, ὅτι τὸ αἷμα μινύθει.

EXPLICATIO.

Etsi commentarij huius initio cooceptis verbis suum sermooem Hippocrates instituerit ἀμφὶ γυναικείων, &c. de morbis grauidarum, hęc, quæ tamen irrepsisse nunc possint videri in eius oratiooem, veriùs inter sympromata quàm inter morbos haberi debent. Sunt nempe pallor & frequens spiritus. Illi quidem coonexa esse quædam alia obseruabis aut saltem consequeotia: hic autem etsi perpetuò est eiusmodi, quum instat attamen partus, tunc maximè frequens apparet. Ergo priùs dicẽdum de pallore, sed ducto hoc priùs axiomate ex priori parte secundi versus, Καὶ ἐλαττουμένου τοῦ αἵματος ἐόντος. Quotiescunque nimirum in humano corpore, nedum muliebri, sanguis minuitur, necesse est hominem pallescere. Si enim suffusione sanguinis tosci, cutis bene coloratur: cur hæc in eiosdem ipsius paupertate genuinum & proprium colorem retinebit? Atqui nunc Hippocrate authore mulieri vtero gerenti sanguis isque puritimus ab extimo corpore καταίρεται ὅλαι τὸ ἔμβρυον, quod in fragmento de Virginalibus, αἷμα καθαρὸν ὀλιγίστου δεῖται καὶ πάνυ αὔξεται τῷ σώματι, aut potiùs, vt lib. de nat. puelli, ἥδιστον quod est in sanguine γλυκύτατον dulcissimum, hoc idem ounc ἀκραφνὲς appellauit. Sed ad attractionem sanguinis, suopte nutu descensus eiusdem ipsius facilè sequitur. Sensim (inquam) labitur aut potiùs trahitur, quemadmodum etiam demõstrauimus senten. 1. huius comment. introrsum oempe in nutritionem & augmentũ fœtus. Quidni nunc ergo sic mulier iure pallescat? Legite, si placet, commentarium ad senten. 1. comm. huius. Palloris autem huius causæ nostra quidem sententia pro temporum gestationis varietate, variæ poterunt signari hoc modo: Vt principio ferè dum mulierculæ cibum auersantur, & illarum fœtuúmque, etsi sic horum perpusillum, corpus outrirur portiooe sanguinis purioris absumpta in outrimentum vtrorumque, adeóque fœtus incrementum; rubens qui tunc inerat color natiuus, iure minuatur. Affecta porrò

cta porrò & longiùs geſtatione progreſſa, quum grandiores ſcilicet euadant & abſorbeant ſanguinis copiam multò maiorem; eueniat ſimiliter meritò vt ipſæ colore fœdentur & magis palleſcant, etiámque macreſcant. Quippe cùm ſanguinis preſentia rubeſcat illarum cutis & efflóreſcat conſimilis vbique locorum ferè apud Hippocratem. Pars altera huius ſecundi verſus eſt de deſiderio & apperitu rerum alienarum. Neque enim non exiſtimamus βρώματα latiùs patere Græcis quàm σῖτος. At etiam quid ἰμείρεσθαι, antea explicuimus, & eius cauſas. Ad quas attamen hæc quoque, ſi placet, iungatur, καὶ ὅτι κακίλλει αἷματός ἐστιν, quòd quæ pars eſt in ſanguine purior, in ventrem intromittatur, illecta. Quid enim ex eo reliquum eſſe poteſt, niſi quod cieat & faciat aliena concupiſcere? Malaciam hanc tamen geſtationis principio frequentiùs accidere antea expoſuimus. Præterea quod hîc extremum eſt, notatu & memoria dignißimum iudicamus, καὶ ἀσθενέστερα γίνεται, ὅτι τὸ αἷμα μινύθει, quòd debilior ſit tandem mulier, quoniam, qua ratione diximus, in hypotheſi ſanguis minuitur. An verò in concretione huius copiáque ex Hippocratis ſententia eiúſque ſchola; an potiùs in partibus ſolidis virium conſiſtit robur? In his ſanè quidem poſitæ ſunt vires natiui caloris, quas tamen fouet ſuſtétátque ſanguis, qui venis vtriſque & venulis continetur duce natura. Sed hæc ad phyſiologiam releganda opinamur. Cæterùm vt pro κραδία dicta nunc fuit καρδία κατ' ἀφαίρεσιν figuram quæ Grammaticis trállatio aut commutatio potiùs loci literæ vnius eſt, ſic pro αἰπόπους, qui propriè monſtroſo & prodigioſo partu fœtus editus eſt, dictus etiam nunc putetur αἰπόπους, vt littera ex vna ſyllaba in locum alterius tranſiliat eodem modo. Atque tum latiùs hæc dictio patebit longè, quoniam ad id protẽdatur quiduis quod eſt inuſitatum inauditúmque, diuerſum denique & abhorrens ab vſu communi. Non hîc enim, vt alij, appellari ſimpliciter volumus alienos cibos qui ſint de menſa aliorum, vt Terentius in Eunucho act. 2. ſcen. 2. Nec aſſentiemur Galeno αἰπόπους dicenti ἀπορίας καὶ ἄγνωστον, partum obſcurum & ignotum, qui fortaſſe non certo cuiquam viro tribui poſſit. Veriùs αἰπόπους expoſuit ἐξωπαχύνον Erotianus. Vt quemadmodum iam expoſuimus, cibos intelligamus diuerſos, non vſque adeò vſitatos, ſed abhorrentes ab vſu communi.

6. Epidem. ſect. 2.

SENTENTIA DVODECIMA.

Φημὶ δὲ γυναῖκα, ἣν ὀδίτιξῃ, πολλὰ πνεῦμα πυκνὸν ἀφιέναι.	*Mulierem porrò prædicamus, ſi propinqua partui fuerit, frequentem ſpiritum crebrò emittere.*
Καὶ ἢν ἡ κάθαρσις ἄρχηται, ἡ κοιλίη πλήρης ἐστὶ, καὶ θέρμη πιέζομένη.	*Etiam ſi purgatio* lochialis *incipiat, venter plenus eſt & calore opprimitur.*
Μάλιστα δ' ἀναπνέει πυκνὸν, ἐπὴν τόκου πλήθῃ.	*Ac tum crebrò reſpirat* quidem *potiſſimùm, quando partus inſtat.*
Καὶ τὴν ὀσφὺν τότε μάλιστα πονέεται· θλᾶται γὰρ καὶ ἡ ὀσφὺς ὑπὸ τῶ ἐμβρύου.	*Etiámque tunc maximè angitur lumborum dolore; quum ſiquidem collidantur lumbi* calcitrante *puello.*
Καρδιώσσῃ δὲ ἐν τῷ μεταξὺ σύμπαντι χρόνῳ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, ἅτε τῆς κοιλίης περιειλουμένης ἀμφὶ τὸ ἔμβρυον, μάλιστα δὲ τῆς ὑστέρης.	*Atque eo toto temporis ſpatio ſtomachus dolet ex interuallis, quippe cùm venter ac præſertim vterus vndique fœtum cingat,* eum *circumplexus.*

EXPLICATIO.

NON nos hoc iam dicere pudebit, priuſquam quomodo πνεῦμα πυκνὸν ἀφίῃ, parturiens mulier crebrò ſpiritum emittat, & ſolitò frequẽtiùs reſpiret, explicemus, quòd quæ hîc varia lectio comperta eſt, variè animum affecit & quaſi perculit. Namque in editione vulgari ſcriptum inprimis videbamus ὀδυνᾷ, ſocus deinde Cornarius interpres legebat ὀδίτιξῃ, & longè quidem veriſimiliùs. Ac tum in mẽtem ſubiit, quod nullus interpretum animaduerterat, Ionicè ὀδίτιξῃ idem eſſe quod ὀδίνῃσι. Vt quum pro ſuo nunc inſtituto in vniuerſas grauidarum affectiones inquirat Hippocrates, ac tãdem partus inſtet & appropinquet ex hypotheſi, (hoc enim eſt ὀδίτιξῃ) tunc temporis mulier ferè parturiens crebrò ſpiret & ſpiritum veriùs emittat. Quum ſiquidem omnia plena æſtuantiáque iuſtè mox proponẽtur, & rei eiuſdem emiſſio quæ premit, in propinquo ſit, eíque tamen nondum pateat via foras. Quidnam mulieri huic paupellæ & ita oppreſſæ reliquum eſt, niſi vt pro onere ſpiritum frequenter ducat & crebrò emittat? Eſt quod etiam premat magis, ac in ipſo articulo parturientem ita opprimat, vt κάθαρσις ἄρχηται, iam excludi incipiant puerperia, ſiquidem mulier rumpi nequeat per ſuperiora. Atque dum ad excluſionem eius quod comprehenſum intus tenetur, duo mulierem vrgeant pertinaciſſimè (ἡ κοιλίη πλήρης ἐστὶ καὶ θέρμη πιεζομένη) aluus oppleta nempe grandiore puello, ac ſanguinis concitatus calor eodem ipſo tripudiante & contentiùs effringente fores, μάλιστα δ' ἀναπνέει πυκνὸν, maximè tum crebrò ſpiritum ducat, ſcilicet vbique adaucto calore, ideóque & reſpirationis vſu geminato. Neque enim quando Hippocrates voluit

ad ioſtam magnitudinem venienti poello alimentum copioſius ſoppeditari, ſpiritum excludi voluit, qui ſatis eſſe tum nequeat vtrique refrigerando outriendóque; oppreſſis nimiùm ſcilicet maternis pulmonibus propter ingentem & ioſolitam puelli molem. Sic iuſtis de cauſis illi breuior ſpiratio loogè reddetur, ἐντὸς τόκου πυέλῳ, in ipſo partionis articulo. Ac tum etiam τὸν ὀσφὺν τότε μάλιστα πονέεται, maximè laborat è lumbis. Quia vt ſtrictiſſimè iis ſecundæ colligatæ tenentur, ſic vehementiùs & dolentiùs ab iiſce ſoluantor & abrumpantur neceſſe omnino fuit. Σπεύδει οὖν πλείω ζῳὸν τῆς ἀφορούσης τὸ ἔμβρυον, ἀσπαρίζον ῥήγνυσι τοὺς ὑμένας, καὶ λυθὲν τῆ ἀσφύϊ χωρέει ἐμοῦ ἔξω. Quærtans igitur alimentum amplius ſeſe iactando calcitrandóque membranas abtumpit, & ſoloris vinculis confeſtim foras prodit. Ergo non ſolùm cootundun- tur, ſed φλᾶσθαι quod Ionicum eſt, ſeu θλᾶσθαι commone, diuelluntur lumbi lacerantúrque ſcilicet contentioone puelli ad exitum. Suæ verò contentionis & huius incœpti ſigna, ad partes ſupernas edebat puer per explicatam ouper crebram ſpitationem: nunc quoque adſunt ad poſticas partes (ὀσφὺς) ſcilicet lumbos, dicta de cauſa. Ad ſuperiores quoque pertinet quòd καρδιώσσει, dolet quoque illi ſtomachus, qoia poelli pedibus colliditur. Noo hîc enim καρδιώσσειν, hoc vſurpari verbum exiſtimamus ob morſom oris ventriculi, ſed esplicato modo.

Ἐν τῷ μεταξὺ σύματος χρόνῳ] Hoc eſt, ab initio parturitionis ad partum vſqoe, quanquam ἀμφὶ καὶ ἀμφὶ, noo cootinẽter quidem, ſed alias aliáſque pro varia ſcilicet verſus ſuperiora puelli calcitratione. Verù m ſumos ipſi memores quòd dum quiddam cootentum veſica vehemeoter nititur excludere, aut vterus, atque adeò etiam ventet; ad id ea pars omnis contendit ἀνατεινομένης circumptemendo. Atque id facit ioptimis deſuper per latiſſimum fortémque muſculum, diaphragma: vt à parte poſtica, per muſculos lombares: & ab antica, etiámque lateribus per epigaſtrij muſculos quotquot ſuot omnes. Namque quem fœtum arctiſſimè vterus ventérque cootinoit vi propria ad tempus definitom, (tantiſper autem arctus concluſuſque vterus erat ex omni parte, ideóque hîc additum fuit ab Hippocrate, μάλιστα δὲ τῆς ὑστέρης ἀνατεινομένης ἀμφὶ τὸ ἔμβρυον) periſtaltica vi quoque ſua aut potiùs commotiooe eundem ipſum opportunè excludit eadem circumpremeute. Sed aperto tamen ptiùs ſecundum naturam vteri oſcillo, & quidem tempeſtiuè. Ita enim otificio ventriculi accidit aliás ad pilorum diducto, cibiſque oon ſolùm mintificatis, ſed coococtis perfectè, eidem pateſacto. Alioqui quantumuis depreſſus protruſúſque fuerit puer, nunquam excluderetur. At ſuot definitæ motiones ac munera naturæ auctore Galeno, itémque ad finem lib. de nat. puelli apud Hippocrat. quo loco de tempore partionis agitur. Hæc ſi apertiora poſtulas, igoorans quonam modo munus ſuum ventriculus perficiat, aut vterus quidem onus ſuum excludat; ediſcas facilè (licet) ex ſcriptis Galeni lib. 3. de nat. facult. cap. 4.

cap. 11. lib. 1. de diebus crit. & cap. 10. lib. 3. de crisibus.

SENTENTIA DECIMATERTIA.

Si eius quæ peperit vterus flatu turgeſcat, ouis obruendum erit iecur aut caprę, cineribus; ac inde percoquere & in cibum ſumere oportebit; *ac vinum vetus (modò nihil obſit) meracius* eam *ebibere per quatuor dies*, maximè *ſi paulò longiùs abſit à partu.*

Καὶ ἢν τοκὺσης ὑστέρη ἐξαπεμφθῇ, ἧπαρ ὄϊος ἢ αἰγὸς ἐς τέφρην κρύψας, ἔπειτα ἑψῆσαι, καὶ λαμβάνειν, καὶ οἶνον (ἢν μή τι κωλύῃ) πίνειν ζωρότερον παλαιὸν, ἐπὶ τέσσαρας ἡμέρας, ἢν πορρωτέρω ᾖ ἀπὸ τοῦ τόκου.

Si autem ad partes quæ inter iſchium & lumbos interiacẽt, dolorem ipſa perſentiat, aniſum & cuminum bibat Æthiopicum, & aqua calente ſe lauet.

Ἢν δὲ ἕδρης ἰσχύς λάζηται, ἄνησον καὶ κύμινον Αἰθιοπικὸν πινέτω, καὶ τῷ θερμῷ λουέσθω.

Quòd ſi eam *prehendat aſthma, ſulphur inſtar fabæ ſit, & compar* huic *cardamomi modus & rutæ, & cumini Æthiopici: hæc poſtquam contrieris, & vino dilueris,* puerperæ *bibendum exhibeto ieiunæ: & cibos vitet frequentiores.*

Ἢν δὲ ἆσθμα λάζηται, θεῖον ὅσον κύαμον, καὶ καρδαμώμου ἴσον, καὶ πηγάνου, καὶ κυμίνου Αἰθιοπικοῦ, ζώντα τρίψας, καὶ διεὶς οἴνῳ, δίδου πιεῖν πρῶτ· καὶ σιτίων ἀπεχέσθω πυκνά.

EXPLICATIO.

lib. 6. de hiſt. anim. cap. 18.

Aliud eſt & hoc ſymptoma quod afficir puerperas. De quo quum tam breuiter dictum ſit, hoc etiam ſoſpicamur in orationem Hippocratis irrepſiſſe. Cæterùm Ariſtoteli, Gaza interprete, ἐξαγριοῦσθαι euẽtari eſt, quod cadit io equas quom quidem equiunt, hoc eſt libidine ſua percitæ in omnem partem curſitant, & quoquo verſom curreodo concipioot. Locum legite. At id autem an fit, quia amor & libido (vt Horatius loqnitur) ſæuit circa iecur vlceroſum, ſedémque habet in eo, an hac (inquam) ratione à

tione à iecore nonc quoque remedium peti oportuit? Si ipſum ſedes eſt omnis libidinis & facultatis, qua cuiuſque generis voluptates quiſque appetit; an illius ſic affecti ſympathia vterus commoueatur, vt frenum vtriqoe eorũ eodem hoc alexiterio, id eſt iecore ſic præparato & adusto, iniici poſſe quis putet, Hippocratis motus conſilio? Nuper quidem io hyſterica ſuffocatione ad hepar vterus conſcendebat, atque ex eo humorẽ hauriebat benignum, ac ſeſe explebat; quum in humano corpore iecur perennis fons ſit gratioſi humoris. Nunc verò omnia ſunt vbique diſſimilia. Siquidem iecur vtrumque cioeribus ſic obruendum exiccandúmque ptiuſquam aſſumatur & vſurpetur in vſum. Paracelſitis ſplen bouis totos ſeptem dies in aqua vini infuſus exprimitur (extractum hoc ipſi vocitãt) muliebri ſiſtendo feliciter profluuio. Vbi magma ferè quidem totum abiicitur: nunc cõtrà qoęritur & ad vſus valde diſſimiles. Atque hîc etiã licet demirari cur & quonam modo Natura quæ nunquam aberrat, oec quicquam fruſtra facit, genera nunc diſtinxerit, dum iobet ouiculæ iecur vſurpandum eſſe, non arietis; cúrque potiùs etiã capræ quàm birci iecur imperarit mulierculis. Ne quis nimirũ τὸ αἰὼ hîc intelligat, hoc eſt in gen. maſ. cum Anſtot. lib. de generat. animal. aur capram pro hirco intelligi hoc quoque loco poſſe, parum veriſimiliter opinetur. Volunt alij vterum ἐξαιμώδεσθαι diſtendi flatulento ſpiritu ex reſolotiooe humoris pituitoſi, cuius impuritate puerperia in vitio ſiot ex hypotheſi, quom citca locos ſcilicet ſtabuleotur & exitum non habeant. Vnde etiam ſymptomatum acceſſiooe plures puerperæ tandem intra quadrageſimum quiotũ diem interieruut. Sed illi perperam ſanè, quum de ſymptomatis quæ ad pituitam vulgò ſequi ſolẽt, actũ ſit ſuo loco. Expoſitio hæc quoque alia eſt, quæ acumẽ maius fortaſſe, quàm illæ, habeat. Si cui attamen non arridebit, nouam excogitare licet vel longè magis veriſimilem. Senſus verò huius eſt ex ſententia Calui, quòd vterus refrigeratur perflatúrqoe. Ad αὖραν flatum ſcilicet ipſe attendit, qui fetè frigidus eſt. Atque ita ſe res habet, quòd ſi recèns enixæ vterus refrigeretur, aut in eũ aliquis flatus appellat & intromittatur; huius vi ſæpenumero diſtenditur etiã tantopete; vt in maiorem longè molem ipſe tuoc aſſurgat quàm poſtremis etiam grauiditatis diebus. Quod cooſobrinæ cuidam ante annos viginti vidimus contigiſſe. Quum hæc enim horis tantummodo duabus à partu rixas apud ſe audiret, quas verbo & clamore non poſſet compooere, confeſtim ſurrexit è lecto, & aliquantiſper ad cœnaculi gradus conſiſtẽs & clamitans, quiddam frigoris in ſinum pudoris ſubire perſenſit, & exhorruit. Hioc vterus qoidem cœpit tumere & ita diſtendi quidem, vt quæque obſtetricum & matronarum affirmarẽt ventrem ſuperiore multò grandiorem euaſiſſe Illi medicinam fecerunt Ioan. Gorræus & Nicolaus Magnus, viri docti & percelebres, foru hyſterico & admota pelle recèns mactatę ouis vnàque vino meraciori. Qua io re Hippocratis conſilium ſuut ſecuti. Is enim hîc vini propinat quiddam, eiúſque ζωτικόν, hoc eſt viuifici; neque eius infringi vires permixtione aquæ voluit, nec niſi calidius, quia vetus, ebibi. Atque ea cõditiooe, vt nihil prohibeat, nec eius vſum dehorretur. Eiuſmodi autem ſunt iocẽdium maius aliquod, aut febris vebemens, ingénſque ſitis, aut acerbus capitis dolor, aut quis affectus cõſimilis alius. Ac iſthæc præſtari per totũ quatriduum voluit aduerſus cõtumaciam fortaſſe affectus præootati, aut ſummam partis infirmitatem. Maximè verò ſi vetuſtatem morbus acceperit, aor ſi longo poſt partionem tempore iſthæc remedia adhibeantur. In prauum enim alioqui affectio ioduruit, quæ ſic iouaſit ex hypotheſi.

Ἢ δὲ καὶ ἔξω ἀέρος] Alterum mulicbris affectionis geous modò ſequitur, alterutrius ſcilicet inanis partis dolor. Cui leniendo quum aniſum impetet Hippocrates, ſuſpicionem adaugere meritò queat videri ioterpretationis quorundam de flatuum copia cõceptæ. Cuminum voluit nuoc etiam vſurpari in euodem ſcopum, quemadmodum & hoc eodẽ ex ouo ſorbili pectoris dolorem demulcebat ſeptimo Epid. Sed vtrumque hoc remediom leuat dolorem Hippocrati. Imò verò Hippocraris authoritati multa, vt debuerat, perpetuò tribuit Dioſcorides. Libtum ipſe legerat Hippocratis de humoribus, vt apertè patebit legẽti cap. 69. lib. 3. Eo ſiquidem capite memnit Dioſcotides cuminum Æthiopicum Hippocratem regium appellaſſe.

Καὶ πρὸς ἔκρυσιν κοιλίου, &c. ſe lauet aqua calida] Poſiti nuper doloris ſecuodum remediom eſt lotio. Quam an ad totum corpus, ſicut nonnulli cenſueruut, aut ad partem dolentem debeas adhibere tantùm, iuxta apb. 22. lib. 5. facilè iu dices ex ſequentibus. De fotu enim poſtea & balneo agetur ab Hippocrate. Siquidem febris interdicat vſum balnei, vt ſtatim ſequetur. Illius tamen vicem ſupplete fotus poſſit ad partes inanes, ad lumbos aut alias dolentes partes. Cardamomo caret noſtra ætas legitimo. Ac conuehere ad nos deſiẽte mercatores vnà cum atomatis, vt ipſi olim conſueuerãt, è Syria & Ægypto. Illud porrò multos affectus oppugnat Dioſcoridi, & quidem tuſſes. Ac ſi ſolo ſuffitu partus uecat, minùs mirum videatur, ſi facit ad aſthma hoc loco, qui teuera muliebris affectus eſt. Siquidẽ ab vtero ortum habeat. Commiſcet cardamomum, tutam, cumiuum cum ſulphute, quæ omnia hyſterica ſunt. Sed compouẽdi modum vtendique repetas hîc licet es Hippocrate. An verò ea ratiooe tuta admiſceatur, quia prodeſt aduerſus pectoris laterúmque dolores, difficultatem ſpirandi & quidem tuſſes: An potiùs quia genituram extinguit & Veneris appetitum coercer lib. 8. de ſimpl. apud Gal. lector iudicabis. Imò verò coli & vteri eodem authore diſcutit inflationes. Atque ſuppoſita iniectáque liberat mulietes vteri ſtrangulatu. Diuturnus medendi vſus tes multas notauit in omni Medicotum ſchola. Ad nos fluxiſſe ex præceptis Atabum multi perſuaſum habent aduerſus aſthma, ſulphuris vſum. Namque (τῷ ἄσθματι λέγοντι, ſi aſthma præbendat) pro vario admiſſi flatus in banc vel illam partem impetu modò ad ἀναπνοὰς, aliàs ad pectus ſui indicia ipſe dabit, & eam omnem exercebit dolenter. Nec ſanè ſine iniuria ſibi id ipſum vendicant nimis impudenter inter recentiores omnium poſtremi Paracelſitæ, veteris omnis philoſophiæ tudes. Nec ſulphuris flores quos Kebur dicunt, ad aſthma ſolum vſurpant, ſed ad quemuis affectum traducũt pulmonis, eiuſce patris balſamum eſſe rati. Sic enim illi vulgò loqountur, ita affectionis cuiuſque quæ in pulmonem cadit, vti diximus, certum, ratum, firmúmque præſidium & exploratũ eſſe, habẽt perſuaſiſſi-

mum, Illis verò longè plurimùm præluxit omnibus diuinus Hippocrates. Quem si imitabuntur & resipiscent, cùm medendo, tum philosophando; nunquam peccent in artem nec ægrotantium salutem, vti miserrimè solent. Sed à cibo sese vt puerpera contineat, sibique temperet frequenter, cur præceptum hic esse voluit Hippocrates, suspicari aliod non possumus, quàm vt esset agentis medicamenti quædam vicissitudo, & cibi patientis. Nisi istud πολλάκις sæpenumero velis coniungi cum periodo consequente.

SENTENTIA DECIMATERTIA.

Si in partu purgatio fiat liberalis, vterus contrahitur, simúlque cum vesica etiam intestinum rectum : *atque tunc ventris onus non retinent* puerperæ, *vt nec vrinã; quinimo prodeũt ista* quidem.

1 Ην δὲ τὸκῳ κάθαρσις ἴῃ πολλὴ, ἡ ὑστέρη ξυνέλκεται, καὶ ἡ κύστις, καὶ ἔντερον, καὶ ὅτε ὃ κόπριον κατέχουσι καὶ ὃ ὄγκος, παρίενται δέ.

Quibus de causis oua sorbere iubeto, & panem cineritium edere, quæque scripta sunt reliqua.

2 Ωὰ οὖν ῥοφῆν δίδου, καὶ ἄρτον ἐγχρυφίου ϕώγειν, καὶ ἄλλα λοιπὰ γίγραπται.

EXPLICATIO.

REPETENDVM censemus ex anatome, vt & ex antedictis statuendum est, magnum vteri consensum cũ vesica & intestino recto. Siquidem vterus inter vtrumque situs iacet duce eadémque formatrice natura. Præterquam quòd autem trium istorum vicinia patens est & aperta, summam eorum commoninnem per vasa, huius libri initio superiùs demonstrauit Hippocratis oratio, in qua scriptum est καὶ ὧδε καταῤῥαχῇ τῷ σώματος τὰ πλησίοντα, &c. Quòd si cumulatè ac cum impetu purgatio procedet lochialis, quę sunt corporis vicinæ partes, maximè verò vẽtris & mammarum, cũsertim vacuantur. Quin etiam vacuatur & corpus reliquum. Vide quid apbor. 34. qui fortè secus quàm ex Galeni sententia exponendos est. Vide quid item Hippocrates sympathiæ ùs partibus intercedere existimarit aph. 58. lib. 5. Ergo quum persistat Hippocrates in ùs describendis quæ puerperis solent euenire, vbi vix dum scilicet adhuc perfecta partio est; ex hac hypothesi intelligetur, quòd si tam multa & frequens purgatio tunc est assiduáque, vt nullus euacuandi finis coosequatur, magnopere verendum quidem sit, oe omnis circumiectarum partium vis retinendi penitus deleatur. Interest enim colligatus vterus, vt diximus, inter vtrumque vtriusque excremeoti conceptaculum. Cæterum συνίκτησι retinuimus, quòd cõtrahatur vterus, ex profluuio cõcidens in hypothesi. Caluus ξυνέλκεται legit, quasi vterus vlceretur. At de vlcere partis huius suo loco latissimè. Quum autem vnluit (ὠὰ οὖν ῥοφῆν δίδου: quanquam & Caluus interpres non οὖν, sed καὶ ῥοφῶν reddiderit ita Inquuntus, *oua cum rhoe Syriaco fumachióve*) seruari diætã in qua mulier oua absorbeat & cineritium panem edat, ei iossit parcè vjuẽdum esse & tenuiter. Quum enim cnctionis discrepent gradu inter se oua lib. 3. de fac. aliment. apud Galen. ῥοφητὰ sorbilia minùs nutriuot quàm ϕωτὰ tremula quæ ad nutriendum omnibus præstant. ὠὰ verò quæ cncta sunt valde, vt ad coquendum perdifficilia sunt, ita crassiusculum creant alimentum corpori. Aliquid tamen robustum tribuit voluctum omnium oois lib. 2. de diæta Hippocrates. Vt & ipsi alunt & inflant. Vtriusque rationem Hippocrates reddidit eodem loco. Idem qnoque iudicium estn de paoum cnctioois modis apud Hippocratẽ eodem libro. Clibano enim panes decocti & οἱ ἐγχρυφίαι qui sub cinere, ξηρότατοι, οἱ δὲ ἧσσον τοῦ ἄρτου, hi quidem propter cinerem : illi verò per testam priuati sun humore redduntur siccissimi. Ἄρτοι ἐγχρυφίαι ita definit Erotianus etymologus, παρὰ Ἀθηναίοις οὕτως ὀνομάζεται ὁ σπυρὸς ὄψημος ἐκ τῆ φοινίκων καταφῦς, &c. quòd panis cineritius sic dicatur ab Atticis, quia componatur ex dactylis pioguibus, & farina, quæ excipiatur aqua. Verisimile autem est mihi (ait) appellare qui sub cioere cãlente recondítus asseruat; eúmque ipsum πῦρτον (quæ dictio vernacula oobis est & potissimùm Picardis) appellant.

SENTENTIA DECIMAQVARTA.

Quòd si mulier *dum est in partu, sicca est & humectatur ægrè, oleum bibere* profuerit, *& oleo locos perfundere, ac calenti decocto maluæ : liquidiori cerato oblinere, etiámque infuso anserino adipe cum oleo.*

1 Ην δὲ ὸ τόκῳ οὖσα ξηρὴ ἧ καὶ δύσικμος, ἔλαιον πίνειν, καὶ καταιονᾶν τὰ χοεῖα ἔλαιον, θερμὸν μαλάχης ὕδωρ, κηρωτῇ ὑγρῇ ἀλοιφεῖν, καὶ ἔγχυσιν χλιὼς ὄγδοα ξὺν ἐλαίῳ.

EXPLI.

EXPLICATIO.

QVÆ (noſtro quidem iudicio) pariunt aut vixdum defunctæ ſunt pariendi labore mulieres, dicũtur ἐν τόκῳ εἶναι, in partu eſſe. Ergo quum ſit adhuc Hippocrates in iis deſcribendis, quæ parturientibus aut puerperis potiùs accidunt, diſcere hinc licet, ſiccum oonnunquam partum eſſe, vt humidiorem aliàs. Videbis autem num quia præmittunt nonnullæ locbia ante fœtum (nam οὐλότατα ἔκκρισις hac ratioone ſiccam parturiginem vocauit Hippocrates, καὶ ὀδυνηρὸν; & laboriоſam) quemadmodum qoibus ante fœtum lochia non prodeunt, ἔξω ἀκαμάτου ἐν τῷ τόκῳ, labore partus non ægrè defungu otur. Sic quanti momenti eſſe queat humor, quidque ferat opis parturientibus, nedum ipſiſmet in eo conatu quæ partum edunt, manifeſtum redditur. Cuius defectum humoris tunc ſupplebis arte Hippocratea. Interea attamen ootato noo fuiſſe ſatis Hipp. per dictinoem ξηρὸν partus dixiſſe ſiccitatẽ, niſi ſummã humectationis ſignaſſet difficultatem alterius dictioois διάτμησις adiectione. Longè porrò magis relaxantur quæ humecta ſunt quàm quæ arida. Ratio humectandi potione olei primùm aliuo nunc quæritur & procutatur, quæ tandem ſui humoris participem vterum facit. Nimirum propter ſummam quæ illi intereſt cum eo viciniam & commuoionem. Hanc anatome ſatis demonſtrat, quæque etiam nuperrimè repetebantur ab interpretatione loci cuinſdam, in quo huius libri principio vicinia partium qnæ vtero circumiacent, ampliſſimè declarabatur. Olei commuois loco nunc noſtrates ſuccum ant oleum exprimunt ex amygdalis dulcibus ſine ignea vi. Deinde humectantur quoque loci muliebres per admota, atque etiam modis pluribus aliis: Oleo ſimplici illito, aliàs decocto maluæ per ſorum, vt nonnunquam humidiori cerato. Liquidum verò nominatim (credimus) imperauit ceratum, quò penitiùs illud ſubire poſſit. Atque io eam rem duplo plus olei quàm ceræ iuſſit accipi & commiſceri. Quæ vniuerſa ſi minùs profuerint, adeps anſerinus diffuſus oleo muliebres locos magis emolliet humectabítque, quippe quum oec ipſe concreſcat nec indureſcat vnquam. πιμελὴ idem quod πιμελὼ eſſe opinamur Græcis. Adipem reddidimus, eúmque à ſæuo diſcrepare animaduertimus cum Ariſtotele in hiſtoria quam ſcripſit de animalibus. Confudit attamen ea Plinius quum incertus ſertut in reddenda eadem explicandàque Ariſtotelis ſententia. πιμελὼ Ariſtoteles vocauit pingue. στέαρ initio eſſe adipem exiſtimauit, vt poſtea piogue idem ipſe reddidit. πιμελὼ qnod in aliquo pingue ineſt, tandem etiam pro adipe vſurpauit, quemadmodum στέαρ pro ſeuo, quo loco ſcilicet mentionem fecit de cornigeris animantibus, quæ vna parte deotatæ ſunt, & quæ ſeuo pingoeſcant, vt adipe reliqua. Sed quare oouæ nuptæ intrantes eriamoum ſolenne habebant poſtes eo ioungere, vt idem ipſe voluit, ſi poſſet hoc loco honeſtè explicari, hoc perdignum inueſtigatione nos conſecuri, noſtram libentes ſententiam diceremus. Religioſus (ait) apud antiquos fuillus fuit. Sed quod illis imboti poſtes adipe ſignificarunt, Romani id fortè vſurparuot olim, vt erant delicatuli. Quibus quum anſeres (hac fortè de cauſa) eſſent in deliciis, (altiles enim ſaginatóſque expetebant) dobitari iure poteſt; an vt nunc Hippocrates in tem muliebrem, in eundem illi ſcopum adipem vſurparint. Anſeris mednlla molliſſima tes eſt, ac tenerrimis pulpis etiam tenerior. Apud Catullum, Anſeris medullula. At ſunt hæc extra rem, quamuis muliebria. Cæterùm ἔλαιον, non ἔλαιον oleum, ſed στέαρ adipem cum Galen. in lexico Hippocratis viſum nobis eſt longè accommodatiùs reddidiſſe.

lib. de exciſione fœtus.

cap. 7. lib. 3. Plin. cap. 37. lib. 11.

cap. 9. lib. 28. Plinius.

SENTENTIA DECIMAQVINTA.

Ην δὲ μὴ δυνατὸν ᾖ ἐπιθυμίαν ποιῆσαι, ἢ κύμινον, ἢ πίτυος φλοιόν. 1

Sin autem parere ipſa *nequeat, reſinam ſuffito, aut cuminum, aut* quidém *corticem pini.*

EXPLICATIO.

ETIAM QVE in partu eſſe mulieres poſſunt dici quæ parturiunt, vt dictum eſt nuper. Hæc aotem parturigo quum diuturnior paulò eſt (id verò pudendorum ſiccitate ferè detegitur) remediis ſuperioribus quæ vniuerſa emolliunt, quia humectant, & accelerari poterit & ſedari dolot. His porrò ſi minùs morem gerat vterus, ouoc ad alia tranſeundum ſuadet Hippocrates, quæ ſuperioribus præſtẽt & viribus valeant longè magis. Imò verò per ſuffitum cortex pini necat partus & prolicit ſecundas, lib. 2. capit. 114. Dioſcoridi.

SENTENTIA DECIMASEXTA.

Αοσα δὲ οἰδήματα γίνεται ὑστερικὰ τὸ τόκῳ ἢ ἐν τόκῳ, οὐ χρὴ σύφλ, οἷα οἱ ἰητροὶ ποιοῦσι· τὰ δὲ φάρμακα ἀπὸ 1

Si qui verò in partu tumores enaſcantur hyſterici, aut à partu quidem, *non licet conſtringere, ſicuti conſueuerunt* noſtrates *Medici: quin potiùs præſtantiſ-*

sima exhibeantur oportet remedia.

Æthiopicum cuminum videlicet, *quantũ digitis tribus* præhendas, *etiámque aniſum, & ſeſeli, quantum quinque aut ſex* contineas, *pæoniæ cochlearij dimidium, ſiue radicem* acceperis, *ſiue etiam ſemen eiuſdem.*

σα προσφέρειν.

2 Κύμινον Αἰθιοπικὸν, ὅσον τρισὶ δακτύλοισι, καὶ τὸ αὐτόσε, καὶ τὸ σησέλιος πέντε ἢ ἓξ, γλυκυσίδης χηραμίδος ἥμισυ τῆς ῥίζης, ἢ καὶ τὸ σπέρματος.

Hęc vniuerſa *ex vino albo grati odoris maximè, cùm* mulier *ieiuna erit, offerre* oportebit.

3 Ταῦτα ἐν οἴνῳ λευκῷ ἡδυόσμῳ μάλιστα πρὸς δίδυας.

Aut quidem *dauci Æthiopici radicem* offerre oportebit, *ſeſeli, & pæoniæ radicem eodem modo.*

4 Ἡ δαύκου ῥίζαν Αἰθιοπικοῦ, σησέλι, γλυκυσίδης ῥίζαν τὸν αὐτὸν τρόπον.

Aut hippoſelini, aut dauci Æthiopici ſemen modo conſimili: aut radicem crethmi: aut cumini Æthiopici quadrobolari Atticorum menſura.

5 Ἢ ἱπποσελίνου, ἢ δαύκου Αἰθιοπικοῦ καρπὸν ὡσαύτως· ἢ κρηθμοῦ ῥίζαν· ἢ κυμίνου Αἰθιοπικοῦ Ἀττικὸν τετρώβολον.

Aut piper, aniſum, daucum, & pæoniæ littoralis radicem.

6 Ἢ πέπερι, ἄνησον, δαῦκος, ἀκταίης γλυκυσίδης ῥίζα.

Hæc in vino albo *conterere* primò oportebit, deinde *propinare: aut duos myrtidani ſurculos aut tres, & cuminum Æthiopicum, & pæoniæ radicem, aut quidem ſemen lini ſimiliter, quod etiam pueri tuſſiculoſi tanquam præmanſum aſſumunt cum oui vitello aſſato,* aut *cum ſeſamo toſto.*

7 Ταῦτα ἐν οἴνῳ τρίβειν καὶ δίδυας πίνειν· ἢ μυρσιδάμου κλωνία δύο ἢ τρία, καὶ κύμινον Αἰθιοπικὸν, γλυκυσίδης ῥίζαν· ἢ καὶ λίνου σπέρμα ὁμοίως, ὃ καὶ τὰ παιδία βήσσοντα ψωμίζοισι ξὺν ὠοῦ ὀπτῷ λεκίθῳ, ξὺν σησάμῳ πεφρυγμένῳ.

EXPLICATIO.

Siue per ntrgaſmum ſponte ſua in partu ad vterum feratur ſanguis, ſiue eôdem depulſus aut etiam expreſſus veniat ad vterum contentiooe parturientis; ſi quid iiſce nimirum de cauſis intumeſcat fortè eo in loco, admouenda ei tunc tumori nunquam eſſe adſtringentia monet Hippocrates noſtet. Quæ verò ſit adſtringentium vis, norunt ſatis omnes. Tantùm dicamus, quòd quum vterus ex accidẽti locus conferens eſſe queat & opportunus euacuationi, ſiue illa fiat κατ' ἔκρυσιν, ſiue κατ' ἀνάλυσιν, non licet arte duce, eò influentem, intro bumorem repellere per adſtringentia. Potiſſimùm verò ſi hæc pura erunt, & eioſcemodi per ſe naturalibus mulierum admouebuntur. Verendum quippe enim, ne per patentes tum vias in nobile viſcus aliquod introrſum ſanguis regeratur: & quod παλιρροιᾶν recurrere dixit Hippocrates in progn. hîc locum habeat. Videte aphoriſm. 68. lib. 2. progn. & docti ſſimum Gal. com. Legite aphor. 20. lib. 3. quãquam ſint illi de abſceſſibus thoracicis. Non fert partium internarum principatus alieni bumoris ad ſe recurſum citra diſcrimen vitæ. Periculi ratio mulieribus commnnis quidem cum viris eſt. Nec debet vnquam repelli in partem principem, quod extrorſum fertur magiſtra duce natura. Hoc tamen tempeſtate noſtra factitãt mulieres clinicæ noo ſine iactura ſępenumero puerperarum, dum illarum videlicet deliciis ſubſeruire ſtudent aut potiùs lenociniis. Aliquoties nos ipſi vidimus, vt eò tum reditus patet perfacilis, aſtringentium vſu ad pudenda, lotione, tum etiam aliás balneo, lochiales retrudi ſurſum ſordes, quæ tandem omnia fecerint luctuoſa. Id forſaſſe innnebat, quando voluit Hippocrates ſanguinem ἀναῤῥιφῆναι in aphoriſmis. Videte Gal. comment. in ſentent. 19. lib. 4. de diæta acut. Cæterùm hi tunc tumores enaſci præſertim ſolent, qnum pariẽdo ſicca mulier eſt, vt cum Hippocrate loquar, aut ſimul & ſemel noſtra quidem ſententia, cum puero perpauca quaodo effluunt. Ην γὰρ μὴ κάτοχα διὰ πύρης τὰ λόχια ἡ γυνὴ, πόσος αὐτῇ μιχθεὶς ἔσαι, καὶ κινδυνώδης κάθαρσις, ὧν μὴ μηχανήσηται ὁ ἰητρὸς, καὶ τις αὐτῇ ἀφελίμως ἐπίῃ τῶν καθαρσίων. locurret in magnum morbum puerpera, quæ non vacuabitur per lochialem purgatiooem, imò vitæ ſalus ſummè periclitabitur, niſi quis conuenientem procuret expurgationem. Sequenti diori ſmo noſtra hæc apertior ſententia eſto. Nõ ſecus lochia ſolet quàm morbificoa

ep. 40. lib. 5.

bificos humores propulsare Natura. Ad quod quum sese accingit, nec eos excernere potest per profluuium; superest vt eos reponat & cogat ad aliquam partem. Quod accommodetur, si ingratum non erit, ad hunc locũ gratiã dilucidioris explicationis. Atque quod nunc dixit οἰδήματα γίνεσθαι ὑγιεινὰ, idem voluisse existimemus, quod per verbum σκληρύνεσθαι alias, explicatore Galeno. λέγεται (ait) ὁ τῆς μοχλίας, ὅταν ὑγιὲς χυμοὶ μοχληροὶ συῤῥέωσι καὶ ἐπιστῶσι καθ' ἓν μόριον, de pranis hoc vsurpari verbum solet humoribus qui confluunt ad aliquam partem corporis, ac subinde in eadem coaceruantur. Quod nimirum accidit sæpenumero, denegato illis exitu. Atque hac ratione οἰδήματα eadem erunt Hippocrati quæ σκληρίαι, quas φύματα καὶ σκιρρώσεις Galenus exposuit ὁ τῶν γλάνδων, tubercula & duritiies ab alicuius humoris concretione. Ac ex eodem loco dicetur vterus οἰδὼν tumere, aut eius pars saltem aliqua. Consueuit enim Hippocrates & sæpenumero ἄνωθεν ὡς ἀφ' ὑγιοῦς φύσεως ὑγιαίνειν, interprete Galeno commẽt. in sent. 2. sect. 1. lib. 6. Epidem. & 29. lib. 1. prognost. omnes præter naturam rumores sic appellare.

comment. in sentent. 19. lib. 4. de diet. acutorum.

conf. cum cap. 3. lib. 6. de histor. animalium.

Ἐν τόκῳ ἢ ἐκ τόκου] In partu non satis fuit Hippocrati, sed & à partu mulieri prodesse & beoe consulere. Non solùm enim in ipso partu ad vterum eique partes vicinas confluunt humores cum sanguine, aut potiùs propelluntur antè oppressa, nunc eadem victrice natura: sed exacto etiam partu ac edito in lucem fœtu. Quod quonam pacto eueniat, exposuimus aliàs pluribus ex Hippocratis sententi. Hioc adeò fit vt duobus iis temporibus in eo ciúsque vicinia tumores gigni queant. Quibus dissipandis discutiendisque tantùm abest, vt quid admotum ex vsu fore censuerit, (copia enim tuoc turgent & vterus adhuc & vicinæ partes) vt ne quidem, siquis eam partem tumor opprimat, velit adstringens quidquam Hippocrates admoueri. Hoc attamen factitant plerique omnes, ortus initio rumoris ferè cuiusque aut inflammationis Chirurgi semper per se incoosulti & imprudeotes. Sed hæc sunt vltra manus illorum. A quo vulgari medendi modo abhorret ounc Hippocrates longissimè dictis de causis suprà & explicatis; ad humoris oempe, temporis, locique excipientis conditionem attentissimus. In hac enim hypothesi nihil imponi neque supponi tuber ad muliebria, sed optima qnæque constituit, parat & offert mulieri sic affectæ remedia. De quorum viribus ne dubitarote, quando isthæc diuinus præscripsit Hippocrates. Esse tanti nobis vt minimùm debet eius quanti alterius cuiusque momenti authoritas. Atque io iis exhibendis quæ φάρμακα λέγει nunc, vt quam πεσσόμενον πόσιμον libello περὶ φύσιος παιδίου vocauit, cnnsistere conuenientem curationem existimamus: Io iis (inquam) quantum cuiusque, quæ quatuor omnino sunt: quo modo, scilicet ex vino albo: & quando, nimirum quum mulier vacuo est adhnc stomacho, summum Hippocratis artificium licet obseruare. Ne quis hoc inuentum iniuria Hippocratis & summo einsdem detrimento quispiam alius sibi vẽdicet. Summi plena sunt artificij apud Hippocratem vniuersa. Sed non quisquam ad hunc illoris (quod aiunt) manibus. Videbis, si placet, quid myrtidanum, quàsque dotes & quomodo longè alias tribuit Dioscorides quàm Hippocrates, imò ipsis, vt videtur, aduersissimas. Vbi adstringendum siquidem illi aliquid fuit, cerato, pessis, insessionibus & caraplasmatis myrtidanum voluit commisceri. Sed virentes (credimus) surculos accepit Hippocrates, quos &, vt est in eius oratiooe, exhibuit in potu. Dioscorides cõrtà assumpsit de siccatos io vmbra, eósq; admouit tantùm extrinsecus, modis ab eo explicatis nnper. Ideòque myrtidanum solio & semine prædicauit efficacius, quemadmodum expertus ipse fuerat quoties adstringendum videretur aliquid. Τρῶκλον, si minutus oummus obolus fuit, vtpote sexta drachmæ pars, Atticum τρώκλον æstimabimus scriptulos esse duos, hoc est totidem trientes drachmæ vnius. Iure quidem ὠῷ λεκίθῳ adiuncta dictio est. Galenus siqnidem ὁ τῶν γλάνδων, λέκιθος exposuit φακῶν τὸ ἔνδον τῷ λέπει, quod intus est in lentis cortice. Nam vt lens lutea est, cui detractus est cortex. At præclarè Latini vitellũ dixerunt partem oui luteam. Ex hac enim accedit vita τῷ πτισσῷ pullastro, 2. de diæta apud Hipp. Nec illorum sententia valde dissidet ab Hippocrate, ὃς διὰ ὁρτύγων dixit in genere, ἰχῶρά τε ἔχειν, ὃν ἡμῖνες ὠὰ ζοῦν. Itémque libello de natura pueruli, quanquam aliis verbis, γίνεται ὃ ἐν τῷ χλωροῦ οἱοῦ τὸ ὑγρὸν. Vide Plinium cap. 54. lib. 10. Huic enim opposita Aristotelis opinio fuit. Quj, oe videretur mutuatus, vt solet optima quæque ab Hippocrate diuino authore, pluribus nugatus tandem sic scriptum reliquit: ἡ μὲν γὰρ λεκὶς τῆς πτισσοῦ ἔστιν ἡ τῆς λευκῆς· ἡ δὲ ἔνδοθεν ἀπὸ τοῦ ὑμενοειδοῦς ἐν τῷ ὠῷ. Iisdem ferè verbis alienam sententiam loquebatur. Atque tum oui luteum appellauit ὠχρόν. Id enim erat vnde digressi sumus non aliter quàm Hipocrates. Qui quũ semen lini præscripsisset de industria & quidem accõmodatè, memor idem ipsum puerulos adiutare tussiculnsos, eadem opera, etsi extra rem, literis nunc etiam illud voluit testatum esse. Ni pntiùs hîc mendi fortè suspicin quædam sit.

SENTENTIA DECIMASEPTIMA.

Ἢν δὲ παιδίου ἀφθᾶς τὰ αἰδοῖα, ἀμύγδαλα τρίψας καὶ βοὸς μυελὸν ἐν ὕδατι ἑψήσας, καὶ ὄλυρον ἐμβαλὼν σμικρὸν, ἀφεψήσας τὰ αἰδοῖα, καὶ ἀφακλύζειν ὑπὸ ὕδατι τοῦ ἀπὸ τῶν μύρτων.

Si per puerulum, puerperæ *pudenda laborent vlcusculis aphthæ similibus: posteaquam amygdala contriueris, bubulam quoque medullam in aqua decoquere oportebit, túmque inspersa farina* hordei *paucissima, illinere pudenda, etiámque myrtillorum decocto proluere.*

EXPLICATIO.

Hic vlcera puerulo Caluus tribuit fidus alioqui doctúsque huius authoris interpres. Quod abſurdum nobis viſum eſt alienúmque ab Hippocratis inſtituto, ideóque δόξαν præpoſitionem quadam ducti veriſimilitudine meditando repoſuimus. Quanquam religioſiſſimum nobis ſemper fuerit in oratione Hippocratis quiddam innouare. Nos ſecus etiam quàm Cornarius bene meritus paraphraſtes ſenſimus. Etſi enim ſuperficiaria vlcera eſſe volentes concedamus, non attamen feruida, cuiuſmodi ſunt quæ obſidere conſueuerunt oſcilla infantium, & quę ſunt cacoëthea. Quonam igitur pacto ſtatuerit id Hippocrates, ſtatim aperietur breuiter: ſi primùm quòd ad vlcera de tumoribus præſens Hippocratis tranſitio eſt, intellexerimus: quemadmodum & ab vtero parte interiori ad ea quæ patent oculis naturalia. Quæ ſi exteriora non eſſent, nec ſub oculos caderent, vix vnquam veteres nominaſſent αἰδοῖα, pudenda. Ἀρσὺν ergo, ſententia quidem noſtra, hîc vlcera non ſunt maligna ſerpentiáque, cum ignea vi coniuncta, quæ renellos adhuc puellos inuadere ſolent & obnriri in ore præſertim, & ſæpe conſumere. Quæ eſt genuina propriáque ſignificatio. Vlceribus quidem teſtium idem tribuit Gal. lib. 9. κατὰ τόπους ſecundo item de morbis fiſtulæ pulmonum, & hoc etiam loco Hippocrates. Sed quia ille καθαιρουσῶς, per ſimilitudinem Latinè expreſſimus. Ergo dum puellus vim infert egrediens lib. de nat. puelli, atq; ideo radit deteritque pudendorum ſaltem epidermida, cuticulam veræ cuti ſupertenſam; veram tunc quoque contundit cutim, quę ſenſus & capax & particeps eſt. Quorum vtrinſque meminiſſe nunc oportuit gratiâ curationis. Iam patere quidem exiſtimamus, quunam modo in hypotheſi, pudenda mulierum obſident vlcuſcula. Non ſecus nimirum quàm in vlceribus oris aliàs puellorum ſola occupatur, raditur, & detrita apparet tum ſuperficies. Contuſa ſubeſt tamen caro quæ ſua repoſcit quoque remedia Perſananda iſthæc igitur nunc ſunt vlcuſcula ab Hippocrate coniuncta cum dolore. Cui demulcendo leniendóque commoda & aptiſſima ſunt amygdala. Quibus medullam bonis permiſcet decoctam in aqua attenuatámque. Hæc ſunt anodyna quidem vtraque. Simul commixta tamen, ne locotum muliebrium calore diffluerent, ſed quò hærerent diutiùs in affecta parte, eámque refrigerarent, farinam conſperſit hordei potiùs quàm tritici. Hac præparatum arte medicamentum ad mulierum naturalia admouet per litum. Quod quãquam dolorẽ ſedet & contuſas carnes confirmet, intendit eius attamen dotes augétq; priùs myrtillorũ decocto calente per fotũ. Sic ſanè ſolet medicina exerceri & perfici arte Hippocratea.

in Coac. animaduerſionib. Hipp. & Epidem. 3. & paſſim alibi.

FINIS COMMENTARII TERTII.

MAVRI-

MAVRICII CORDAEI RHEMI COMMENTARIVS QVARTVS IN LIBRVM PRIOREM HIPPOcratis Coi de Muliebribus.

SENTENTIA PRIMA.

ΥΝ δὲ ἐρέω ἀμφὶ λοχείων καὶ τῶν μὴ τὸν ἔχοντων. 1

IAM verò sequitur, vt de puerperijs verba faciamus & alijs quæ post partum solent prodire.

Οτόφ γυνὴ ἢ τὰ λοχία μὴ καθαρθῇ, ἢ τὰ ἐπιμήνια μὴ ἴῃ, ἢ ὑστέρη σκληρὴ ἢ, ἢ ὀδυνὴ ἔχῃ τὴν ὀσφὺν, καὶ ἰξιὰς καὶ βουβῶνας, καὶ μηρούς, καὶ πόδας ἀγλὴ πικρὸς, καὶ ἡ γαστὴρ ἐπαίρηται, καὶ φέηται ἀπὸ τοῦ στόματος ἀφρώδεα, οἷσι δὲ τῶν ἰουτίων πυρετὸὶ γίνωνται ὀξέες. 2

Ergo *quotiescunque mulieri aut lochia non expurgantur, aut menstrua* omnino *subsistunt; aut obdurescit vterus, aut lumbos dolor occupat, & ilia inguináque, & femora & pedes dolent acerbè, & venter* tandem *attollitur, ac vagi horrores erumpũt per corpus* vniuersum: *ex his verò acutæ febres sæpe eueniunt.*

Ταύτην τὴν οὕτως ἔχουσαν, ἢν μὲν ἄπυος ἢ, διαπᾶν λούεσθαι, λιπαίνειν δὲ καὶ τὴν ὑστέρην ἐλαίῳ ἀνθινῷ. 3

Hanc sic affectam, siquidem expers febris fuerit, curato vsu balnei, ac perungito vterum oleo anthino.

Εψὴν δὲ μαλάχην, ἢ ἔλαιον Κύπριον ἐς ὕδωρ ἐγχέειν, καὶ ἐγκαθίζεσθαι παρηγορικῶς. 4

Maluam verò decoque, aut oleum Cyprinum affunde aquæ calenti, *vt in ea collocetur, donec dolores mitigentur.*

Ἐν πάσῃσι δὲ τῇσι νούσοισιν ἐφ' ὧν πυέη ξηρὴ, ἄμεινον ὕστερον χρίεσθαι καὶ λιπᾶν. 5

Sed in omnibus morbis in quibus fotus siccus esse ex vsu potest, præstiterit posteriori loco illini & pingui perungi.

Ην δὲ πῦρ ἔχῃ, λούσασθαι ἀπέχεσθαι. 6

At si febris adsit, abstinendum prorsus *à balneis.*

Γυέῃσι δὲ καὶ χλιάσμασι τὴν ἡέρην χαίρειν, καὶ τὴν ὀσφὺν θερμαίνειν. 7

Fotus sicci tamen, vt & humidiores, ventri imo lumbíque pro remedio poterunt admoueri.

Διδόναι δὲ πίνειν τῶν φαρμάκων τῶν ὑστερικῶν, ὁκόσοισιν ἢ τῆς σπίνης τοῦ ὠοῦ, ἢ τοῦ κάστορος. 8

Sed & ebibenda exhibere oportebit *pharmaca vtero dicata, quibus ouæ sepiæ commiscear aut castorij aliquid.*

Μετὰ δὲ τοῦτο ῥοφέειν διδόναι, ἄλητον ξὺν πηγάνῳ ἑφθὸν, ἢ τοῦ ἰσάντης χυλόν. 9

Deinde verò farinam cum ruta decoctam aut succum ptisanæ dare sorbitioni,

EXPLICATIO.

QVEMADMODVM est admirabilis continuatio seriésque rerum muliebrium secundum Naturam; sic magna quoque est methodus artis Hippocraticæ, quæ illam tanquam strenuum ducem sequitur fidúmque, ac eam pro virili imitatur vbique. De iis postrema Hippocrati disputatio fuit quæ inter

pariundum euenimus, & sunt connexa cum partu. Maioris momenti caput nunc sequitur & plenissimum consilii, de lochiis ceterisque quæ vulgò à partu venire solent. Duplex autem est hypothesis, vnde suũ sermonem orditur Hipp. quum siquidem de soppressione lochiorum instituatur etiamque mẽstruorum; eodem quoque modo perstringit breuiter curationem suppressionis vtriusque eorum. Quę appositè præscripta quidem animaduertes, si modò absit ab vtero vitium omne conformationis. Alioquio si conciderit ipse sibi, aut aliquorsum diuertat, aut distorquearut, aut quidem complectur, satis id esse queat per se isti vtrique restringendo fluori, quemadmodum expositum aliàs fuit hoc eodem libro. Suppressionis enim mẽstruorum calamitates huius initio libri, sere posuit easdem omnes etiamq; plures, quas ounc ideo & ipse commemorat breuiter. Arque ex hypothesi affectionis cuiusdam in mulieribus, censet cooseqnutionem adferri doloris, hoc est morborum in quos molieres iocurrant oeces- 10
sariò ex suppressioone menstruorũ. Iis porrò declinaodis dissipandisqoe nunc etiam maximè opportuna remedia describuntur. Quibus præmittuorur tameo descripta hic aliquot signa epigenomena. Si enim menstruus sanguis vtero cooclusus vicioiaque, aliquot mẽses detineatur, noo obdurescit ipse solum modo, sed vẽter etiam iode ἐπαίρεται, in molem attollitur aliquãto maiorẽ: aut eadem diffusa lochiali materia in omnem partem aut mẽstruali, (ὀδύνη ἴσχει ἢ ὁκοσή, ἐς τοὺς μὲ κατω δύας, ἐς βυβλῶνας, ἐς μαστούς, ἐ πόδας ἀχέει) dolor lumbos opprimit, & inguina, etiamque pedes extremos, & sanè σπαρτὸς, vehementer & acerbè. Quòd si fortè tantus cumulus erit sanguinis, vt partes infernæ cootinendo esse satis oequeaor, nedum intumescens venter explicato modo; coocalescet in eo sanguis oimiopete, nec io iofernis cooststens viam affectabit & qooquouersum feretur ipse ex vtero, (hoc enim est ἐξαίνυται, vt dissiliens emicet) sic q; ad
superiora effusus (καὶ φέρεται ἐξὸ τῦ ὑπωμιος) in viis horrorem partibus ineutiet. De his verò causisque ho- 20
rum omnium amplissima præcessit explicatio huius initio libri, qoo loco agebatur de incommodis soppressi sanguinis menstrualis. Quòdque maius est periculosumque magis, aucto calore tandémque & sanguinis ipsius putredine, (ὁκόταν δὲ πλέονα πυρετὸν γένηται) acura febris acceoditur, quemadmodum coplosissimè à Gal. explicatum legimus comment. in sentent. 2. sect. 2. lib. 6. Epidem. Quæ quum ita sint, consectaoeum fuerit vt Medicus tempori adhibeatur, & adsit qui perlustret & apud se cogitet
lib. 1 progn. inuito statimque lib de mulieb. nat. quanam arte ei suam operam præstare possit. Ad id priusquam se adiungat, præter id qood in morbis inesse diuinum potest, (hoc enim inprimis oportet) animaduertat sedulò necesse est, natutam affectionis quantùm videlicet corpotis excedat vires. Si enim eò progressus morbus fuerit, vt iam mulieré (πυρετὸς γένηται ὀξύτατος) aeuta febris exerceat, etsi idem sit sempet curatioois scopus; ooo protinus tamen idem semper est iostituendus curandi modus. Si ergo (ὦ ἄνθρωπε) febris suspicio absit omois, διαπερ 30
ἀσθενὴς, curationem balneis Hippocrates perfici debere existimauit. Quod est visom oobis perfacile. At cur (κατατίθημι δὲ καὶ νῦν τὸ ἔλαιον τὸ ἀνθινον) capiti velit oleum inungi anthioom, quom illud cõcinnetur commixtiooe aromatum: non paritet nobis apertum esse potest. Ipse videris, si acrioris iudicij es. uom ausis pro ἀνθίνῳ, ὑπάρῳ testituere, vt banc inungi partem putes oportere lõgè potiùs quàm caput. Quid enim rei esse aut quod remedium instituoi potelt capiti, cui bene hic sit oisi per sympathiam affecto? Liberum ẽsto tameo cuique iudiciom. Io summa duo esse capita arbitramur curationis totius. Tubos eórúmque extrema dilatare emolliendo, & sanguinem tenuare, hoc est ὑγρὰ reddere hæc vtraque. Præstabit id autem toti corpori vsus balnei: ad partem verò, si bene conücimus, à qua & per quam sangois educendus erit ex hypothesi, oleum quod anthioum appellaoit, & debet appooi & inungi. Ipse autem vterus pars ea est. Quomodo (αὔθινα οὐ μόνον τῶν ἐς τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκ γῆς φύεται) non tantùm flores ex 40
quibus corollas conficiunt, sed alios etiam omnes appellauit Hippocrates, quisque αὔθινος oleum, liliaceum scilicet ac litinum, itémque quodnam Susinum appelletur; & quomodo aromatum varietate vnguentum anthinom differebat ab oleo oominis eiusdem, habes explicatum in lexico Hippocrateo.

Ἐφὶν δὲ μαλάξαι, *coquere malaam*] Proposoit Hippocrates curationem per balnea & inũctioocm. Sigillatim nunc ea ex quibus conficiatur vtrumque, aoimaduertite. Etiamque simul hìc vtendi modus exponitur. Ac primùm de balneis artificiosissimè. Hoc enim ipsomet aurore (ὡς πίσσαι τῶν νοσημάτων, &c.) in omoibus morbis ad quos salutariter suffitus (sed & aut balneum aut fotus oostra quidem sententia) præscribi solet, præstiterit post illa, linimẽtum inongi. Est nimirũ eadem omnino tario vtriusq; eorum. Ad balneum igitur, malua incoquetur aquæ aut id genus aliquid aliud. Qui prior est balneorum modus. Alterum ootault his verbis, ἢ ἔλαιον κύπριον ἐς ὕδωρ ἰσχέιν, καὶ ἐκθερμαίνειν, vt egelida ooo tantùm aqua 50
simplex comparetur aut tepens, sed calidior aliquantò. Huic deinde iubet aquæ simplici, oon medicatæ,
Ην δὲ οἱ μεγὴ ἡ κάθαρσις, &c.] Contrà ſi expurgatio fiet lochialis, quæ duobus modis omnino perfici ſolet (aut eoim ὑπὸ φαρμάκων artificio, aut αὐτημάτων viribus ſuſcipitur & conſuetudine naturæ: poſterior verò hie modus locum habet quoties vterus os ſuum (χαλάσωσι) relaxat ipſe per ſe, aut quidem (βιαζῶν ὑπὸ τῦ αἵματος ἀέως ἐξαπίνης κατιόντος) quum tantus eſt influentis ſanguinis impetus io eum, vt laxare habenas ei cogatur coofertim accurreot) καὶ ὧδ' μεγὴ, hoc autem quando euenit progreſſo iam morbo, δίσημα καὶ πονηρὰ, & quæ tetrum ſpireot odorem, & quæ ſunt ſimillima puris, tum demum expurgantur: Potiſſimùm verò ſi lochiorum ſuppreſſio vetuſtatem acceperit, & ad puttẽdum ſanguis aptus etiã fuerit. Nam ſi putredini noo ita obnoxius ſed ineptus erit, (ἢν δ' ὂν καὶ μέγιστα) oigreſcet ipſe ſaltem & excidet eiuſmodi ſioe vlla putredine. Huius tamen ſiue ſit conditionis, ſiue prioris, eius euacuatio erit ex vſu. Cuius ſufficiens argumentum videatur, quòd ῥᾳθυμότερον ἔται, recreabitur & meliùs loogè mulier deget. Atqoe qoò occaſionem perfectæ curatioois Medicus capter, Naturæ inſiſtés veſtigiis, monuit Hippocrates, Quòd ſi (μεγαλωσύνῃσι ὑγιήσεται) eius diligens cura ſuſcipietur, mulier tutò conualeſcet.

SENTENTIA QVARTA.

Et verò vlcera in vtero poſſunt enaſci lochiis putrefactis.

Γίνεται δ' καὶ ἕλκεα ἐν τῇσι μήτρῃσιν, οἷα τῶν λοχείων σαπέντων.

Si ergo hæc vnquam in vtero *oboriantur, accuratiori opus erit ſedulitate, ne vlcera ipſi maiora fiant, & increſcant vitio putredinis.*

Ην δὲ ἐγγένηται, πλείονος μελεδώνης δεήσεται, ὅκως μὴ οἱ τὰ ἕλκεα μεγάλα καὶ σαπεδονώδεα ἔσται.

Siquidem tunc mulier *incurrat in vitæ diſcrimen aut quidem ſterilitatis.*

Κίνδυνος δὲ ἢ θανάτου, ἢ ἄφορον γενέσθαι.

Signa porrò hæc eluceſcunt, ſi vlcus obſidebit vterum.

Σημεῖα δὲ τούτων ἔσται, ὢν ἕλκεα ᾖσι.

Poſteaquam enim *purgatio cæperit* lochialis, *tanquam ſpina per vterum pertranſire videtur: necnon eam inuadit ardor, & potiſſimùm ventrem prehendit* & infeſtat.

Ἐπὰν χορέῃ ἡ κάθαρσις, διὰ μέσης, ὡς ἄκανθα διὰ τῆς μήτρεως ἰέναι· καὶ πῦρ μιν λάζεται, καὶ μάλιστα τὴν κοιλίην ὑπερθαμβαίνει.

Λυσία δ' ἐπι-

Αλγέῃ δ' ἐπαφωμένῃ ὃ κάτω τῆ ὀμφαλῷ, ὡς ἕλκεος καθαροῦ ὑπεράδιος ἡ θήκη. 6

Vnde si quædam pars infra vmbilicum contrectetur, molestè quidem *feret atque dolenter, quasi vlcus purum neruosum contigeris.*

Ἐπῆπε ὀδυναὶ ἰσχυραὶ σφόδρα καὶ σφόδρα ἐμπίπτουσιν ἐς τὰς μήτρας, καὶ πυρετὸς, ἔστι δ' ὅτε καὶ χεῖρα βλαχρός. 7

Adde etiam quòd vehemens sæpe incidit in vterum dolor, etiámque febris, licet ad manum quandoque sit mitis lentáque.

Καὶ σφόδρα καὶ σφόδρα ἐπιπονεχθήσεται χορεῖ τὰ λοχεῖα, πυώδεα, δύσοδμα. 8

Interdúmque etiam mali ferè moris puerperia funduntur, & purulenta, & tetri odoris.

Ταῦτα σημήια ἔστιν, ἢν ἕλκεα ἐν τῇσι μήτρῃσιν ᾖ, καὶ δέηται πολλῆς μελεδώνης. 9

Atque hæc signa se produnt, quoties vlcera vterum infestant, quæ multam curam desiderant & sedulitatem.

10

Τοιῆτος μὲν νῦν ἀμφὶ τῆς νόσου τόσος τελευτὰς εἰσίν. 10

Tot quidem *modis hic definitur morbus atque terminis.*

EXPLICATIO.

SIc cohærere quæ sequuntur, videri poëtit cum superiis, vt ab hypothesi quæ posita fuit versu quarto sententiæ tertiæ, inter alia coosequatur alui profluuium versu 7. etiámque (κάκοδμα καρπὸ) odoris grauissimi, vt & aliàs pleoissima periculi diarthœa versu 9. sententiæ eiusdem, quum vtrobique lochia scilicet supprimantur, vt & quidem (καὶ ὀμφαὶ ἔσαι μελαίνεσθαι δοκέουσι) nigrescant partes circa vmbilicum versu 12. vnde & eodem loco nunquam fieri possit, vt ægrotans ipsa seruetur ac manear superstes. Quæ vnioersa quidem eueniunt, vbi in rotum lochia suppriuuntur. Quæ si tameo tandem, hoc est posteaquam ex mora putredinem ipsa conceperunt, οἱ ῥαγῇ ἢ καθαρσις, fortè erumpant & confertim vacuentur, (quemadmodum pluribus de causis euenire id posse per parenthesin explicatur versu 16.) ἀπαλλάσσεται δύσοδμα καὶ πυώδεα, etiam tunc meritò expurgentur quæ fœdi odoris sint & purulenta. Quibus constitutis ac (οὕτω δὴ λοχιων ἐκκενωσιν) putrefactis quoquo ita puerperiis, nónne sit iam manifestum vndeoam & quonam pacto nonnunquam (γίνεται ἕλκεα ἐν τῇσι μήτρῃσιν) in vtero vlcera nascantur? Quæ si ob dictas causas suboriaotur, studium omne sit Medici iodustriaque & ad prophylacticeo omnino conuertatur, (ὅπως μὴ οἱ ἕλκεα καὶ σπαδόνες) ne scilicet amplificentur vlcera & nouo appulsu putris & excremen- titij humoris, ex putredioe vitium aliquod maius ita consequatur. Metus esset alioqui ne, vt est aliàs ipse loquutus, vlcera ἀχεώτους ἔσαι μᾶλλον ἢ ὑφειμένους, tam effera fiant tandem ferociaqoe, vt puerperam in exitium præcipitent. Vitium eiusdem ipsius partis augebitur affluxu humoris etiam pituitosi, vt binc quoque σπάσμοι fiant euadant, ac tum quoque insdem planè mulier afficiatur damnis, qualia oasci solent molieri cui profluuium menstruale biliosum nuper terebatur. Quanquam non ita aspectu tetra fiant vlcera à pituita, oec tam magna, nec tam purulenta, oec tam etiam odoris fœdi, vt explicatum est senten. 5. comment. 2. hoius prioris libri. De prognostico eadem sentencias consulito. Aut enim ex illis vt & modò iotelliges (ἐκπίπτει) pereundũ huic esse: aut (ἄσφυκτον ἡρώδεα) vt minimùm à sterilirate mulieri metuendũ. Rationem illic deprompsit Hippocrates ex cicatricum amplirudioe. Enimuero vix suam opetam aut quidem frustra huic tribuerit Medicus, nisi antè constiterit de vlceris ortu & de eius causis factus sit certior: Iraque non abs re fuerit, signa subiicere quæ (σημεῖα δὲ τούτων γίνεται) testentur vlcus subesse in vtero. Ibi verò eodem pacto multa licet animaduertere nondum à quoquam dicta nec antè excogitata, vt quæ sint quasi paradoxa. Inter signa primum est, exquisita in vtero doloris sensio, eáque iotcrior. Alterum petitur ex contactu manus Medici aut alterius cuiusquam, præter æstum qui ventrem hîc obsidet vulgò. Quo loco notandum videtur, quòd πῦρ ineste etiam in ventre præsertim constituerit Hippocr. At, quod prætermissum erat à oobis, etficiès vlceris causa hisce verbis 5. versu significatur, ἐτλὼ χωρὶς ἢ καθαρσις, quando excedit purgatio puerperalis, quemadmodum & partis natura statuitur ex specie doloris (ὡς ἄκαιρα δεῖ τὰ τοῦ μητρίου εἶναι) ac si per transorsum scilicet vterum ageretur spina, ac verè sic neruosum vlcus hoc loco ponitur. Reliquæ hysterici vlceris notæ cognitu sunt facillimæ, si priùs intellexeris, quomodo (πυρετὸς ἔστιν ὅτε καὶ χεῖρα βλαχὸς) febris ad manum lenta sit sæpe & debilis; quando scilicet nihil dom quod maioris molestiæ sensiooem inferat, per vterum pertransit: quemadmodum è diuerso ὀδύναι ἰσχυραὶ σφόδρα καὶ σφόδρα ἐμπίπτουσιν ἐς τὰς μήτρας, tunc nimirum prægrandis concitatur in vtero dolor. Faciliora nobis euadent vniuersa hac comparatione. Vbi mulieribus perfruentibus prospera valetudine, tempus præteriit euacuationis, quæ per singulos

sunt. 4. comm. 2 lib. 1.

meuses ab vtero fieri solita fuit. Natura dum tunc conniuent ora vasorum è quibus & per quæ ipse tum sanguis fundebatur sine detrimento vllo. Quam si viam deinceps periodicè capessat eandémque seruet enato interea intus vlcere in vtero; qui illabetur tunc sanguis per vterum, vlcus, hoc est vlceratam partem, compunget stumulabitque. Tritam hanc eandem viam & vlceratam nónne pari ratione affluens perfluéque sanguis lochialis, spinæ instar iustè vellicabit perforabitque? Adeóque faciet id tam dolenter, vt ex acerbitate doloris mulierem febris prehendat, ac etiam potissimùm vt ea parte ardor exæstuans persentiatur in qua vterus ipse vlceratus est. In promptu causa est, vt & cur ad eam attacta partem mulier, etiam suspensa doluerit manu: ὡς ἅπτεσθαι κατὰ περόδους τι ἥπατος, ac si quis vlcus purum neruosum non tantùm contingeret, sed & pungeret. Quam quám pars quæ tactu hic lædirur, vlcerata non est extrinsecus, sed mulier tamen molestiam sentit doloris, appressa manu. Qui reuera non est tum qualiscunque dolor, sed tãtus támque grauis, vt quasi per auxesin hic rem muliebrem exaggeret author. Quo nimirum quæ quantáque ab vlcere veteri acerbitas & magnitudo doloris est, perciperetur promptiùs facilióque. Non enim satis Hippocrati nunc fuit per hypothesin vlcus πάσχειν tangi, nec etiam compungi simpliciter: vt nec περόδης neruosum esse, hoc est isthanc vlceratam partem neruis consitam esse, ideóque participem sensus exquisiti: sed καθαρὸν vlcus quoque posuit esse purum, non sordidum, non putre, nec mucosum. Hoc namque pacto exquisitioris sensus pars hæc esse credetur, ac proinde quòd sensus doloris tristior tunc meritò concitabitur, vt longè tum etiam acerbior reddetur per cõtractum. Luceſcét hæc longè postea apertiùs, quum de exquisito sensu veteri præter vulgarem Medicorum sententiã, quod sentit ipse, depromet statim iam noster Hippocrates. Τὰ κακοήθεα, pernicios ac depraua ferè moris esse dicuntur lochia, quorum quippe κακοήθεια certa hæc indicia erunt. Quòd nimirum iisce permixtum pus inest, & quòd fœdus odor. De lochiorum tamen prauitate morum iudicium nemo ferat, qui apud se prius non expenderit qualisnam eorum debeat esse natura, qui etiam & quales eorũdem mores: vnaquaque nimirum perpensa eorum conditione. Quod vt faciat, repetat id ab Hippocrate operæpretium est expendatque ex hoc (si volet) libro, itémque libello de pueruli natura, ne dictorum auctoris, hoc est orationis huinsce, perturbatio vlla fiat confusióve apud Hippocratem. Ac si quis percupiat exquisitiùs rimari aliquantò quid κακοήθεια καὶ ἰώδεα illis dictus mos prauus fuit aut quidem mitis, Hippocratem consulat in Progn. vt & in comment. Galenum: itémque comment. in 1. 4. senten. lib. 1. Prorrhet. Aut, si volet vltrà, quonam modo mos discrepat affectionis ab eiusdem magnitudine, ediscet istud facilè è cap. 4. lib. 3. de crisib. apud Galen. & quarto methodi, & alibi passim. Ne nimirum quæ hîc cum viris communia sunt, pluries repetita cuiquam legendi nauseam pariant. Ergo τῶν σημείων, omnia hæc signa elucebunt vlcerati veteri quæ diximus. Vt species primùm spectetur doloris, ac inde affectæ partis ardor attendatur ex parte sensúque mulieris nimirum puerperæ; etiámque molesta tactus manus alienę, tandémque & acerbitas doloris & febris assiduitas: postremò vt quæ res sunt omnino animaduertantur excrementorum conditiones. Tot sunt ex lochiorum suppressione molestarum exitus & fines muliebrium calamitatum in puerperio.

2. sent. lib. 3.

SENTENTIA QVINTA.

Si lochialis autem purgatio fiat tribus aut quatuor diebus primis, deinde euanescat ipsa repentè, similes vt superior ærumnas mulier tum *patitur, aliquantò attamen minores.*

Ἢν δὲ καθαρσὶς ἡ λοχείη τοῖσιν πρώτοισι τρισὶ ἢ τέτρασι χρήσῃ, ἔπειτα ἀπόλωλεν ἐξαπίνης τοῦτο, πάσχει παθήματα τῇ προτέρῃ ἀδελφεὰ, ἧσσον δέ.

Quòd si fortè *morbus subeat mutationem, commutabitur* ipse prorsus *in idem: diuturnus* hic *tamen* morbus, *sed mitior* quidem *erit priori.*

Καὶ ἢν μεταπίπτῃ ἡ νοῦσος, εἰς τοῦτο μεταπίπτει· χρονίη δ' ἢν βληχροτέρη ἔσται τῆς προτέρης.

Certa autem, vt est decens, *si vtetur diæta mulier, conualescit, modò commoda & conueniens eius suscipiatur cura.*

Διαιτωμένη δὲ ἡ γυνὴ τὰ ἐόντα, ἢν ἀρμοῖ μελεδαίνηται.

Sic se res habet, vt instituimus, *de affectione proposita.*

Ἀμφὶ μὲν τῆς νούσου τούτης ὧδε ἔχει.

EXPLICATIO.

SVSCEPTÆ disceptationis continuatio est de lochiorum conditionibus & symptomatis quæ per suppressionem illorum ferè contingunt. Qui sanè locus ad intelligendũ non ita facilis est ei qui non erit memor

erit memor consuetudinis Naturæ in commotione scilicet & profusione lochiorum. Hanc nobis clarissimè hisce verbis aperuit alias Hippocrates noster, αἱ δὲ καθαίρουσαι αἱ ὀλίγα τῶν τόκων τῶν χωναίων, &c. Quæ Doctor Gorræus Latina sic fecit. Purgantur autem à partu mulieres eam ob causam, quòd antè, ad secundum & quadragesimum vsque diem, si vtero puella gestetur: aut vsque ad trigesimum, si masculus, paucissimus sanguis ad incrementum fœtus illabitur: deinde verò copiosior, donec in lucem prodeat infans. Quamobrem purgationem in lochiis refundi reddique, atque ita compensari isthanc suppressionem priorem sanguinis ad proportionem necesse est. Quod idem explicat longè pluribus eodem libro ad extremum ferè & inculcat, ne cuiquam paradoxum id queat nimirum videri. Paulò posteriùs deinde sequitur: Quòd si mulier nec sana sit, nec sanitatem cõsequuturа, fit tum purgatio paucior, tum specie etiam deterior. Hæc autem ratio, hoc est, vt vulgari loquamur more, proportio dierum quanto-pere in hac hypothesi desideretur & quidem deficiat, omnes agnoscent facilè, si cum Hippocrate dicamus, λοὺ δὲ ἡ καθαρσις ἡ λοχιων πρὶ μὲ τεσσαρακοντα ἡμέρας ἢ πλειονας χρόνου. Nam si pro totidem & plurimis vt nuperdlebus ab Hippocrate descriptis, tres aut quatuor ad summum dies ex hypothesi lochia excludãtur, ἔπειτα κινδυνευει ἐξαπινης παύσα, ac repentè statim perdantur ac supprimantur, quid non (πολλὰ παθήματα τῆ νεογνῷ ἀδυνατα) tum mulierem oppriment incommoda quæ minùs dissimilia, sed quæ sint illis cognata quæ non ita pridem mulierem infestabant, cui nimirum ex suppressione lochiorum febrire contigit, & horrere, & ventrem tumere? Quæ eadem ipsa tactum alterius non poterat ferre vlla in corporis parte; potissimùm autem in ventre, & quæ dicuntur illæ reliqua, perpessa fuit. Triduum enim aut quatriduum totum hanc lochia profudisse nunc ponitur, quod eam potuit leuare quodam modo ab oppressione, aut quod saltem detrahere quiddam de oppressione posita, ac minuere debuit credibiliter.

Καὶ λοὺ μετα πάσης ἡ νοῦσος] Nec mirum etiam debet videri, si fortè morbus commutetur; iisdem nimirum persequentibus causis, quòd in idem ipse omnino commutabitur. Manent enim eædem, quanquam imminutæ sint paulò magis, causæ (vt dictum est) ex hypothesi, in Hippocratis oratione. Χρονία δὲ καὶ βραχυπόρη, &c. *diuturnus quidem hic morbus, sed tamen minor*, &c. Superesse demum videtur, vt cùm (βραχυπόρη) morbus hic sit debilior mitiórque aliquantò superiori, explicemus quonam modo (χρονία) longus tamen dicatur ac diu durare queat. Nam si morbo deerunt vires, vt est in hypothesi; quòd pusilla quoque sit causa eius iure cogitari potest. Ideóque & quòd parum illa contumax & minùs diuturna fore videatur, reputari. Sed huic satisfactum abundè quidam putabit alius, si respondebitur, Quòd quia affectio hæc moram trahit & durat diu, hac eadem ratione mitescit ipsi magis virésque amittit eundo; hoc solui, quod λύεσθαι Græcis est, vulgus Medicorum appellat; non autem κρίνεσθαι, quod est acutorum peculiare. Nisi potius verisimiliúsque esse videatur, cùm nihil violentum consueuerit esse diuturnum, ratione ducta ab oppositio, & pari omnino de causa & iustiore; durabit quoque diu longè magis affectio, quia debilis mitisque est, sicuti videtur Hippocratis ratio resonare. Pertinet reliqua ad curationem, quæ suscipietur per certam rationem viuendi. In cuius expositione, cùm omnia eum viris communia essent, pluribus immorari noluimus. Attamen mulieris curam tum suscipi oportere, eámque studiosam, cum Hippocrate etiam nunc significamus.

lib. de nat. pueri.

SENTENTIA SEXTA.

Ην δὲ ἐκ τῦ τόκου μὴ καθαρθῆ, οἰδέῃ ἡ γαστὴρ, καὶ ὁ σπλὴν, καὶ τὰ σκέλεα.	1 *Quòd si* mulier *non purgetur ex partu, intumescit venter, & lien, & crura* similiter.
Καὶ πῦρ ἔχει, καὶ ῥῖγος λαμβάνει, καὶ ὀδύναι αἴρουσι τοὺς τῶν ἰξύων, ἔστι δ' ὅτε καὶ τοὺς τὰ σπλάγχνα.	2 *Túmque* ipsa *febricitat, etiámque riget, & in lumbos dolores insultant: accidit quando & ad viscera.*
Καὶ ἀποψύχεται, καὶ πῦρ ἔχει.	3 *Ac* tum etiam *perfrigeratur, & febrili conflagrat ardore.*
Σφυγμοὶ βραχεῖς, ἔστι δ' ὅτε καὶ ἀξέες, ἄλλοτ' ἀλεεμένοι, ἄλλοτε ἐλλείποντες.	4 *Pulsus* in ea *sunt debiles: est* & cùm percipiantur *acuti, modò* auctiores *& elati, modò deficientes.*
Ταῦτα πάσχει ἀρχομένης τῆς νούσου, καὶ ὧδε ἔχει.	5 *Hæc morbi principio* mulier *patitur, & se quidem habet explicato modo.*
Ην δ' ὁ τοιοῦτος τῦ χρόνου, τὰ χείλεα τῦ τοιούτου ἐρυθρὰ γίνεται.	6 *Tempore autem* paulò magis *progressò, faciei cutis rubescunt.*
Οταν ὧδε ἔχῃ, διδόναι χρῦφα σιτία.	7 *Quando verò sic affecta* mulier *videbitur, ei cibos leues oportet exhibere.*

Atque si orgasmus erit, quod purget per inferiora medicamentum offerre oportebit: si bilioſa quidem fuerit, quod bilem ducat: si verò pituitoſa, quod pituitam.

8 Κἢν ὀργᾷ, φάρμακον πίσαι κάτω· ἢν μὲν χολώδης ᾖ, ὃ τι χολὴν καθαίρῃ· ἢν δ' ᾖ φλεγματώδης, ὃ τι φλέγμα.

His peractis, per ſuaueolentia veterum fouebis opportunè, *tandem vt peſſarium emolliens interdiu intromittas.*

9 Μετὰ δὲ τοῦτο, πυριᾶσθαι τὰς ὑστέρας εὐώδεσι, καὶ τροχίσκους μαλθακτήρια τιθέναι τὴν ἡμέρην.

Sin autem denſiori corpore illa videbitur & adſtricto, ſuffiri oſculum vteri *per totum diem* oportebit, *nec non etiam ſubiici quæ emolliendo proſint: & lauari poſtea aqua calenti, ac plumbeas fiſtulas intromitti.*

10 Ἢν δὲ στερρὴν ᾖ, ὃ στόμα πυριᾶν ἅπασαν ἡμέρην, καὶ τὰ μαλθακτήρια τροχίσκους· ἔπειτα λοῦσαι θερμῷ ὕδατι, καὶ πίνειν τὰς μαλίζους.

Deinde verò grana aliquot *ſalis & myrrham in linteolo poſtquam colligaueris, & in lana elixam picem, par quidque ſcilicet horum & æquale efficiens paruæ gallæ,* penitiùs *diem & noctẽ imponito.*

11 Μετέπειτα ἢ ἅλας κόκκους καὶ σμύρναν εἰς ῥυπάριον ἀποδήσας, καὶ τὴν πίσσαν τὴν ἐφθὴν σὺν ἐλαίῳ, ἢ δύσματα ξυμμίξας, ἴσον ἑκάστου ποιέων, ἴσον κυκλίσκου σμικροῦ· τροχίσκου δὲ ἡμέρην καὶ νύκτα.

Exinde interquieſcere oportebit, *ac iiſdem ipſis ſuffiri.*

12 Μετὰ ἢ τοῦτο καταλιπεῖν ἡμέρας ἕξ, καὶ πυριᾶσθαι τοῖσιν αὐτοῖσιν.

Sed & Gnidia grana cortice dempto ſubiicienda erunt, ad vnius aut alterius menſuram potionis, ac tantumdem contriti piperis ad læuorem, permiſcendo oleum Ægyptium albũ & mel præſtantiſſimũ.

13 Περιτιθέναι δὲ καὶ κόκκους κνιδίους ὅσον δύο πόσιος, καὶ πεπέρεος τρίψας λάβα, καταμίξας ἔλαιον Αἰγύπτιον λευκὸν, καὶ μέλι ὡς κάλλιστον.

Hoc totum *poſtquam illiueris lanæ* carptæ *& in orbem complicaris, pinnatum intromittere* oportebit *totum diem & noctem.*

14 Τοῦτο ἐμπλάσας τὸ ἐρίῳ, καὶ καταξύσας, πτερωτὸν περιθεὶς τοῦτο ἅπασαν καὶ νύκτα.

Atque ſi hac arte *tibi expurgata videbitur, præſtiterit miſſam facere: ſi contrà purgatione egere, à remediis ceſſãdum erit binos dies, ac poſtea denuo quod peſſariũ cum cucumere ſyluestri* confici ſolet, *diem & noctem intromittendum.*

15 Καὶ ἢν σοι δοκῇ κεκαθάρθαι, ἄμφω ἐᾶν· ἢν δὲ δοκῇ δεῖσθαι καθάρσιος, δύο ἡμέρας ἀφελκτέον, καὶ αὖθις ὃ ξυὸν τῇ σπύρῃ ἡμέρην καὶ νύκτα τροχίσκους.

Indéque netopum, & roſaceum odoratiſſimum, & adipem liquefactum cerui, lana ſubiicies vnum diem, & calida multa lauabis quàm poterit fieri minima cum moleſtia.

16 Κἄπειτα ὃ νήτωπον, καὶ ῥόδινον ἔλαιον ὡς διωδέσατον, καὶ ἐλάφου στέαρ τήξας, εἰρίῳ τροχίσκους μίαν ἡμέρην, καὶ λοῦσαι πολλῷ τῷ θερμῷ, ὡς οἷόντε ἧ ἀνάλγητος.

EXPLICATIO.

SVPPRESSIONIS incommoda lochiorum quum perſequatur Hippocrates (hoc enim eſt quod prima huius hypotheſeos verba ſonant, μὴ κατάσχῃ, inde nimirum vt edoceamur ex ſententia Hippocratis

pocratis nihil dum adhuc effluere prorsus puerperiorũ) quęnam censeantur partes ad hunc refluum humorem suscipiendum aptiores capaciorésque, quàm quæ vicinæ & spongiosæ? Huiusmodi sunt autem mulieris abdomen totum & crura etiamque lien, vt demonstratum abunde fuit commentarij primi statim initio, vbi de molliori mulierum carne diximus. Hæ verò partes & vicinę sunt & sanguinis capaces. In quibus dum suppressus stabularur humor & coacerυatur ex suppressione, rumis coucalescens tãdem putrescit. Indéque adeò vapor erumpẽs, adeóque idem ipse refluus humor, πρὸς τὰ ἰξύας in lumbos, ibidem ciet dolores atque rigores. Cæterùm ἀπλοῦν simplex hîc quidem est, quod idem compositum vsurpauit Hippocrates in re cõsimili, libello de Virginalibus. Quibus vtrisque locis impetus humoris significetur & acerbitas quoque doloris, sanguini hîc & illic exitu denegato. Si tot autem libello de Virginalibus ac tantæ calamitates ingruunt ex suppresso laudabili sanguine ac turgescẽte solùm virginibus, nũc ad copiam lochiorum si deterior conditio accedat & vitiosa qualitas; quid nou mulieres in exitium, ne dum acerbiores ærumnas & quæ sunt grauiora superioribus symptomata, præcipitet? Septis adhuc suis retinetur humor lochialis, sed cumulatior factus & nimis putrescens; participes suæ labis partes alias sæpenumero facit, etiámque eas penes quas corporis reliqui principatus est. Has hoc loco dixit Hippocr. τὰ κυριώτατα, in quibus est & principatum cor tenet semper communi Medicorum consensu. Quod quidem in cõsensum tandem trahitur, in deteriorem scilicet statum commutato calore naturali: qui quum sit febrilis & deterioris alicuius naturæ, quia tetri odoris parens in excrementis, inde debiles arteriarum (σφυγμοὶ βλακικοὶ) redduntur motus. Etenim præter oppressionem quam facit cupia sanguinis, in se etiam sanguis ipse aduersum quiddam & quasi venenatum continere potest, quippe cùm sit lochialis non solùm, sed etiam putris, è quo rumorum teter quidam & grauis vapor cor arcem vitæ oppetat seriátque. Vsus si hîc in febre auctior erit simpliciter (ἐὰν μὲν οὖν ἐξίσης αὐξηθῇ αἰσθόμενον) acutior quoque tum pulsus erit & clarior, vt in diuersum statum mutatio fiet causis aduersis præsentibus ὑσταί́μque verè commutatis.

Τῶν πολλῶν μηχανημάτων τῶν νόσων] Quæ quidem omnes ferè incidunt molestiæ, vt primùm lochia suppriμuntur, hoc est morbo ineunte. Nam si auctis de causis & (πρὸς τῷ χρόνῳ) gradiẽte morbo vicinię claustra, hoc est iuteriοris corporis, restringantur; vt inde etiam solùm vaporis modo erumpat humor versus superiora, τὰ κάτω τῆ προσώπου ὑπωφαίνοντα, quæ sunt infra zygoma cauæ faciei partes rubore suffundentur hoc est, vt sententiam nostram simul explicemus, caput vapores etiámque humores tandem capit, quorum est parens frequenter aut potiùs comes myrias malorum, de quibus plura leguntur in fragmento de Virginalibus apud hunc eundem autborem. Hæc verò non tantùm elucent nec apparẽt foris, sed intus in capire plura cõsurgunt quæ cerebrũ percellant & quasi euertant; vnde symptomata penè innumerabilia tãdem cõsequantur. Isthæc verò sint de calamitatibus suppressionis eiúsq; symptomatis.

Quæ sunt curationis, his verbis proximè continentur, ὅσα οὖν ἰσχι. διδόναι κῶφα σιτία, quæ quum ita sint, cibos et leues, hoc est, vt ipse aliàs, debiles, oportet exhibere. Vbi curandi ratio primùm cõsistit umnis in diætæ modo & purgationis opportunitate. Atque hæc quidem vtraque tonus corporis suot, hoc est totũ subiectum respiciuut spectantque. Vt videlicet vniuersalia artificiosè, id est arte Hippocratea, præmittãtur perpetuò (sicut vulgus loquitur) particularibus. Summum porrò Hippocratis artificium in ciborum & catharticorum delectu spectatur, vti videre licet & obseruare etiam restrictè in eius oratione. Quæ quum vtraque vtrisque communia sint viris & mulieribus, iam properãdum videtur pro instituto ad muliebria: si priùs dignitatem artis, hoc est artificij Hippocratei, in leuiorum vsu præscribendo ciborum notauerimus. Κῶφα σιτία, leuiores ergo cibos Hippocrates imperauit accommodatè, siquidem redundat sanguis in hypothesi; ne solito plus vires opprimantur, & incipiens geminetur oppressio: sed sic potiùs applicet uatura sese in eo euincendo cumulatiori & absumẽdo sanguine exuperãri. Cibi etenim leues leuiter & valde parum corpus enutriunt. Itaque mulieris corpus sanguine nunc redundãs lochiali, assumpti leues illi nunquam onerabunt. Facilia sunt reliqua de purgantiũ vsu in Hipp. oratione.

Μετὰ δὲ τοῦτο] Quibus antegressis transeundum monet ad affectam partem & singularia eius remedia quæ (περιῶσαι τὰς ὑστέρας ὑπόθεσιν) suffitus sunt aromatum, vt aph. 28. lib. 5. (καὶ πεσσοῦσαι μαλθακίσειεν) & pessarium emolliens, quod admitti primùm (πλὼ ἡμέρῃσι) inter diu tãtùm voluit Hippocrates & retineri. Huic si nou parebit tamen malum remedio vtrique, vt quom (τρίτῃ ἢ) adstricto est corpore mulier & densiori, præterquam quòd tum (τὸ σῶμα πυκνοῦται) suffumigabitur oscillum vteri (ἄπαξ τοῦ ἡμέρου) diem totum & continẽtet, etiam quibus emolliri illud idem possit, pessaria iubet (πεσσοῦσθαι) imponi & quæ siut diuersi generis, progrediendo scilicet ad fortiora. Ea enim de causa in hoc eodem sermone quod nou ita pridem μαλθακίσειεν, nunc statim μαλθακίσεια minutatim iubet vsurpari, sed vti diximus commutando gradatim (ni uos ipsi fallimur) ad fortiora. Quæ si & hæc quoque minùs voto satisfacient, (ἔστω λοῦσα) calida nõ tãrùm debet lauari, sed post balnea & lotiones multas, (πόνοι τοῦ μυελοῦ) appositæ fistulæ eodem loco debẽt cõriueri diu scilicet ad maiorem apertionem eiusce partis atque dilatiouem. Sic enim antea Hippocrates quum præcepta prupuneret quæ mulierem etudiant de excipiendo & cũcipiendo semine viri, scilicet ad prægnationem faciliorem. Itémque alio postea loco vbi oscului vteri dirigẽdum & restituendum erat suo loco. Μετέστω δὲ ὅθεν, quod dicebat alio antea loco, ὅπως ὑφῃρέθη, hoc est detractis aliquantùm pòst fistulis, partes æquas salis cõmunis & myrrhæ excipit linteo. Deinde cũ elixa pice suaueolentia commiscet modo explicato atque mensura, ab Hippocrate. Hæc ergo simul commiscẽs omuia Hippocr. in modum pessarij efformat, quod deinde diem & noctem supponit velut vehemenuius quiddam. Vt cuius tres totos dies (καθαιρεῖν) intermitti vsum oportere deinde moneat. Interea enim nec eius vis iousta seriatur; recreatur vterus tamen aliquantùm, quò postea iisdem possit πεσσοῦσθαι, suffiri faciliùs, & item eorundem vapore vtiliùs suffumigari. Vehemẽtiusculum postea & hoc pessarium statim sequitur, πεσσοῦσθαι δὲ καὶ κάπρας ἀλατίδας, &c. Conterit Hippocr. nostra sententia semen thymelææ (quanquam

Galenus aliter, dum dictionem κάκτου exponit in exegesi sua) quod est granũ Gnidium Dioscoridi lib. 4. cap. 167. detracto putamine & quantum in duabus potionibus assumi securè potest ac exhiberi tutò pro consuetudine. Sic enim ὅσον δύο κύκτας visum est exponendum uobis hoc loco. Quod quidem quotquot sunt interpretes, exposueruut de potus mensura parum intelligenter. Nec dum quod ipsi volunt, planè sumus consequuti, nisi uunc ὅσον scriptum & intellectum de copia mensuræ putemus Gnidiorum granorum, qua solebant ipsa propinari vna etiámque altera potione communi ad libertatem alui & deiectionem.

Πεφθὰς πεῖλας] Piperis tantundem fortasse adiicit quod ad irritandum rodendúmque aptum satis est, etsi temisliùs aliquantò remedio superiori, etiámque (λεῖα) attritum in puluerem quàm tenuissimè. Thymelææ enim folia Dioscorides solo appositu partus uecant. Quod præstabit potentiùs semen, nostro quidem indicio, excorticatum & attritum. Adeóque vt quadamtenus eorum vis retundatur vtriusque, oleo excipiuntur Ægyptio & melle præstanti, quanquam & agant similiter & idem procurét, hoc est hîc quoque admisceantur, in eundem scopum. Hæc verò vniuersa ad rationem compositionis & misturam pessarij adhuc pertinét. Quænam etiam eius ipsius forma aut potiùs formatio esse poterit, Hippocrate authote? Nou parum enim hoc habet obscuritatis. Τῶν ἱμαντάων ἐν ὑγρῷ, commiatum hoc totum postquam inspexeris lanæ & circumuolueris ὑφαντῷ pinnatũ, (vt in amhitu multas pessarium habeat pinuulas, & eminẽtias quasdam circum se, veluti ædificium pinnas aut in lateribus columnas) intromirreudum etit hac forma, vbi maneat & retineatur diem totum atque uoctem. Isthæc excorticata postulat uunc Hippocrates grana, quòd, vt Dioscorides scriptum reliquit eodem loco, duriusculum sit putamen eotum. Ideóque quoties idem ipse bilem, aut pituitam, aut aquas etiam dettahi cupit, vsurpari in vsum partem tantùm interiorem voluit. Ex iis etiam granis κυκλάμινον coucinnabat lib. 1. Quæ esse extra rem omnia inre queant videri, si nou eodem pacto ipsius Dioscoridis sententiam sequuti, explicassemus cur nam corticem demi imperarit breuissimus alioqui nostet Hippocrates. De præparatione enim medicamentorum agere præsens nou est nobis propositum, vt nec Hippocrati. Nihil nou discussum prætermittemus tamen quod difficile cuiquam videri queat & scrupum mouere.

Καὶ ἢν σοι δοκῇ καθαίρεσθαι, &c. quòd si purgata fatu tibi videbitur, operæpretium fuerit eam missam facere] Hinc enim licet mentem attendere auctoris & in scopum eius intueri. Nos lochiorum hîc suppressionem ex hypothesi statuimus cum Hippocrate. Qua nunc ergo meliùs arte poterunt grauiora declinari quàm procurata purgatione? Consilium Hippocratis est huiusmodi in aphorismis. Hãc hac ratione frequentibus molitur Hippocrates pessariis. Quorum appositu si lochia promouebuntur, voto abuu de satisfactum putetut Hippocratis. Ideóque ἄμεινον ἐστὶν, eam operæpretium fuerit missam facere: vt maneat intacta & ab omnibus remediis abstineat. Cõtrà autem si (δοκῇ σοὶ καθαίρεσθαι) mulier purgatione opus habere videbitur, quia iuducias facit affectio præsens, (δύο ἡμέρας διαστῆσαι) intermitti remedia turò possunt dies aliquot. Quibus elapsis (καὶ αὖθις) rursus etiam quod ex syluestri cucumere pessarium cõficietur, subiicere oportebit, vt quod postremũ fuit, diem & uoctem. Quis verò eius sit modus, quæ quę illius compositiouem perficiant, si quis nosse cupit; sigillatim ea reperat ex libro quem Hippocrates scripsit de superfœtatione. Atque quod ex eius fructu conficitur elaterium, iu pesso subditum euocat menses & partus uecat, cap. 149. lib. 4. Dioscor. Κάκτου, hoc est exacto hiduo, νήπιον scilicet oportehit etiam adhibere, & quæ sequntur. Arduum verò est, quia sæpe & plurimùm quæsitum esse animaduertimus, quid verè νήπιον sit, interpretari. Putãt hoc uonnulli inter subdititia principatum obtinete; quid tamen illud sit, illi plauè nescíunt, aut non declarant. Arhitrantur alij Ægyptium oleum esse. Hic netopum retinuit Cornarius interpres. Libro de supetfœt. netopum quoque diait, sed per disiunctionem *siue netopum* vnguentum adiunait, ratus quandam suisse formam vnguẽti. Atque si integrum est cuique animi sensa eloqui & scripto mandare, via illis assentiamur qui deceptum esse existimant eum affinitate dictionum, quamquain permagna illa quidem sit. Dioscoridi lib. 3. Galhanum succus est nascentis in Syria ferulæ, quam nonnulli netopium vocant. Quod quidem ex vino deuoratum cum myrrha fœtus deiicit etiam mortuos eodem loco. Notatum id ahs re uou est neque extta sermonem propositum. Maius hoc attamen est, quódque fidem facit longè potiorem, lib. 1. quod præscripsit Dioscorides. Fit in Ægypto (ait) vnguentum quod metopium (vt Ruellius ille, de re Medica perbellè meritus, Latinè loquebatur) patrio uomine appellarunt, propter galhani commixtiouem. Nam lignum, vt est eodem loco, in quo galbanũ enascitur, metopium vocant. Quibus verò id constet, eodem loco describitur, quæ ad rem faciant non dissimiliter quàm quæ sequntur. Ora nempe venarum aperit. Deinde paulò pòst, cum erodẽtibus medicamentis (ait) efficax est, tandémque vteri (non autem, vt reddit alret, vuluæ) spiracula recludit, & duritias eius emollit. In summa emolliendi, vt diait ad extremum, habet naturam. Deinde ἀλόφου γὰρ πῖας, quum adeps cerui duriusculus sit, liquefacit, eique permiscet rosaceum fragrantissimum, vt emollitus ille hac arte aptiùs ex vellere apponatur in sinum muliebrem. Est dicatum explicãdis adipum vinbus caput peculiariter 69. lib. 1. apud Dioscoridem. Vbi vis si omnibus iuest eodem authore excalfacere, mollire, & rarefacere; quid non cum Hippocrate diuino cerui adipem eliciendis conuenire lochiis consentiemus? Vt anserinus gallinaceúsque muliebribus malis conueniunt eodem capite & authore Dioscor. Pergamus ad reliqua, & expendamus, si gratum erit, qua arte quant óque artificio progressus Hippocrates apparet ipsum mobile, hoc est sanguinem lochialem attenuet. Haud enim satis est, quòd vteri claustra laxentur, sed & prætet vim expultricem (quod secundum hîc quiddam est) Naturæ, quæ est etiam toti corpori congenita & insita; oportet sanguinem fluxilem (quod etiam tertium quid est) reddi. Hoc vt consequatur Hippocrates, ipsum fundit balnei repore aut moderato quidem calore. Ab vniuerso etiam corpore euocandus ipse est per laxiores tubos; & quæ concluſa priùs erant, nunc patefacta (ex hypothesi)

hypothesi) vteri venarum oscula; quanquam ab ipso vase, id est vtero, primùm ac maximè. Medicinam facit igitur ordine ac modo admirabili Hippocrates. Quam ob rem totum mulieris corpus ac potissimùm inferiores (κάτωθεν τοῦ διαφράγματος) aqua plurima lauandum esse censuit diuinus Hippocrates semper. Multa (inquam) ne quis balneo tantùm minori hîc locum esse suspicetur parum verisimiliter, quod semicupium barbarè vulgus appellauit. Nec Hippocrates huic tum satis fore ratus est, si multa eluatur; sed præcipit balneo tantisper vtendum donec recreetur & animo cœperit esse melioti. Hoc est mulieri in eo permanendum esse (sic enim ὡς οἷόν τε ὑγιαινούσης exposuimus) quàm fieri iucundè poterit ac tolerantèr, & minima eum molestia. De balnei conditionibus nihil hoc loco. Dicemus attamen scienter leuiori vsu balnei ac parum diuturno quæ intus retinentur, quæque refluxerunt introrsum penitiùs adeóque sursum lochia; vix ac ne vix quidem posse cieri foràsque euocari, vti æquum est, ad sanitatis hypotheticæ mulierum securitatem.

SENTENTIA SEPTIMA.

Καθαρτηρίοισι δὲ αὐτίκα καὶ θερμῷ καθημαρθὴν τὰ ἀμφιπονεύμενα χωρία ἐπιχριέσθω τὸ στόμα τῆς μήτρης χλιερῇσι, καὶ σμύρνῃ, καὶ ῥητίνῃ χλιαρῇ, καὶ θαλπέτω.

At simulatque purgantibus pessariis *& aqua calente* mulier *expurgata fuerit circum dolentes & oppressas partes; illinat oscillum vteri* simul commixtis *anserino adipe & myrrha resináque tepidis*; deinde *etiam fouere* oportebit.

Κλυζέτω δ' ἔτι ὑστέρας τῷ οἴνῳ καὶ τῷ ναρκισσίνῳ ἐλαίῳ τῇ ὑστεραίῃ· ὧν δὲ μὴ ἦ ναρκίσσινον, οἴνῳ μόνῳ.

Sed & postridie vinò perfundat vterum & oleo Narcissino. Si deerit Narcissinum, vino solo.

Ταῦτα ὀχέως σοι τοῖσι τῆς ὀπτιμωίσιον ἡμέρῃ μὴ τοιῆδεν ποιήσεται.

Hæc verò vna die priusquam ferantur menses, tibi vsurpanda erunt.

Ἐπὶ ὧν δὲ τὰ ὀπτιμώια ἥμπαι, ἔστ μὲν ἐς τρίχῃ ἡμέρας, τείουσα μελάνθιον ὁ Κύπριον, καὶ ἅλας χόνδρον ὀπτήσασα, εἰείω ἀναφορύξαι· τοῦτο δὲ τῷ σώματι ἐχέτω ἐπ' ὀλίγον.

Quando autem menstrua eruperint, primis tum diebus vbi cõtriuerit nigellam Cypriam, & affuderit modicum salis, lana subigere oportebit: Hoc mulier *in corpore* intus *contineat aliquantisper.*

Καὶ οἶνος οἶνον ἄκρητον ἡδύοδμα ὀπτήσσοντα φέέτω.

Ac vinum meracum quodque suauioris odoris est, ieiuna absorbeat.

Ἐπὴν δ' παύσωνται τὰ ὀπτιμώια τὴν ἡμέρην, ᾗ ξυὼ γλήχωνι τοιῆστιν, καὶ τοῖς τὸν ἄνδρα ἴτω.

Postquam verò mẽstrua cessarint etiã *diei* vnius tantùm *interuallo, subiiciat quod cum pulegio* pessarium conficitur: *tandémque accedat ad virum.*

Κὴν ἐν γαστρὶ χῇ, ὑγιὴς ἔσται.

Nam si ipsa conceperit, pristinæ restituitur sanitati.

Σιτέοισι δ' χρέον ἐν τῇ καθάρσι τοῖς πύοισι δρήγειν ἐσθίουσι τὴν λαπάζουσιν, καὶ συμμίσγειν τοιῆσαι, σκόρδα, καὶ κρόμμυα, κἠκκωνά τι· καὶ τ' χυλὸν ροφείτω τευτὶ δακτύλοισι.

Sed cibo sustẽtet vires, dum mẽstrua feruntur, oportet, iisque ipsis mercuriale incoquere valde profuerit, & porra, & allia, & brassicã cõmiscere, etiãq; grana thymelææ: deinde tres digitos decocti huius absorbeat.

Καὶ ὄψοισι θαλασσίοισι μᾶλλον ἢ κρέασι χρήσθω· τῶν δὲ γλυκέων εἰργέσθω καὶ ἐλαιηρῶν.

Ac potiùs obsoniis vescatur marinis quàm carnibus; prohibeatur autem ab vsu dulcium & à pinguibus & oleosis.

Πίνῃ δ' αἰεὶ οἶνον ὃ ἀπὸ τῆς δαιδὸς, ἕως τ' αὖ καθαίρηται.

Vtile est & inani stomacho semp tædaceũ vinũ bibere, donec ipsa expurgabitur.

Ἐν δὲ τοῖσιν ὀπτιμώισιν μάλα πινέτω.

Fluentibus autem menstruis ipsa liberaliùs assumat & potet.

EXPLICATIO.

SVÆ artis est ac methodi industrius semper obseruator Hippocrates. Itaque καθαρτικοῖσι pessariis purgantibus & aqua mulierem deterſam nuper volebat pluribus modis. Quod vbi Medicus præstiterit, ne si desistat ab incœpto, contumacior cura reddatur, vltro progrediendum censet, vt αὐτὴν simulatque sic expurgata fuerit purgantibus pessariis & aqua calenti (ad extremum enim sententiæ superioris multa aqua voluit lauari) non corpus vniuersum lauet, sed τὰ ἀμφισπόμενα χωρία, tantùm circa vterum & eius vicinas partes exteriores, quæ quum vix tum queant expetere esse doloris, tantisper in ijsdem perseuerandum consuluit, donec fructus aliquis percipiatur. Eadem deinde hac de causa inungi osculum vteri quod introrsum spectat, præcipit per verbum ἀναμῆσαι, simul scilicet anseris adipe & myrrha & resina cõmixtis inter se. Quæ esse debent omnia, dum iisce partibus admonentur, (χλιαρῇ) tepida: aut aliàs quidem potiùs (θάλπουσι) actu calida: nisi malis, iisce appositis calida superponere, quorum contactu calor ibidem foueatur & conseruetur. Sic enim eorum vis citiùs ad peragendum suscitatur, eadémque ratione eorundem energia euadit maior. Foris quidem cautum antea fuit aquæ fœtu calidioris, pessariis & inunctionibus; prouisum quoque est intus oscillo vteri atque eiusdem stomacho. Sed nihil dum admotum est vteri cauo quo pertinent omnia venarum oscilla & arteriatum, è quibus & menstruus & lochialis status certòque tempore stillare sanguis consueuit. Præstat hæc verò nũc Hippocrates infuso per metranchytam (κλύζειν δὲ καὶ ὑσσὸν τοῦ οἴνου καὶ τῆς ναρκισσίνου ἐλαίου) vino albo, si bene conijcimus, in quo attenuandi aperiendique vis maior inest: constat infusum & Narcissino oleo, cuius descripta ratio est lib. 1. apud Dioſc. cap. 52. vbi vulnus emolliẽdi attribuit vires & aduersus earum præclusiones. Sic enim Ruellius. Si autem narcissi radix vlcerum sordes expurgat Dioscoridi, & extrahit infixa corpori, lib. 4. cap. 155. uum tibi alienum videatur, si eius ope detergebit Hippocrates vteri coryledonas, per quas sanguinem eliciat ex hypothesi? Has enim in vniuersum poresitates Galenus narcisso tribuit simplicium octauo. Atque postridie idipsum facit, vt cuique sua scilicet agendi vicissitudo relinquatur. Quòd si narcissinum deerit, id tam aptè præstabit vinum, vt solum & per se id possit; quanquam non ita promptè nec vehementer fortasse. Quæ vniuersa tempestiuè & quidem opportunè vsucapiẽda monet, & vteri claustra tum demum reseranda ἡμέρᾳ μιῇ, pridie tantùm recursionis solitæ menstruorum. Tũc siquidem adminiculantem habebit Medicus naturam. Quæ quantumuis onus excutiat suũ, frustra id tamen attentet sine arte proposita ab Hippocrate. Consistet hæc autem in teserãdis orificiis vteri venarũ. Quibus patefactis, &, vt fert hypothesis, agẽte natura tempestiuè; quid obstaculo esse queat, quominùs sanguis ab ea foras propulsetur? Summa est vsus igitur industria Hippocrates, quum & modum & illud tẽpus vtẽdi elegit & definiit explicato modo. Sequitur deinde pessarium aliud ex alia hypothesi, ἐπὶδὲ τὰ ἐπιμήνια ῥήσσοντα, postquam verò mẽstrua eruperint. Erit autem hypothesis ab Hippocrate proposita, Superiorum vsu remediorum iam menstrua ferri & promoueri. Quæ vt primùm superiorum remediorũ eruperint ope, semen nigellæ Cypriæ conteri iubet, quod (ἀναφυξῇ) farinæ instar aspersum velleri cum granis aliquot salis, simul in pessarium conformetur. Atque tãdem rudatur in sinum pudoris, ne videlicet ipsa statim subsistant. Penitiùs autem vult vt admoueatur (ideòque ἐς τὴν κύμην ἰέναι dixit significãter, de interno corpore scilicet loquutus: attamen ἐς τὴν κύμην legit Caluus, & osculum vteri intellexit similiter) credimus, quia mẽses fluunt; atque eadem ratione paulisper eodẽ loco relinquatur. Nam affuso introrsum sanguine menstruali, & eo fortasse concreto, vis commixtorum retusa obliteratur, & via currenti præcluditur. Deinde verò illius eiusdem sanguinis & faciliorem & citatiorem Hippocrates depulsionẽ facit meracioris vini potione & suaueolentis, quæ fiat inani stomacho, hoc est ieiuno. Namque (ait) καὶ γὰρ οἶνον ἄκρητον ἰσόθερμον ἐπιτήδειόν. Sic enim viribus magis integris sanguinem vinũ ciet, naturamque confirmat & suscitat celeriùs ad munus suum, quod suscipitur propulsando fœtus in hypothesi. Ne quis nimium vini potionem meracioris referendã putet ad rationem victus; hoc est inter cibos vinum hic vsurpari existimet & inter epulãdum, quum Hippocratis mens sit hic ad medicandũ conferre. Cæterùm quis non etiam nunc summam authoris industriã non demiretur? De proritandis lochijs cœpta Hippocrati oratio fuit. At propter diuturniorem illorum moram periodúmque appetẽtem, quæ vt plurimùm menstrua esse consueuit (ἡμέρᾳ μιῇ πρόσθεν πλείονος, pridie enim eruptionis menstruorum consuetæ, suscipi isthæc omnia ponit oportere) nunc iam mutato nomine haud sine magno & admirabili artificio eandem semper materiam intelligit proritandam esse. Itaque πρὸ τοῦ ἐπιμηνίου dictionem vsurpare maluit quàm aliter loqui. Sed quorsum nunc obseruandam iubet desinẽtem naturæ depulsionem notata diei vnius intermissione? Scriptũ enim est, ἐπὶδὲ πλείονας τὰ ἐπιμήνια τοῦ ἡμέρου. Atque per istud quidem interuallum, quod cùm pulegio conficitur pessarium subiiciendum esse. Quò scilicet retentrix vteri sic suscitata vis auidiùs semen excipiat in congressu, & exceptum circumplectatur atque cõcipiat. Quanam enim alia ratione mulierem horteretur Hippocrates, vt vitum adeat, ac tum cum eo congrediatur? Perpetuum est Medici propositum valetudo prospera siue sanitas. Quam mulier, si fortè nunc conceperit, certò consequatur. Quippe semen quod tum ex hypothesi conceptum est, sanguinem suppressum qui mulieri antea negotium facessebat, paulatim absorbebit & absumet. Suaui ergo hac industria mulieri sanitatem conciliabat noster Hippocrates. Superioris consilij egregia hæc quædam ratio quasi ponatur, ac si dixisset ipse sic, Nam si hac tum arte mulier conceperit, omnino saueſcit ac sibi restituitur. Namque alioqui verendum esset ne recurrentibus mẽstruorum periodis ad securam mulieris valetudinem, idem ipsum identidem perpetuò faciundũ foret. Σιτίοισι δὲ χρὴ ἐν τῇ καθάρσει] Ei quod ieiuna mulier suaue ebiberet nuper atque meracum, cibum capere nunc opposuit Hippocrates, ac si vellet ipse; Dum purgatio fit & menstrua feruntur, vt à cibo ipsa se tẽperet cõsineatque, sicuri priùs, necesse tum non sit,

aut vt cibos

aut vt cibos assumar leuiores: quinimo fortiori cibo & aliquantò pleniori reficienda est, ne menstruorũ depulsioni vires oppressæ alioqui tũ sufficere nõqueãt. Sic enim εὐπίνει δὲ χρὴ ὁ τῇ καλαφῇ, perplacuit interpretari. Redit igitur Hippocrates ad cœptum antea de mẽstruali purgatione suum sermonem. Vnde πρὸς πότους, iis vt adiiciat, monet, misceátque tanquam egregium quiddam mulier mercurialem, & eam incoquat, & quæ reliqua sequuntur in oratione. In quibus κύκεωνα rhymelæx grana incoquat etiam oportet, vertimus facti certiores & eruditiores aliquãtò lectione superiori Hippocrateæ orationis, quæ de re eadem fuit & scopo consimili. Verumenimuero quòd plerique discruciant se in expositione τῶν χυλῶν καὶ τῶν χυμῶν & vtriusque explicando discrimine, nos non quidem præterimus, nec quòd etiam ad præsentis loci explicationem quiddam id conferre possit. Reuera recens est expositio & inaudita quidem hactenus, quam nunc ipsi dedimus. Apozema diximus aut decoctum quidem significare. Id magis familiariter iusculum vulgus appellat. Audentes porrò etiam monemus, quòd nostra hæc quidem non est, sed Hippocratis explicatio, in cuius mentem lubentes iurauimus. Incoquit Hippocrates hæc quinque quæ simplicia dicuntur, & quorum vires prætermittimus de industria, ad alia festinantes. Incoquit ille (inquam) & commiscet cum cibis attentus semper in scopum propositum. Est autem nunc lochia proritare suppressa. Deinde huius decocti (περὶ δικτύλους) quemadmodum vulgus Gallorum loquitur, digitos tres propinat, non sine magna, vti dictum fuit, & admirabili medendi methodo. Quæ genuina (ni nosmetipsi magnopere fallimur) & vera Hippocratis est sententia. Quam quidem quotquot nos præcesserunt ætate interpretes, quum minùs assequuti essent, pro περὶ δικτύλους, vitiosè πῶν legerunt Græci scriptores: interpretes autem Latini hanc vtramque dictionem aliquantò cautiùs prætermiserunt, mensuræ nomen & notã esse minùs aduertentes fortasse. At cur ἕψειν θαλασσίοισι μᾶλλον (hic enim ὄψον cum Athenæo τοῦ τὰ κατασκευαζόμενα εἰς ἔδεσμα, scilicet omne quod comparatur & apponitur ad edendum, propriè sumendum esse cogitamus & defendimus) vescendum marinis potiùs hoc loco quàm carnibus suadeat Hippocrates, exponendum iamiam est. Ista hæc enim ad fluendum inepta videantur & crassum sanguinem creare, pigrum quoque lentúmque. Sed admodum tamen sic cautè per Hippocratem. Ne scilicet quæ suppressio sanguine mulier opprimatur in hypothesi, duplo opprimatur magis, assumpto nempe quodam fortiori cibo, hoc est carnis esu. Aptitudinem verò perfluendi nunc accommodatam in sanguine ex marinis creato concretóque conciliauit, eámque retinuit Hippocrates vini χρὴ τῇς δυσὶς, tædacei vsu matutino & diuturniore. De hoc autem virbúsque eius antea pluribus. Atque tantisper perseuerandum esse in huius vsu intellexit (ἐς τ' ἂν καθαίρηται) donec erumpant lochia aut quidem menses. Dulcibus contrà interdixit & oleosis, quum explicara de causa cibus non debeat esse plenioris nutrimenti. Quòd si cur (μᾶλλα πιότα) vini tædacei potio liberalior esse debeat menstruis fluentibus addubitabit aliquis apud Hippocratem, sibi satisfactum abunde puter, si memor fuerit, quòd multa diuturnáque lochiorum suppressio nunc delenda statuitur ab Hippocrate. Imò verò quòd compensanda est pariter diuturna lochiorum ista hæc suppressio profluuio menstruorum liberaliore.

lib. 7. initio.

SENTENTIA OCTAVA.

Ην δὲ ὀλίγῳ ἐλάσσονα τῶν δέοντος χορήσῃ γυναικὶ τὰ λεχεῖα, οἷα τῶν μητρέων γενοσόμων ἐουσίων καὶ παρεσταμμένων, ἢ τῷ αἰδοίῳ ἢ τι μυκτῆρος κάρτα ἀπὸ φλεγμασίης, ἢ γυνὴ πυρετώδης ὀξέως, καὶ καρδιώσσῃ, καὶ ὀδύνῃ ὃ σῶμα πᾶν, καὶ σφαδάζῃ. 1

Quòd si puerperia fortè *pauciora quàm par sit, aliquantò fundantur, quasi vterus angustioris osculi sit atque peruersi; aut pudendi pars quædam valde conniueat ab inflammatione: febrit acutè* tunc *mulier* puerpera, *ac stomachi tentatur morsu, totúmque ei corpus condolet, nec vllo stare loco potest* præ anxietate.

Καὶ ἐς τὰ ἄρθρα τῶν χειρέων, καὶ τῶν σκελέων, καὶ τῆς ὀσφύος ἡ ὀδυνὴ φοιτᾷ, καὶ τὸν ἀμφὶ τοῦ ἕδρου τόπον, καὶ ῥάχιν, καὶ ἰσχία τινὰ, καὶ ἀχρεΐα τινὰ τῶν μελέων τὸ σῶμα ὅλον γίνοιτο. 2

Nec non etiã modò ad brachiorũ articulos, modò *crurũ, etiámq; lũborũ quasi quodã modo vagatur dolor; ac pars quoq; illa quæ circũ cerui cẽ est, vt & spina & inguina cõdolebũt: nõnulla* denique *mẽbra corporis infirma reddẽtur impotentiáque.*

Επειτα πῦρ ἐρεμνὸν, φρίκη πολλὴ φλογερή. 3

At febris inde mitescit, fit rigor contrà valde manifestus.

Εμέουσι δὲ καὶ φλεγματώδεα, πικρὰ, δριμέα. 4

Ac tum etiam vomitione pituitosa redduntur, amara, denique *acria.*

Καὶ ἀμφὶ τῇσδε ὧδε ἔχει. 5

Eiusmodi sanè est huiusce mulieris status.

Καὶ οἱ ξυμβήσεται, ὧν μελεδαίνεται, 6

Est tamen futurum, vt si diligens cura

ſuſcipiatur, ipſa conualeſcat: ſin minùs, vt quidem *claudicet, aut manca ſit & corporis quibuſdam capta membris.*

ὑγιὰ γηράσας· ἢν δὲ μὴ, χωλὴ ἢ ἀχρεία τῆς μελῶν γίνεσθαι τῶν σώματος.

Cæterùm hic morbus non eſt admodum moleſtus, nec toleratu grauis. 7 Ἀφορᾷς δὲ ἡ νοῦσος ὁ πόνου.

EXPLICATIO.

ſent. 6. huius comment.

INTVMESCEBANT antea venter, ſplen quoque, καὶ τὰ πλευρὰ, crura, brachiáque. Præhendebat eadem de cauſa febris & rigor, nec non vnà cum ſanguine recurrebat ad connexiones lomborum ingens dolor & ad viſcera: pleraque alia dira iuſeſtáque magis à partu ſymptomata enaſcebantur ex ſuppreſſione lochiorum, de quibus cauſiſque eorum abunde tractatũ ſuperiùs à nobis eſt cum Hippocrate. Quo loco ſic ipſe loquebatur, ὧν δὲ ἕνεκα τῷ πόνῳ μὴ καθαρῷ, εἰδέναι ἢ χαλεπὸν καὶ ὀλίγον ἢ πολὺ, &c. Hîc autẽ hypotheſis oon eſt, lu totum (vt antea) ſupprimi puerperia, ſed ὅλην ἰκάνως parciore iſta ſundi manu, quàm è re ſit puerperarum. Vnde fit vt tunc exoriantur tandem & tot ferè tantæque calamitates & ærumnæ mulieribus ex propottione, de quibus ſuam ſententiam explicauit Hippocrates in oratione. Atque paucitatis lochiorum tres cauſæ hoc loco tantùm notantur per hypotheſin, Anguſtia oſcilli vteri, eius diuerſio in aliquam partem, & alicuius partis pudendi conniuentia propter inflammationem. Quibus ſanè de cauſis ſupprimi in totum lochia poſſunt eodem authore aliàs, nedum pars eorum retineri tantùm. Audiamus iam igitur quid ſiniſtri patſimonia vehat eorum.

Πυρετὸς ὀξὺς] Febris autem eſt quæ, cui inde fiat acuta, explicatũ antea eſt ex comm. Galeni in ſent. 2. comm. 1. in ſext. Epid. Vt autem ex bile febris vulgò naſcitur, ſic hæc parens eſſe poteſt bilis copioſæ. Vnde mulier puerpera (etſi id veriùs aoũc ex refluxu ſanguinis ad ſuperuas partes eueniat) καρδιώσσει, ſtomachus à bilioſo ſaltem ſanguine commotſus vellicatur. Eadémque de cauſa ὀχρὸν, toto etiam puerpera corpore doler. Siquidem ſanguis qui tẽpeſtiuo exitu prohibebatur, ptimùm refunditur tunc in corpus vniuerſum. Cui quum copia ſit ipſe moleſtus, ſe ipſo calidior iure tandem redditur. Hac enim de cauſa tantùm, huius libri principio exiſtimauimus mulieres eſſe calidiores vitis cum Hippocrate. Atque tum doloris quoque cauſa eſt aſcititius ille calor. Imò verò & cur mulier etiam φρενῖτις, hoc eſt (ſi voles cum Galeno in exegeſi ſua) διάφορος, ſe moleſtè gerit & anxia eſt. Etſi aliter φρενῖτις (quòd propriè eqnorum ſit qui paſtu oppreſſi, nullo queunt loco ſtare) Latinè conuerterit M. Tullius tertia Tuſcul. nono tactu exagitari ex Euripidis Theſeo. Vt hoc fortaſſe ſenſu velit nunc idem Hippocrates ſignificari; atque qnũ dicerer antea lochiorum ſuppreſſionis incommoda commemorando, διὰ δὲ ψαύειν αὐτὸς, ὀχρὸν πᾶν τὸ σῶμα, quo loco explicatæ ſunt iam cauſæ omnes omnium quæ nunc recenſentur ſymptomatum; quum eadem propagari dicantur vtrobique, imò plura illic grauioràque enumerentur.

Καὶ ἐς τὰ ἄρθρα πόνοι χρὴ πόνοι, &c.] Ita menſibus diu ſuppreſſis Phædhnſæ vxori Pytheæ vnà cum dolore ad articulos rubores oborti ſunt: ὀδύνη φαιτὸς, hoc eſt ὀρμὴ, impetu quodam nunc ferri dicatur ſimiliter dolor ad articulos. Articulos inquam πόνοι χρόνιοι, non quidem ſolummodo mannũ, quemadmodum illi opinati ſunt; ſed brachiorum, ſicut quodam loco loquebatur Ariſtoteles loquendi veterum imitatus cõſuetudinem. Sic enim & hic noſter imperauit libello de ſuperfœtatione bis vſus verbis, γυνὴ ἥτις ἀφικύμων (hoc eſt expoſitore Galeno, ἡ πρόχοος ἐγκύμων γενομένη, quæ citò ac facilè prægnans redditur) ἑώθει πίπτουσι κυίσκεσθαι, φλεβοτομέοντι δὲ τῇ ἀριστερῇ κατὰ τὸν πόνον καὶ τὸν ὠκεῖαν. Quæ facilè grauida fiebat, ſi concipere ceſſabit mulier, ei per ſingulos annos bis è brachio vtroque & crure ſanguis detrahatur. Non enim niſi ridiculè dixeris è manibus, ſicut dictat percelebris illa venarum partitio quam pro autboris ſententia & dignitate rei, plutibus antea explicauimus. Ergo quæ ſunt in motu reliquiæ puerperiorum vbique partium indicia plerumque edunt ſui. Siquidem per tubos venarum arteriarúmque refunduntur & ad omnes partes corporis pertinent, quibus negotium faceſſant. Quæ etiamſi in aliquam partem obſirmarint ſeſe, (ἀκρασία πρὸς τὸν μόριον) hæc oon imbecillis tantùm & ignaua ad opus redditur ſuum; ſed impotens, quaſi capta motu aut quidem ſenſu. Sic enim libro de morbo ſacro ἀκρατὴς γίνεται ἑκάτερος τὸ μέρος, impotens corporis pars redditur per interceptionem ſpiritus aſſumpti: & ἀκρατὴς ὁ πόδες ἐς ὁδοιπορίην γίνονται, impotentes ad iter faciendum pedes, per torpotem ab opptelſione ſuppreſſi ſanguinis, in fragmento qnoque de Virginalibus. & aliis denique pluribus locis apud Hippocr.

comment. 1. ad ſentem. 1. lib. 1.

Ἔπειτα, *deinde*] Hoc eſt, poſteaquam infirma quædam pars corporis tantam lochiorum portionem exceperit, vt priſtina natiuáque deſtituatur facultate per oppreſſionem: πῦρ ὀρμαῖον γίνεται, non quidem ſine ratione tunc febris miteſcit, quum non ita pridem dicta ſit mulier febricitaſſe ὀξὺς, vehementer & acutè; Omnis nimirum quum intus antea circumſeptus humor contineretur circa præcordia. Rigor contrà valde φαυλὸς, tum ſenſibilis eſt in reliquis nempe partibus corporis, ac potiſſimùm in præcordiis. Inde enim rigoris cauſa materialis educitur. & quæ quia vomitione reiicitur; leuamen aliquod adfert ſæpenumero. Primùm attamen pituita qua ferè fundum ventriculi perpetuò narat, redditur. Dicebat Hippocrates, ἐμέουσι δὲ φλεγματώδεα hac quidem de cauſa: ſecundo poſtea loco πικρὰ amara reiiciuntur, cuiuſmodi ſuapte natura bilis eſt, lib. de nat. hum. tandémque δριμέα acria mordaciáque, quorum ſtimulis ſtomachus pungebatur. Nam ciebat cardiogmum ouper corrodẽs humor apud Hippocratem in hoc codẽ morbo. Quæ quidem vniuerſa quanquam videantur eſſe ſymptomata, καὶ ἁμφὶ πᾶσι ὧδε ἴσχε,

ac in ea

ac in ea quum sic appareant & habeant omnia sese: si tamen curam sedulam Medicus, sicuti decens est, adhibuerit; (ὑγιὰς γένηται) mulier omnino & integrè conualescit. Ne quis fortè morbum hunc prorsus pernicioſum esse putet & lethalem. Atque vt breuiter nostram sententiam aperiamus, quidquid dubium & formidabile per se ex eo euenire queat, etiamsi eius spernatur euentus, ac Medicus manum non adhibeat; (χωλὸν ᾖ) claudicatio est: non autem (χωλὸν) vomitio bilis, sicut Matc. Fabius interpres perdoctus opinabatur. Apertè nimiùm illius repugnant sententiæ, nedum dissentiunt hæc quæ sequuntur in Hippocratis oratione, καὶ ἀκρατίη ἰσὰ ἢν μέρεον γένηται τῇ ὑσμίνῃ. Vt manca scilicet noo tantùm sioe manu ist hinc mulier fiat, sed etiam alio quodam intercepta membro. Insolens superest dictionis ἄφορος explicanda significatio. Non est enim verisimile sic morbum appellari ab Hippocrate, quòd infertilem ex hoc Hippocrates existimet mulierem reddi & infœcundam: at, vt reddidimus, quia morbus noo sit valde difficilis, sed ferè moderatus; noo grauis & molestus, sed potiùs ἄφορος, tolerabilis. Perperam ergo Cornarius & Caluus interpretes sterilem hîc dici morbum existimarunt.

SENTENTIA NONA.

Ην μὲν αἱ μῆτραι ἑλκωθῶσι, καὶ τὰ λοχία μὴ παρῇ ὡς χρὴ, πόνους ποιήσει. 1

Sin vlceretur vterus, & puerperia, vt par est, non effundantur; dolorem omni in parte mulier *persentiet.*

Καὶ ἢν μὴ μεγάλα ᾖ τὰ ἕλκεα, μελεδωμένη ὸ τάχιστα, ὑγιὴς γένοιτο. 2

Si tamen vlcera non fuerint ampla, ac tempestiuè opera adhibeatur, restitui potest mulier *sanitati.*

Χρὴ δὲ τὸν μελέτιον ἀρχεῖον ποιέεσθαι ἑλκέων τῶν ὸ τῆσι μήτρησιν. 3

Verùm vlceribus obortis in vtero, conferenda verè eò collocandáque omnis industria est.

Ατε γὰρ ὸ ἁπαλῶν ἐόντα, καὶ ὑπαισθήτως, καὶ ἰδρώδεϊ τῇ χιτῶνι· πολλὰ δὲ τὰ κοινωνέοντα, βρέγμα, στόμαχος. 4

Quippe quum ipsa in teneriori sensúsque participe & quidem exquisiti, neruosa cauitate existant: pluribus autem cum vtero communicatio est ac societas, vt verbi gratia *syncipiti*, etiámque *stomacho.*

Γνώμη ἀίσσεται, καὶ κακοξυπνέει, καὶ οὐ ῥηϊδίως ἐθέλει ξυνιέναι. 5

Corruit mens & animus deprauatur, nec facilè intelligit.

Ην δέ οἱ αἱ μῆτραι στενόσωμοι γένηται, καὶ μὴ καθαλάσσωσι τὸν λοχείον κάθαρσιν, φλεγμήνουσιν. 6

At si mulieri fuerit vterus oris præangusti, ac purgationem lochialem non relaxarit; inflammationem ipse *concipit.*

Ην μὴ μελεδήσηται ὸ τάχιστα, πόνους μὲν μᾶλλον ποιήσει· καὶ ὀδμὴ πονηρὴ, καὶ οἰδίσκεται ἡ ἔξοδος. 7

Quæ si non percuretur breui, eam omnia hæc acerbiùs exercebunt: & grauis erit ac teter *odor,* etiámque *exitus turgescit* tumétque.

Καὶ ἢν μὴ φλεγμήνωσιν αἱ μῆτραι, ἀλλ' ὑμα τὸν ἔξωθεν κακὸν ὀζόλμιον καὶ πελιδνὸν ἐὸν, ἢ μέλαν ἐὸν, θρομβοειδὲς· καὶ ἡ γονὴ καθαίρεται τὰ λοχία. 8

Contrà si inflammatio vterum minùs occuparit, suopte nutu effluit malum grauis odoris, atque tum *liuidum* istud *est, aut nigrum* quidem *grumosum existit* & apparet: *eóque modo à puerperijs mulier expurgatur.*

Εστι δ' ὅτε ὐκ ἔξωσιν, ἀλλὰ τῇ γυναικὶ θάνατον σημήνῃ, ἢν μή τις ὸ τάχιστα φλέβα τέ- 9

Accidit verumtamen vt nihil interdum excidat indéque stillet: *sed exitium mulieri* id tum *portendit præsentissimum, nisi quis breui venam incidat aut*

molliat aluum. μὴ, ἢ τῷ χυλίῳ μαλθάξῃ.

Tum etiam profuerit perfundere aluum clyſtere. Ἀμφοτ δὲ καὶ κλύσμα ποιῆσαι.

Quòd ſi mulierem nactus eris ad vomendum facilem, profuerit quoque vomitionem ciere: ſatius præterea vtiliúſque vrinam promouebis, etiámque ſudorem. Ἢ δὲ ἐύεμετος ἢ, καὶ ἐς ἔμετον ἄγλυ· χρέαται δὲ ἐξουρέῃ καὶ ἱδρῶ.

Horum verò occaſio vtendi optima eſt, quum res poſtulauerit. Τούτων δὲ καιρὸς, ὅτε δέοι, ἄριστος.

EXPLICATIO.

Moraos eorúmque explicationem ſigillatim aliquot perſequutus eſt Hippocrates qui ex ſuppreſſione lochiorum accidunt, ſymptomatáque illorum. Connectit nunc quædam inter ſe, & ſimul ea ipſa complexus, exponit quo hîc modo ſequitur. Sit ergo hypotheſis hæc prima cum Hippocrate, vt obſeſſus vlcere vterus ponatur: ac etiam non effundi puerperia, quantùm mulieri ſoleat perneceſſarium. His duobus poſitis, πάντα πονεῖ, corpus vniuerſum tandem occupabit dolor. Huiuſce porrò doloris iam ſæpius cauſas expoſuimus, vbi de ſuppreſſis menſibus & puerperiis nuper agebatur. Tum ſermone poſtea de lochiis intermiſſo, obiter quædam ſcribit notatu digniſſima de vlceribus, partitus ea in ampliſſima & non vſque adeò magna. Atque iſtorum curationem aliàs pertractaturus ex inſtituto, horum ſperabilem Hippocrates facit ſanitatem, modò tamen ὡς τάχι, tempeſtinè ac maturè illarum cura ſuſcipiatur. Potiùs ſiquidem videri queat referenda celeritas ad tempus, (ætatem vlcerum diceremus lubentes, quum ſint nouitia) quàm ad breuitatem ſanationis eorundem, quæ breui debeat ſperari. Non quidem quòd opinemur ſaneſcere ipſa per ſe minori aut paruo temporis interuallo: ſed quòd ſi tempeſtiuè & ſtatim ſuſcipiatur eurario, ad ſanitatem perduci tutò tandem queant. Quanquam & ſecus cogitari, & aliò poſſit referri ὡς τάχι, non ſine veriſimili explicatione. Ac ne quis dubitet aut diffidat potiùs vlcerum vteri ſanationi, hortatur nos Hippocrates quaſi per parentheſin in vniuerſum; (quod apertè reſpondet fauétque interpretationi noſtræ, imò verò ſententiam noſtram confirmat & ſancit) vt habita ratione peculiaris naturæ vteri ac eius ſubſtãtiæ quæ in ſubmolli & teneriori carne cõſiſtit, ſuam omnem operam det, laborem, ſtudium & induſtriam Medicus conferat, eámque exquiſitam, (ἰκνέον δὴ ὡς τῆσι μάλιστα) ad vlcus vteri perſanandum. Ἀφειδέως intrepidè ad verbum dixiſſemus lubentes, quod eſt andacter ſeu confidenter: Tzetzem imitari, ſi ingratum non erit, ἀφειδῶς exponetis aut ἀκριβῶς cum Heſychio & Erotiano. Illi τρίω idem eſſe tamen viſum fuit quod φειδόμαι. Siquidem qui vera loquuntur, non vereantur reprehenſionem: ſicut illi debent qui mentiti oderunt veritatem, eiúſq; lucẽ pro virili fugiunt & vitant. Verũenimuero monemus, vt animaduertant & hinc ediſcant inſolentes noſtri temporis & immeritò ſuperbiẽtes quidã Chirurgi, Quòd viſum eſt noſtro Hipp. quodcunque nimirum vlceris genus deſiderare ſedulam illorum manum, quotieſcunq; in molliuſcula & teneriori carne conſiſtet. Tum namque non eſt quòd obſiſtat quidquam putredini. Superiùs quando de putredine lochiorum actum fuit, diuinus hic anthor ſedulò prouidendum eſſe monebat, vt vlcera inde non naſcerentur magna & putreſcentia. Rationem adſcripſit eodem loco. Vlcerati deinde vteri ſigna perquirens idem ipſe, ex eroſione & morſu prætereuntis per eum ſanguinis, dicere audebimus etiam aliquantùm laudabilis, colligit & æſtimat vterum vlcere obſeſſum eſſe. Dum enim iſthâc purgatio ferrur, dicebat eodem loco, (ea verò fit natura duce) ἀνάγκη ὡς ἄκαιρα ἔῤῥῃ τὴν μήτριον ἕδρην. Qui ſanè locus, vt & præſens, ſi mens bellè perſpicit, pugnantibus cum ſententia Galeni ac contrariis ſtudiis omnino deſcriptus eſt. Siquidem Galen. comment. 1. lib. 6. Epidem. quadam tantùm ſimilitudine vterum neruoſum eſſe opinatus ſit, quum in triplici neruorum notata ab eo acceptione locum habere nequeat: aut vt idem ipſe loquitur Cruſerio Campenſi interprete, ex nullo trium generum vterus neruos multos ſuſcipiat. Contrà verò nunc ſe res habet. Non enim Hippocrati fuit ſatis eam dixiſſe partem ἁπαλὴν, molliuſculam, explicata modò de cauſa ſed πυρώδη, quoque neruoſam. Nec diſtentione ſolùm & contractione facili, ſed ſenſus acumine. Sic enim viſum nobis eſt ὑπερβάλλειν, quod eſt maximè ſenſus particeps & quidem exquiſiti, reddi oportuiſſe. Ergo neruos, quia eorum propriam ſubſtantiam, vterum habere & potentiam, hinc præter vulgarem omnium opinionem etiámque Galeni ediſcemus ab Hipp. Vt neruoſus propriè deinceps dicẽdus videatur, & ſicut iam dictum eſt, ſenſus exquiſiti. Tantum abeſt vt neruos imitetur tantùm. Idem de cole notarum à Galeno legimus eodem quoque commentario: quod & poſteri facilè crediderunt hactenus. Verumtamen inter omnes totius corporis humani partes nullam diſſecando vnquam obſeruare datum bactenus fuit, quæ tot, nedum plures & robuſtos magis & frequentes neruos contineat quàm latera virilis pudendi: muſculos cauernoſos perperam dicere cõſueuerunt Anatomiſtæ, quippe quum expertes comperiant carnis illi eas eſſe partes. Non igitur propter eorpoream ſubſtantiam quæ contrahi diſtendíque queat facilè, quin potiùs ſecundum neruorum potentiam propriè neruoſum illud vtrumq; in Hippocratis doctrina iure audeamus appellare. Quomodo alioqui, vt ipſiuſmet Gal. ratione nitamur, ſentiret ipſe? Quòd ſi neruos qui in vterum

inſeruntur,

inſeruntur, eſſe ſubtiles & perpuſillos Galenus obiecerit comment. prædicto, vti ſe quidem res habet; reſpoſum illi ſit, Quòd freqoentia quoque grandiratem ipſorum compenſat. Porrò etiam exquiſiti ratio ſenſus pertinebit ad voluptatem; voluptas autem ad deſiderium congreſſus refertur, tandémque etiam ad humani generis propagationem. His enim alioquin turpibus & fœdiſſimis partibus pudendiſque ſi natura voluptatis igniculos & libidinis ex hypotheſi detraxerit; proh dij immortales, quis concubitum (facinus hoc tam indignum & horrendum) adoriatur & incœptet? Iiſce ergo in partibus & rebus pudendis inſeuit cautè natura neruos & ſenſus exquiſitiſſimi, quia libidinem & voluptatem omni animanti cumulatè largita eſt ſummo quidem iore ad propagationem ſcilicet generis cuiuſque.

Πολλὰ δὲ ξυναίσθηται, *multa verò cum eo communicant*] Iſthæc ſortaſſe altera ratio eſt, cur ad diligenter & exactè percurandum vlcus vteri Medicum horretur Hippocrates. Quòd cum eo nimirum malè affecto aliæ plurimæ partes condoleant, & pari ferè moleſtia tententur. In iis verò eſt ſynciput. Cuius ſympathiæ explicatur modus multis admodum ab eodem Galen. dicto comment. in 6. Epid. Cur verò in ſui ſympathiam ſtomachum quoque trahat, præterquam quòd antea apertè expoſuimus, patere id ſatis poteſt ex anatome. Eadémq; ratione γνώμη αἴρεσιν ἐκ κακοχυμίας, ratiocinandi libertas tollitur, aut ſaltem deprauatur, etiámq; οὐ φιλίους ὁμιλεῖν ξυνίησι, more melancholicorum colloquium fugit, & hominum congreſſum vitat: etſi in conuertenda Græca oratione, ξυνίησι ad intellectum retulerimus, vt vaporum copia mens confundatur & conturbetur. Imò quæ in virgines vniuerſa cadunt moleſtiæ quæ omnes ex meoſtruorum ſuppreſſione maturorum, iiſdem penè omnibus mulieres in hypotheſi nũc iure poſſunt tentari. Apud Hippocratem legimus ὑπὸ μὲν ἐξοφλισμοῦ μαίνῃ, ὑπὸ δὲ τῆς στραγγὶς φυσᾷ, & quæ ſequuntur reliqua apud eum in fragmẽto de virginalibus, vt in deſcriptis in ipſam cõmentariis explanauimus.

Iam hypotheſis altera ſequitur, ὧν δὲ αἱ μῆτραι τυγχάνωσι, quòd oſculi ſcilicet angustia vteri expurgationem retardat lochialem, indéque (φλεγμήνωται) partis eiuſdem inflãmatio conſequitur. Conſentaneum quoque viderur, vt (ὧν μὴ ῥηγνύηται ἐν τῇ ἕδρᾳ, πολὺ μᾶλλον τούτοις) damna explicata ruperi incrementum accipiant, ſi non præuenerit diligens & quàm maximè opportuna cura Medicorum. Incrementi porrò hæc erunt argumenta ſymptomatum, ὀδμὴ πονηρὴ, putidus ingratúſque odor, & (αἰδοίων) ἕδρας) pudendorum, nedum cruricis, aut etiam vteri adauctos tumor. Si enim à partu ſtatim cotyledones dehiſcunt, ac exæſtuet quoque ſanguis Hippocrate authore per ſuppreſſionem; an non putidum quiddam redolebit hians vterus, & ad extremum pudendi quæ labra ſuot, iure pertinebit tumor? Sic enim ἕδρας reddere maluimus quàm ſecus, quum iam nimirum oſcillum vteri peranguſtum ſit in hypotheſi. E contrario, ſi omoia tam bellè regaotur Naturæ dignitate & magiſterio, vt & oris anguſtiam vteri dilatet & quaſi rumpat expultricis naturæ robur; αἱ ὑμέναιαι ἔξοιδε κατὰ τὸν ὀδυνῶσι τὸν, ἡ μὲν ῥῆξις, ἡ δὲ θρομβώσις, auertet ſanè inflammationem grauis & fœtidus humor erumpens ſua ſponte, qui modò liueſcẽs, modò ater & grumoſus comparebit. Per grumos ſcilicet id euenire conſueuit. Vt hic noo ſecus quàm cùm lac à partu fœminis exire deſierit, dẽfatur in mãmis tandẽ in exigua fruſta concreſcens: Ita grumeſcit & coit nunc ſanguis è propriis effuſus vaſis abſcedens in ſpatia vicina. Id ſæpenumero patet in renibus & veſica: io ſtomacho ant inteſtinis, vt & in naſo, vtero deniq; ipſo. Vide aph. 30. lib. 6. & com. Gal. De quib' eorúmq; cauſis antea, ne hic quid repetatur, ſatis diximus. Quæ ſi vſquã eueneriot, mulierẽ eripient ab omni moleſtia. Namque eo pacto (χιὼν καθαίρῃ τὰ λοχεία) purgationẽ mulier ſubibit lochialẽ feliciter; quum lochia nunquam (ὅτε μὴ ὧν ἰκ ἕξιεν) malis oiſi naturæ rebus reſiſtant. Ideóque hoc nunc eodem dixit loco (διχῇ τῇ γυναικὶ διάκειται σημαίνει) mulieri eſſe funeſtum & lerbale. Dicebat ille lib. de nat. pueruli, νοῦσος αὐτῇ μεγάλη ἔσται, καὶ πονηρώτατον κίνδυνον. Vt ſi à puerperiis mulier repurgata oon fuerit, in grauem morbum incidat, & in ſummo vitæ periculo verſetur. Ηὴν μή τις ἐν τῇ ἕδρᾳ φλεβοτομήσῃ, ἢ τὸν καυλὸν μαλθάξῃ, niſi quis maturè venam ſecet, aut ventrem emolliat, & quæ ſequuntur. Sed poſtremò habitæ orationis ab Hippocrate correctio ſtatim proponitur. Nõ eſt enim funeſta ſemper ſuppreſſio puerperiorum, funeſta (inquam) non eſt ſimpliciter, quando auerti iſtud malum & periculum vitæ euitari poſſit. Vt nunc per correctiooem curationis aliquot recenſeat modos, qui ſuo loco omnes ex ordine declarabuntur; ſi priùs hanc aliàs adumbratam ab Hippocrate methodum curandi adiunxerimus. Dicebat enim libello de natura pueruli de puerperiis loquutus, καὶ πονηρώτατον κίνδυνον, ὧν μὴ ῥηγνύηται ἐν τῇ ἕδρᾳ, καὶ τις αὐτῇ περιτείνωσι ἐπὶ τὴν κύλαφον. Cooiicietut muliet in vitæ periculum, niſi quis (ex hypotheſi) prouidebit ſedulò, & conuenientem protinus purgationem inducet. Purgandi nunc autem illi ſex modi conuenientes explanantur. In eis tenebit primas ſanguinis detractio è malleolo interiori. Recta enim lib. de virginal. ac proximè ab vtero partibúſque vicinis, ſanguis hoc pacto edocetur lochialis. Aut quidem (τὸν καυλὸν μαλθάξῃ) ventrem emollire oportebit cathartico. Clyſmate tertio loco teliquias euocare tentabit foras per inferna. E ſuperioribus autem ventris partibus nonnihil deinde ſuppreſſi humoris, vomitione mouebit. Ea cautione tameo, vt εὐέμετος ᾖ, ad vomẽdum facilis mulier promptáque ſit. His atribus quæ portio craſſiot eſt in puerperiis, expurgabitur.

Κρίνων δὲ διυρίῃ καὶ ἰδίῃ] Sudore verò quod tenue ſupereſt ac aliquantò ſubtilius, diſſipabitur: aut ſaltem ad veſicam deriuabitur per aquæ ductus. Hac etiam cautione, vt in iis vſurpandis (καιρὸς) occaſio captetur. Cæterùm in (ὅτε δέοι) interuallo temporis, in quo nimirum neceſſitas poſtulabit, etiam καιρὸν ſuorſum notat, ita exactus & diligens eſt obſeruator in omnibus Hippocrates. Verteret alius, nec ſine quadam, etſi leui, veriſimilitudine, *horum aliquis modus eſto*. Attamen & in (χρόνου καιρὸς) tempore ineſt, & continetur, & ſpectatur occaſio, prima ſtatim periodo lib. qui dicitur ἀφορισμῶν, è qua deſumpſit de tempore Ariſtoteles quamplurima, eáque diſſimulanter pro more ſuo mutatis verbis dilatauit, auxit, & amplificauit fusè latéque.

SENTENTIA DECIMA.

Quòd si à partu purgata mulier fuerit paulò ampliùs quàm par sit, (siquidem hoc quoque fit, si erit uterus ore patulo & venarum quædam quæ ad uterum pertinent, plurimùm euacuentur præ uiolento egressu puelli) prehendet eam cum rigore febris, eáque tenuis, etiámque calor per corpus uniuersum diffundetur.

Ην δὲ ἐκ τόκου μὴ καθαρθῇ ὁλίγῳ πλέονα ὧν χρὴ (γίνεται γὰρ καὶ τοῦτο, εἰ αἱ τε μῆτραι εὐρύστομοι γένοιατο, καὶ τῶν φλεβῶν τινες καταῤῥαγείωσιν, αἱ τίνουσιν ἐκ τοῦ τεκμήρεος, ἐκ τοῦ βίης τῆς ἐξόδου τῆ ἐμβρύου) πυρετὸς καὶ ῥῖγος ἔξει αὐτὴν λεπτὸς, θέρμη τε ἀνὰ πᾶν τὸ σῶμα.

Nonnunquam verò & horror aderit *fastidiúmque cibi: & quidlibet abominabitur, & extenuabitur, & infirmior fiet; & palleſcet, & intumeſcet, & à cibo* ſeſe omnino *continebit.*

Εστι δ' ὅτε καὶ φέρκη καὶ ἀστίη· καὶ βδελύξεται παμπαν, καὶ λεπτὴ ἔσται, καὶ ἀσθενὴς, καὶ χλωρὴ, καὶ οἰδαλέος, καὶ ἀστίη.

Si quid verò illa *edat aut bibat, non mitificabitur.*

Ην δέ τι φάγῃ ἢ πίῃ, οὐ πέσσεται.

Quibuſdam verò & aluus & veſica multùm vacuatur, vnde exhorreſcunt illæ magis.

Ενίῃσι δὲ καὶ κοιλίη καὶ κύστις καταῤῥήγνυται, καὶ φέρκη ἔχει μᾶλλον.

Ac de ſtatu huius res ſic ſe habet.

Αμφὶ δὲ τούτῃς ὧδε ἔχει.

EXPLICATIO.

comm. in ſent. comm. primi.

Ab aduerſis cauſis nunc byporheſis vertitur in oppoſita ſymptomata. Primum eſt, vt ad amplitudinem oſculi paribus cæteris lochia erumpant & copioſiori ſerantur manu. Ab oppoſito argumentum ducitur ex conſequenti. Conſequens porrò eſt circumfluere mulierem luchiis, & in eorum abundantia verſari, qui contrarius ſtatus eſt omnino ſuperiori. Mulierum verò huiuſce conditionis ab authore duæ ſignantur cauſæ, quæ duo ſimul eius gratiâ conuecti neceſſe prorſus fuit. Εἰ αἵτε μῆτραι εὐρύστομοι γένοιατο, καὶ τῶν φλεβῶν τινες καταῤῥαγείωσιν] Patulum ſcilicet eſſe oſculum uteri, & quæ ad uterum iotrò ueuæ pertinent, multùm & liberaliter vacuari. Hoc eoim ſonat verbum καταῤῥήγνυσθαι, quemadmodum expoſuimus primo huius libri principio ſequuti ſententiam Galeni aduerſus Iulianum. Ex iis ſi deerit alterum, id ſatis eſſe queat ad ſupprimenda lochia: quemadmodum, vt oatura ſerantur duce, vtrumque moderatum requiritur. Euacuationis autem viæ Hippocrati (αἱ πίνουσιν ἐκ τοῦ μήτρας) ad uterum deſinunt. Ne quis ſub vtero aut ad locum vtero inferiorem eas venas perſtringere ſuſpicetur, ſicut recentiores aliquot plures perperam Anatomiſtæ. Minùs nos podeat ἐκ hîc accipi pro ὡς ſiue ὅτι notaſſe. Num verò huiuſmodi cauſas (ἐκ τοῦ βίης τῆς ἐξόδου τῆ ἐμβρύου) puellus egrediens procurabit & ſuſcitabit ſemper præ violentia? Violentiam (quanquam ſit ea ex abortu calamitoſior) ducer in malis poſtea Hipp. quom ad eam ferè aut vlcus aut inflammatio illius partis ſequatur. Quod vtrumque eodem ipſo iudice vix vnqoam noo eſt periculi particeps. Sed, ſi placet, demus πλέονα ὧν χρὴ, pluta quàm par ſit, effundi puerperia. Ideóne protinus πυρετὸς ἔξει αὐτὴν, febris prehendet eam ἢ ῥῖγος, propter perturbationem, vt rigor (καὶ ῥῖγος) ſanguine per lumbos vehementiùs diſcurrente: eodémque modo (θέρμη ἀνὰ πᾶν τὸ σῶμα) mulieris corpus totum concaleſcet, quia ex omni is parte tandem confluet in vterum puerperialis humor? Sed & oounuqoam (καὶ φέρκη καὶ ἀστίη) horret mulier, & cibum auerſatur omnino, viribus ſcilicet collapſis nimiùm, præſertim verò ſtomachi: & βδελύξεται παμπαν, non ſolùm auerſabitur, ſed prorſus abominabitur quidquid occurret. Itaque iuſtis de cauſis λεπτὴ ἔσται καὶ ἀσθενὴς, etiámque iure extenuabitur ac infirmis redderur viribus. Denique palleſtet eadem ratione, ſanguinis penuria ſcilicet & paupertate caloris natiui & inopia, eadémque ratione corpos iotumeſcet.

Ην δέ τι φάγῃ ἢ πίῃ, οὐ πέσσεται] Quòd ſi cibum ſumere ſortè non recuſet, aut quidem non appetens capiat, quidquid illa edat aut ebibat, incoctum manebit. Deperiit enim vis caloris cùm ventriculi, tum earum partium quæ ei circumiacent, quarum nempe vicinia augebatur ſtomachi coctrix ioſita virtus.

Ενίῃσι δὲ καὶ κοιλίη καὶ κύστις] Sed & ſæpe ſit vt tanta ruat è partibus ſupernis, totóque adeò corpore, humorum copia præ imbecillitate, vt & aluus humore diffluat & veſica, ad euacuationem pleniorem. Quæ quum accidunt mulieribus, φέρκη ἔχει μᾶλλον, horrent illæ magis, aocto ſcilicet bumoris hac atque illac decurſu. Huius mulierum conditionis hiſtoria eiuſmodi eſt, quæ & eſt notatu digniſſima.

SENTEN-

SENTENTIA VNDECIMA.

Ην δὲ ἐκ τύχης ἐούσης συμφερηθῇ τι τοῦ αἰδοίου (ἤδη δὲ καὶ τοῦτο εἶδον, ὡς ἐλκωθῇ τὸ στόμα τοῦ αἰδοίου, καὶ ἐπιφθὰν ἐλκωθῇ ἐν τῷ βαδίζειν ὑπὸ τῆς ἐξόδου τοῦ παιδίου, ἐγὼ μὲν ἰκελόν τι ἄφθῃ) καὶ ἐφλεγμαίνῃ κάρτα, καὶ τὰ χείλεα ὑπὸ τῆς φλεγμασίης ξυνέπιπτον πρὸς ἀλλήλα, καὶ ἐλάβετο ἀλλήλων, ἅτε ἠλκωμένα ἐόντα. 1

Si præterea pudendum puerperæ aliqua ex parte obturatum fuerit, (iam verò & hoc ipsi vidimus, quoties os vlceratur pudendi: ac posteaquam vlceratum fuerit in partu ab exeũte puello violatum, aphthis quid in eo fit persimile) & inflammatur valde, ac tum labra præ æstu ac inflammatione *in sese coincidunt ac mutuò prehendunt, vtpote vlcerata.*

Κατάψυξις δὲ γίγνεται, καὶ μεμύκασιν ἄμφω τὰ χείλεα, ξυνδήσασα τὸ τῆς καθάρσιος ἀπολειφθέν. 2

Refrigeratio autem tandem *sequitur, túmque conniuent vtraque labra quæ constringant reliquias interceptæ purgationis* puerperialis.

Εἰ δὲ ἐχώρεε ἡ κάθαρσις, οὐκ ἂν ἐμυκάτην τὰ ἕλκεα· νῦν δὲ ὑπέρρυ, καὶ παχύνεται ἀλλοκότῳ σαρκί. 3

Quòd si purgatio procederet, nũquam in vlceribus quidquam promineret: at nũc ipsa quidem affluit & redundat, & ideo aliena carne vlcera quoque crassescunt.

Καὶ ἰᾶσθαι δεῖ ὡς τὰ ἐν τῷ ἄλλῳ σώματι, καὶ εἰς ὠτειλὰς ἄγειν. 4

Hæc certè, velut in cæteris corporis partibus reliqua, persanare oportet, *ac* cicatricem *eis inducere.*

Τὸ δὲ χωρίον λεῖον ἔστω καὶ ὁμόχροον, εἰ φύσις. 5

Sed esto locus lævis, & vnius ac eiusdem coloris, si cura erit.

Ἔπαγε δὲ τοῦτο ἃ πάσχουσιν αἱ μὴ ἐξαποκαθαιρόμεναι τὰ λοχεία· καὶ ὅτι τουτέοισι ἤλγει τὸ αἰδοῖον. 6

Patiebatur autem verbi gratia mulier *ea quæ pati solet vterus non expurgatus puerperijs, adde etiam quod condolebat pudendum.*

Καὶ ψηλαφέουσα ἔγνω, ὅτι ξυνεπέφυκε, καὶ ἔφυσαν, καὶ μελεδαινομένη ἀπεκαθήρατό τε, καὶ ὑγιὴς ἐγένετο καὶ φόρος. 7

Ac ipsa deprehendit tactu quòd erat obturata, ídque exposuit, vnde curata sedulò, expurgata est, euasitque sana ac fertilis.

Εἰ δὲ μὴ ἐμελεδήθη, μηδέ οἱ ἡ κάθαρσις ἐρράγη αὐτομάτη, ὃ ἕλκος μεῖζον ἐποίησε, καὶ μὴ αἴσιον ἐκινδύνευσεν ἐς ὃ καρκινωθείη τὰ ἕλκεα. 8

Si verò curata nõ fuisset, nec ipsi esset sua spõte purgatio facta liberalis, vlc⁹ adauxisset: & cùm nihil emisisset, metuendum erat ne in cãcrum vlcus degeneraret.

EXPLICATIO.

Est & hæc hypothesis de obstructione muliebris pudendi, quæ, quòd eadat etiam in puerperas, se testem præbet & spectatorem fuisse constituit Hippocrates. Sibi quærebat viam antea & (ὑπὸ τῆς ἐξόδου) vi egrediens osculum vteri tantummodo dilatabat puer quo modo explicatum est. Alia iam eiusdem partis affectio recensetur, ac quonam pacto os quoque pudendi violat puer, exponit. Nam & στόμα etiam τοῦ αἰδοίου, os in muliebri pudendo notat Hippocrates sua oratione, vt & partes exteriores quę χείλεα, suprema sunt labra. Ac in his quod vtrinque prominet, etiam σάρκινον Græcis dictum fuit. Distendere verò non vsque adeò semper pudenda sine noxa potest puer egrediens, (aut quia contingit & hoc paulò esse natura adstrictius, aut quia inusitata corporis granditate, aut potiùs mole aliquando ipse puellus est) non potest (inquam) semper, quin in ipso conatu pudendum abradendo vlceret fal-

tem ipsum leuiter. Quod qnum accidit (ἐφ' ἑαυτοῦ τοῖσι ἀφθοῖσι) aphthis vlcus aliquod consimile nascitur. Etsi enim ἄφθαι vlcera, oris tantùm superficiem occupent proprio & frequentiori significatu, ac in tenellis adhuc puellis frequentiùs quàm in alio anoorum decursu: interdum tamen viris itémque mulieribus, quanquam impari, quia non tanto cum periculo accidunt, & aliquando in alias quoque corporis partes cadunt. Galenus ἀφθώσας διδύμους curandos suscepit testes quasi aphthis exulceratos nono περὶ κρίσιος. Quod & secundo de morbis fistulæ pulmonis euenire & puellorum pudendis, vt nunc mulierum, hoc eodem libro postea testabitur Hippocrates. Nunc ergo vi violentiaque creatis vlceribus quidni succedet ingens ardor, qui ad se sanguinem trahat, vnde pudendum intumescat eiúsque labra? Hac siquidem ratione (ξυμπεσεῖς χεῖλεα) inter se concidunt, (quaoquam & συμπέφυκε pars quæ intumuit; vbi ad pristinum habitum rediit, dici possit) καὶ ἐπάλλεται χείλεσιν, & mutuò excipiunt se, vt quæ fiunt vtrinq; ex partibus vlceratis productiones per affusionem & appulsum sanguinis lochialis ad eas ipsas partes, sicut didicimus ex Galeno in exegesi sua, excipiant mutuò sese, & ita vlcus concludant & impleant. Quæ ratio ad extremum ponitur apud Hippocratem, hanc me docuit expositionem. Contingit hoc idem vlcerato peni, & ambustis quoque digitis, & alij omni ferè parti. Contingit nempe hoc idē, quoties ei cui abscisse nares fuerint, nasus regenerādus erit & reformandus eleganti manu Chirurgi industriáque. Ita tuoc fit nimirum, vt vulnus vulneri cohæreat, ac conglutinatis vulneribus è brachio tantum carnis cultello dematur, quantum instaurari conueniat. Nasi enim venulæ alimentum præbēt, cutisque demum superinducitur, quemadmodum longè pluribus hoc ipsum declarauit Alexander Benedictus in historia corporis humani. Ergo mutuò sese labra excipinot in hypothesi prædicto modo. Quia quum in vtrisque cauitates insint leues & superficiariæ, mutuo contactu coire in vnom per productionem carnis, & vnum fieri queant, qunm vlcerata siot. Sicut fieri & euenire sæpennmero vidimus Venerea lue infectis, quibus bydrargyri litu perfecta alioqui curatio fuit. Illis quippe sæpenumero vlceratæ genæ gingiuis ioogantur ac coeant inter se per incuriam Chirurgorum. Vnde ξύξις reddi etiam poterat per ξηράνσιν, quum vlcerum curatio in desiccando consistat: ac tnm ξύξις istarum etiam partium refrigerationem significabit. Cuius oostræ esplicationis rationem hæc Hippocratis verba apertè reddunt ἐπὶ ἰλαυμένα ἰόντα, quum vlcera sint. Tulit hypothesis, labra pudendi inflammationem eámque satis ingentem concepisse: Nunc (ξύξις γίνεται) deferbuisse ponitur. Sua quidem habet tempora ætatémque omnis inflammatio: vt ipsa consenescat tandem necesse etiam prorsus videatur. Refrixerint ergo pudeodi labra (volumus) cum Hipp. His est consentaneum & consequens, ni nosmetipsos mens nostra fallit, vt (μαίνεις τὰ χείλεα) considaot conniuéantq; ambo prætumida labra pudendi, (ξυμπέσεσι τὰ ἐκ καθαρσίων ὑπαιμαξάμενοι) quę præpediant probibeántq; exitu quæ purgatio superest puerperiorū.

Εἰ δὲ ἐχόρτου ἐκ καθαρσίων] Quæ li ipsa fieret, τὰ ἴλαια, vlcera conoiuere, aut potiùs τὰ χείλεα, labra, verè dici non possent. Modò enim χείλεα legebatur. Nec nisi admodum impropriè ἴλαια retineri boc loco potest. Ergo in bypothesi ex denegata lochiorum purgatiooe labrorum cooniuere tunicas, quasi ipsæ in sese complicentur, colligit ex consequenti. Attamen ἰωκώθη Dioscoridis authoritate idem est quod τὸ ξυλλαμα, cōclusum est: plerisq; verò interpretibus significat τὸ ὑπερύσης ἔχα παιδικὰς ὕσπερ οἱ μύκητες, prodnctiones habuit flaccidas fungorum instar: vt annotauit Gal. in sua dictionum exegesi. Atq; vt refrixisse etiámque consedisse labra coocedamus, ῥωῦ ὑπὸ καθαρσίου, purgatio affloit lochialis, καὶ παχύνεται, vnde vlcera qnidē crassescunt. Sic saoè quidē vt isthunc sanguinem minùs laudabilem non cōrineant conceptaculis propriis, venis arteriisq;, sicuti qoū non ita pridē ardere ponebatur: quin potiùs ἀμύσσειν ἀνωμάλως, insolenti carne & minùs apta, qnalisq; fungosa, crassescat (inquam) vnde concidant sibi labra & contingant sese.

Καὶ ἴσασι ὧν ὡς τὰ ἐν τοῖσι ἄλλοισι ξύμπασι] Quæ quum ita sint, quæ ounc quoque eotum curatio instituatur, audiamus, ab Hippocrate. Idem est hornm (inquit) curationis modus vlcerum, atque eorum quæ cæteras corporis partes obsident. Hęc sententia bis est communis planè atque virorum vlceribus: hoc est quæ virorum corpora inuadunt. Nunc verò, vt est propositum, muliebria consectamur. Restitutionem in vlceribus deperditæ carnis sequitur es arte cicatrix. Hanc verò repletio præcedit per affusionem sanguinis, si poterit fieri, landabilis, qui conuenienti procuratur dixta: eiúsque suffusione concolor locus redditur. Nam ὁμόχροον potiùs existimaoeto dictum de vlceribus primùm & in vniuersum (etsi extra rem possit videri) quæ partes obsident esteriores, quæque sub sensum cadunt, hoc est sub aspectum. Hac de re videto quid senserit Hippocrates sentent. 8. lib. 1. prognost. & Galen. in comment. Hæc siquidem quum communia sint cum viris vniuersa, etsi, vti diximus, extra propositum. Bellè cicatrix tamen aptéque induci vix potest, nisi lævis planúsque & vniusmodi reddatur locus: ant si fortè voles, non sit ipse saltem rugosus & inæqualis. In hypothesi metuendnm est alioqui à conniuentia labrorum pudendi dicta de causa. Qnod ne sit obscuriùs dictum, illustrat Hippocrates exemplo verisimili. Iisdem ergo molestiis qnædam puerpera exagitetur, atque illæ, volumus ex hypothesi, quibus antea lochia supprimebantur. Imò etiam nunc suppressa pooantur, atque, si placet, præter eas angustias & calamitates pudendom etiam occupet dolor. Is enim innotescit puerperæ, sensu ponderis atq; tristitiæ. Nuper verò suppressionis puerperiorum causa obstructio erat, quam hîc iterum statuit Hippocrates (ψαυσάμενος ἔγνω) deprehensa mulieris tactu. Vbi etiam licet obiter notare, quòd sese contingebant ipsæmet puerperæ, non quispiam alius, nisi ab huius narratione Hippocratem reuocarit fauor pudicitiæ. Obturatam se ergo puerpera sensit, id quod ἔφρασεν, aperuit mulier, vt rem suam ægrotantes decet exponere Medico aut quidem assidentibus, qui fideliter ipsi totam refetant. Ediscant porrò Medici postea (monemus) ex Hippocrate, quanta sedulitate in rem muliebrem inquirendum erit ex officio, quum qui sanabiles per se sunt morbi, ægrotantium pudore aut potiùs incuria Medicorum, sæpe pernicioſi reddantur, etiamque funesti. Errat, vt dicet posthac Hippocrates hoc eodem libro, errat (inquam)

lib. 4. cap. 39.

(inquam) magnopere mulier, quam turpitudinis metus aut pudor retinet ab eius quod sentit aut de se iudicat, explicatione: Erudire quippe quæ Medicum de re sua debeat. Aris quoque peccat Medicus grauiter longè magis, qui non satis exactè morbi causam percunctatur & eam inquirit; sed virilium instar medicatur. Imò verò (vt dicer de se postea) nonnullæ ab huiusmodi affectionibus petierunt, permultas: Iudéque ipse conficiet de causa morbi mulierem sedulissimè interrogandam esse semper. Inter se enim (vti scriptum legimus eodem loco) dissidet muliebrium morborum & virilium curatio quàm maximè. Verecundior ægrotantis de se confessio curationem reddidit faciliorem, (ἀγχίστροφον) suscepta eius cura ad expurgationem nimirum vsque, quæ eductio puerperiorum est; nec sanitati solùm, sed & fœcunditati mulier sic restituitur. Εἰ δὲ μὴ, quæ si procurata non esset artificio Medici, neque eorum etiam depulsio (αὐτομάτη) sponte euenisset; minimum quod impendisset damnum, (τὸ ἔλαχιστον μέρος) augmentum esset vlceris quòd cum obstructione in vtero antè ponebatur inesse. Καὶ μὰ αὐτῶν, atque hoc pacto si nihil submittat mulier effundáve scilicet per inferiora, quamquam ipse vterus lochiorum copia tanquam aliquis fons oppletus statuatur, ac nihil exiliat inde tamen eius quod illic cõtinetur; (sic enim αὐτῶν ex quodam Aristotelis loco, lib. de mundo, reddidimus) verendum esset, & quidem iustè, ne quod minori quàm nunc de causa vlcus iam creuisse modò volebat Hippocrates, id (εἰς τὸ καρκινῶδες) in cancrum tandem aliquando etiámque citiùs auctioribus causis degeneret. Nostra sic declinabit explicatio præsens à sententia Cornarij hominis sanè in Hippocratea doctrina versatissimi, qui istud αὐτῶν ad molestiã retulit, qua mulier nunc conflictari ponitur. Ita enim vertit, & malo non remittente. Ad ipsammet puerperam nos referri maluisse nostra explicatio demonstrat. Ne nimirum hic locus, quanquam difficilis, nostrũ, vt Calui alterius interpretis & quidem perdocti, iudiciũ præteruolasse putetur. Isthũc fortasse volens prętermisit sciénsque. Verum igitur copia oppleri puerperiorum ex hypothesi Hippocratis primùm dicimus. Suppressa quippe quæ posuerit Hippocr. in oratione sua. Nónne ex ipso vtero ita puerperiah sanguine oppleto exiliat meritò aliquid eius quod continetur? Medicorum arte sanitati muliet restituebatur catharsi modò apud Hippocratem, imò etiam fœcunditati. Illam si Medicus oeglexerit, nec cœperit sua sponte lochiorum profusio, maiusculum efficiat vlcus, vt dictum est, hysteritum. Atque ita vtero symptomatica is aperto (κεἰ μὴ αὐτῶν) si nihil, inquam, submittat molier (ad verbum loquimur) neque relaxet puerperiorum: ἐκδιώκουσι εἰς τὸ καρκινῶδες, metus est ne quod simplex vlcus principio fuit, degenerét ac in dererius abeat, hoc est, ne commuterur in cancrum. Quod succedit symptoma, quando non nimis incandescens vlcerànsque puerperialis humor circa vterum stabulatur. Nàm si acescat & iocalescens longè ferocior reddatur per moras, suas tum istiusmodi suppressio molestias habet, de quibus iam (si placet) audiamus Hippocratem.

SENTENTIA DVODECIMA.

1 Εἰ δὲ ὀρμηθείη γυναικὶ λοχείη κάθαρσις ὡς ἐς κεφαλὴν, θώρηκά τε καὶ πλεύμονα (τοῦτο γὰρ καὶ τοῦτο) καὶ ἀπίσχουσι πολλάκις αὐτίκα μάλα ἔρχεται.

At si mulieri rapiatur ad caput purgatio puerperialis, aut ad thoracem, aut quidem *pulmonem (nam id* quoque *accidit) etiam* ipsa *sæpenumero repentè extinguitur, si illis cõstrictũ* humor *tenebitur.*

2 Εἰ δὲ χαρέοι τὸ στόμα ἢ ῥῖνα κλυσθὲν, ἀζήμιος τοῦτο.

Quòd si per os satis abundè effluat aut per nares, periculi morbo defuncta verè est securáque.

3 Εἰ δὲ ὀλίγον ἢ νοῦσος χρονιωτέρη γένοιτο, καὶ πάσχοι αὖ ἡ γυνὴ οἷα εἴρηται ἀμφὶ τῆς παρθένου, ἢ τὰ ἔτι μᾶλλον ἐπὶ τοῦτα ὄρουσιν αὖθις.

Si verò diuturnior morbus aliquantò fiat, incurrat etiã mulier meritò *in ea quæ dicta sunt de virgine, cui* quum *primi signa sui menses edant, cursu citato sursum refluxerunt.*

4 Ἡ δὲ γυνὴ πλέονα χρόνον παρέξεται τῆς παρθένου, ἢν βληχρότερα τὰ παθήματα ἔσαι οἱ μέλλεις ἢ ὁ πνεύμων ἀλγήσας ἦν).

Mulier attamẽ diutiùs supstes q̃ virgo manebit, mitioráq; omnia *patietur symptomata, donec purulẽtus pulmo reddatur.*

5 Ἢν δὲ μὴ χαρέῃ ἡ λοχείη κάθαρσις τὸ στόμα, ἀλλ' αὖθις ὀρμηθεῖσα ἅπαξ, κεκρύψεται τὰ λοχεῖα, ἢν δὲ χαρίσῃ κατὰ γὰ δίκλω.

Si verò ex ore non effluat purgatio lochialis, sed cum impetu sursum versa fuerit, iacebunt in occulto puerperia, & non erumpent saltem *pro consuetudine.*

6 Καὶ βὴξ ἐπολήψεται καὶ ἄσθματα.

Túmq; eã tussis corripiet & asthmata.

7 Καὶ πλησυμίη δὲ πλεύμονος ἐπὸ δὲ

Oppletóque pulmone copia sanguinis,

latus condolebit valde & metaphrenum.

αἴμασσε, πονήσῃ δὲ πλευρὴν καρπὸ, καὶ ὁ μετάφρενον.

Ac quando tuſsiet, tuſsiendo ſiccum reddetur: aliàs verò & ſpumoſum expuitur: ac progrediente tempore ſputum apparet ſubnigrum, cænoſum & graueolens.

8 Καὶ ὅταν βήξῃ, ξηρὸν ἀποβήσεται· ἐνίοτε δὲ ἀφρώδες πτύεται· τὸ δὲ χρόνου προϊόντος πτύαλον ὀπτοφαίνεται, κατόμελαν εἶον καὶ φολερόν.

Et pectus prehendit calor plus q̃ reliquũ corpus, quippe qa ſanguis ipsũ calefecerit.

9 Καὶ τὰ στήθεα πῦρ ἔχει τοῦ ἄλλου σώματος πλέον, οἷα αἵματος θερμήναντος αὐτά.

Verum etiam febricitat mulier, cui & aluus adſtringetur, & cibum faſtidiet, & vigiliis torquebitur, & abominabitur, nec ipſa manet vulgò ſuperſtes; ſed vt plurimum intra vnum & viginti dies moritur.

10 Καὶ πυρεταίνει ἡ γυνὴ, καὶ ἡ γαστὴρ οἱ στεγνὴ ἔσαι, καὶ ἀστόμαχος, καὶ ἀγρυπνήσῃ, καὶ βδελύξεται, καὶ ἀ ποθεγχῇ, ἀλλὰ θανεῖται ἐν μιῇ καὶ εἴκοσιν ἡμέρῃσιν ὡς τὰ πολλά.

Quòd ſi purgatio impetu ſurſum commota per os non feratur, neque in pulmones conuerſa fuerit, ipſi lochia diuertent in faciem, quæ multo rubore ſuffundetur, indéque caput ingraueſcet, quod non niſi cum labore dimouebit.

11 Ἢν δὲ οἱ κάθαρσις ἀορμήσασα κατὰ ὁδὸν μὴ ἔλθῃ, μηδὲ εἰς τὸν πνεύμονα βάπτῃ, βέψεται οἱ ἐς τὸ πρόσωπον τὰ λοχία, καὶ ἔσαι ἐρυθρὴ καρπὸ, καὶ ἡ κεφαλὴ βαρεῖν, ὥστε κινῆσαι αὐτὼ ἔσαι πόνων ἄτερ.

Oculi præterea plurimùm erubeſcent, ex quibus etiam tenuis effluat ſanguis.

12 Καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐρυθρὴ καρπὸ ἔσονται, καὶ ἐκ σφῶν αἷμα ῥύσεται λεπτόν.

Sunt quibus profluat quoque è naribus, qui ſi effundatur, diuturnior hoc pacto morbus redditur.

13 Καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν ἔστιν οἷσιν αἷμα ῥεῖ· ἢν δὲ τοῦτο ἴῃ, ὧδε χρονιωτέρη ἡ νοῦσος γίνεται.

Nec in hoc morbo mulier auribus erit acutis, & ſtomachi vexabitur dolore, & ructabit, & inſaniet, & maniaca deliria ſuccedunt.

14 Τοῖσί τε ὠσὶν οὐκ ὀξέως ἔσται ὁ ἀκούειν ἐν τῇ νούσῳ· καὶ ἐρεύξεται, καὶ ἀλλοφρονήσῃ, καὶ παράνοιαι γίνονται μανιώδεες.

Aliis etiã toruorũ ferocitas adeſt oculorũ, alia denique omnia eam malè habebunt, non ſecus atque ſi ad pulmonem purgatio diuerterit, vt dictũ eſt, præterquam quòd non tuſsiet, neque conſimilia expuet, neque ſimiliter metaphrenum dolebit.

15 Ἔστι δ' οἷσιν θράσος ὀμμάτων ἀλλοῖον, καὶ τἄλλα πάντα πονήσῃ, ὅκως καὶ ἐς τὸν πλεύμονα, ὡς εἴρηται, μὴ ἡ κάθαρσις βάπτῃ, πλὴν ὁ βήξει, ὥστε πτύσεται διαφανῆ, ὥστε ὁ μετάφρενον ἀλγήσῃ ὁμοίως.

Curata autem reſtituitur valetudini.

16 Μεθεστηκυῖα δὲ ὑγιαίνει.

Neque verò magna ſpes eſt, vt ſuperſtes manere queat.

17 Οὐ πολλαὶ δὲ ἐλπίδες εἰσὶ διαμένειν.

Quòd ſi fortè ſuperſtes manſerit, hæc ferè ſurda erit, aut quidem cæca.

18 Ἢν δ' ἄρα καὶ διαμείνῃ, κώφωσις ἔσαί οἱ, ἢ τύφλωσις ὁ ὀπίσω.

Atq; huius morbi exitus eſt huiuſmodi.

19 Ἀμφὶ τῇδε τῇ νόσῳ ὧδε τελευτή.

EXPLICATIO.

ERGO hæc quoque alia aliquot membra ſuperne partitionis explicantur. Aut enim ſanguis lochialis ſuppreſſus vicinas partes afficit, hoc eſt vlc' inficit & adauget in vtero, aut incaleſcẽs ecce magno impetu (ἀρμηθὲν ἐς κεφαλὴν δύσπνοά τε καὶ πλεύμονα) nunc ad caput ſummũ rapitur, ad thoracẽ aliàs aut pulmonem partes interiectas & aliquãtò inferiores vtraſque. Γίνεται γὰρ τῶν, hoc enim euenire poteſt, quãdo etiam non ita ferociet, vt priùs. Atque Δύσπνοια πνεύμος αἰνότατ, præſentiſſimum mortis diſcrimen vix tum effugiunt,

effugiunt, si (ἔχοντα) his constrictus locis tenebitur vitiosus humor ille puerperialis. Sic etenim vnà cot oppressum desinit micare, in cuius officio vitæ consistit actio & sustentatur. Vt autem inter principes princeps summus, illud est, viribúsque potens quàm maximè, adeóque si hinc se expedierit, onus suum (καθ' αὑτὸ) per os excutiens conuenienter, aut quidem κατ' ἄκρα (supremam enim arcem occupat) per oares; aduersa sic leuatur mulier valetudine, vt ἐξαίφνης γίνηται, è damno emergat præsentique periculo, ac maneat puerpera ad tempus saltem superstes. Εἰ δὲ ὀλίγον ἢ πόδες χρόνιον γίνεται, quòd si affectio paulò longiùs fortè trahatur, etiam iucurret mulier in eadem prorsus quæ virgo cui primùm quum siti signa ediderint solùm menstrua, eaitu negaro sursum refluxeruut; vti explicatum à nobis commentariolo in illud fragmentum Hippocratis de virginalibus. Ne quid autem tardetur, si non molestum erit, commentarium perlegite.

Ἢν δὲ γυνὴ πλείονα χρόνον, &c. *quòd si mulier longiùs*] Comparatio est aut potiùs correctio per comparationem. ἢν δὲ γυνὴ, quòd si virum nouerit (siquidem sic mulierem definimus) πλείονα χρόνον ἐξαίφνης τῆς παρθένου ἢ τὸ ὑστερικὸν πάθος ἄρσενα αὖον, diutiùs longè manebit superstes quàm virgo, cui primi menses cum impetu sursum refluxerunt exitu negato ἐφαίης. Sic enim ἐφαίης quæ hic prima dicit menstrua Hippocrates appellauit matura lib. de superfœtatione. Causa est, si bene coniicimus, quòd vasa quàm in priori sunt multò capaciora, ideóque plus temporis confici & elabi solet interim dum hæc opplentur per suppressionem quàm in virginibus, vbi mearus suot strictiores ac nimis anguśti. Primis aliquot huius libri periodis demonstratum id est ab Hippocrate, vt & libello de pueruli uatura. Eadémque ratione (βλαχύτερα τὰ παθήματα ἔσται οἱ) blandiores sunt, quotquot suut omnes aliæ mulieribus affectiones, μέχρις ἂν ὁ πτύων ἐξάπινης γένηται, donec sanguis suppressus incalescens pulmonem, qui proximus est & ad susciplendum sua natura aptissimus, oppleuerit & purulentum effecerit. Adde quòd magna vis est consuetudinis in omuem partem. Mulier verò repleri consueuit, non item virgo, hoc ipso authore huius libri scilicet principio.

Ἢν δὲ μὴ χωρίον ἢ κοχλίη κάθαρσις] Si retenta puerperia supernas partes petuut, eámque oacta viam per os effluunt, oon nisi bonis id potest euenire tebus puerperæ. Exitu contrà si prohibebuntur, nec isthàc foras ferri queant, quid non aliquo id fiet mulieris detrimento? κακοήθεια, latebunt (ait) puerperia, vt oihil eorum prorsus stillet: aut ipsa sanè οὐ χωρέουσι κατὰ τὰ δίκαια, non effluent pro ratione nec consuetudine. Posset quoque κατὰ δίκαια verti iusto modulo. Siquidem αἷμα ἐμπαλιῦται πρόσσω, bona eorum portio ad superna iter inflectat, aut potiùs cum impetu vertatur ex hypothesi.

Καὶ βῆξ, &c.] Atq. tũ tussis eam opprimet aut asthmata. Quũ enim pulmo rarioris sit texturę & spongoedis, est ad susciplendum quemq; humorem suapte uatura valde opportunus. Hoc quoties accidet puerperę, affectiones quoq; succedẽt quæ in oratione recensentur ab Hipp. Quæ cũ viris vniuersa ferè cõmunia sunt, quãuis hìc tum mulieбris sit materialis causa. Καὶ πλευμονίη τῷ, &c.] Sie verò puerperiali sanguine oppletus pulmo, vt de symptomatis dicatur eodẽ modo; πλευρὸν τὸ πλεῖστον κάμπτει ὁ μετὰ ῥηγμὶν, lateris dolorem creabit & metaphreni. Qui vt ad eam partem appulit, (βάξει) consequuriooem primùm tussis adferet: Quia verò nondum is tum humor computruit, (ἔψησιν) siccum præ febris ardore phlegma sputant puerperæ: tandémque & ἀφρώδης, spumosum, spiritu scilicet concluso ab agitatione pulmonum frequentiori. Sed exesis (τῶν δὲ χρόνιον ἀναίρεσις) tandem etiam bronchiis oppressæ partis, ac in pulmonibus putrescente puerperiali humore; sputum (ἀπόπτυσμα) subnigrum apparebit, etiámque graueolens & cœnosum. Etenim sic ῥυπῶδες reddimus, quemadmodum non ita pridem ἐμπλαύσια ῥυπώδη, hoc eodem libro, idque Hippocrateè. Opinio Galeni fuit in Prorrhetico & comm. in sent. 14. lib. 1. de humoribus, dum quid ῥυπῶδες πτύελον sit laboraret, quòd nullo in libro qui sit legitimus, hic author spirirum oec quiduis aliud πυωματῶδες, ῥυπῶδες nominarit. His verò libris frequenter admodum, vt & sent. 31. sectione 2. lib. 1. Epidem. scriptum legimus ὑγρὰ ῥυπώδεα καὶ οὐδὲν κατεσκημένα. Deinde sequitur apud Hippocratem καὶ τὰ πάντα πῦρ ἔχει, & passim alibi. Quotquot suut interpretes, voluerunt quòd calor in pectore vigeat magis quàm in reliquis partibus corpotis. Quorum explicationi accedimus facilè, quamuis nihil huiusmodi resouet Græcus Hippocratis sermo; nisi fortè πάντα loco πανὸν ipsi legerint. Nostræ assertionis ratio pendet ex hac ætiologia authoris, διὰ αἷματος διαφθορὴν αὐτῶν. Non enim πάντα, sicut alij, retinendum censeमus, quum desit ad quod queat referri. Adeóque pectus conculefcit, vt inde (πυρέσσει γυνὴ) puerpera febricitet, ipsóque calore febrili absumatur humor, quòd (μᾶλλον οἱ σῶμα ἔσται) pigrà reddatur alous & adstricta, cæteraque exoriantur symptomata, quæ viris etiam cum mulieribus communia sunt omnia, de quibus apud Hippocratem: quanquam sit vbique muliebris illorum causa. Quæ etiam tantopere sæuiunt aliquando, vt (ὑπὸ ἀθερμίης) superstites non maneant, (διὰ ταυτότητα τὴν μετὰ καὶ ὕστερον ἐμφανῆ εἰς τὰ πυρά) sed primum & vigesimum diem mulieres ferè non excedant.

Ἢν δὲ αἱ κάθαρσις ἀπορραίνηται, *sin lochialis purgatio delatà sursum, per os non excludatur*] Concedamus ergo, si placet, lochia quæ ad superna impetum fecerint, nec per os effundi nec ad pulmonem cooueri, vt est in Hippocratis oratione. Quid tum inde? Quum tanti eiusce humoris non sit caput capax: & (ὑπὸ διαίσεως ἐμφύσημα τὸ ὀδηγῶδες οὐκ ἔχον ὅπῃ ἐκβάλλει) immorati diutiùs nequeat sine dolore, libro de glandulis; lochiorum quiddam effundat in partes vicinas, vt (εἰς τὸ πρόσωπον) faciem, quæ (ἐρυθρὸν καίεται) rubicundior inde fiat, prorsus necesse est. Quemadmodum legimus de virgine Lariſſæa in Epidem. cui ob primorũ menstruorum suppressionem ἐρυσίπελας προσέπεσε, rubor faciei obortebatur. Remorantur illorum tamen reliquiæ, quum vlterius nequeant consendere, quæ satis esse queant (καθαρὰ βαρύνει) ad grauandum caput vnà cum ceruice. Quonam enim alio pacto quáque ratione (οὐδὲν κωλύει αὐτὸν ἔτι γενέσθαι ἄπνουν) non sine molestia doloríque sensione caput mulier tunc dimoueat? Imò (οἱ ὀφθαλμοὶ ἐρυθροὶ) eodem modo eadem de causa rubescunt oculi tanto sanguinis affluxu (siquidem sanguinis suppressio sit in hypothesi) vt

ex illis (αἷμα ῥύσιμον κενεῶν) expressus pertenuis præsertim sanguis effundatur. Qui quum tamẽ minùs cõferre locus videri possit, vis tum queat in bonis duci. Contrà autem si ἐκ τῆς μήτρης profluat è naribus iuxta aphor. 33. lib. 5. quando sic & sufficienter effundi queat & per conferentem illum quidem locum; commodi id saltem connexum habet huiusmodi tum euacuatio (διὰ χειτοτόκου) quòd quum mora & diuturnitate sua morbus inducias det, in eo sic vitetur periculum præsens. Adde etiam, quòd capite ita opplero (ὑπὸ ὀξέος ἀκούω) non sit integrum acutè in hoc morbo audire & atteutè; sed nec etiam nisi aliena cogitare, vt tandem & maniacum aliquid verba redoleant. Mulieribus id enim fit ac viris communiter in prognost. & Epidem. quoties superas sanguis immorans occupat mentis sedes. Estque tum verisimile, plus multò influere in caput, quàm quod è uaribus stillat. Sed & quòd (καρδιαλγίη καὶ ἐμέτου) stomachi tribuendus sit dolor tuctúsque imbecillo calori, aut portioni sanguinis quæ ad stomachum affectat iter, sit nobis quoque verisimile. Quúmque deceus oculorum motus cerebri integritate regatur, δράσις ὀφθαλμῶν, superbam oculorum proteruiam ei malè affecto uoo ioiuria vendices. Discutiantur hîc reliqua facili admodum negotio, quippe quum multa habeant consimilia cum puerperis quarum conditiones sunt à nobis explicatæ non ita pridem. Discrepant iustè tamen, vt est in Hippocratis oratione, quòd (μιμνήσκομαι) arte scilicet saneîcit illa quidem pristinæque (ait Hippocrates) restituitur sanitati: modum verò ipse non exposuit. Cuius conditionis mulieres si prætermitterentur, ac neglectæ iacerent sine Medicorum ope, (οὐ πᾶσαι δὲ ὑγιάδες) diffidendum esser meritò de illarum salute. Minimũ verò quod illis hinc supereſſe queat detrimentum, est horum alterutrum, κώφωσις ἢ πάρωσις, surditas utimirum aut quidem cæcitas. Siquidem & opprimebantur aures antea, itémque oculi condolebant.

SENTENTIA DECIMATERTIA.

Si fluxio prehendat mulierem *à partu, & maneat cibus in ventre, vuas nigras dulcísque granati mali granula contrita vino diluens nigriori vtitor: caprinum caseum rasum, triticeámque farinam torrefactam, aspersamque, vt decet commixtam, exhibe.*

Ἢν ἐκ τοκου ῥόος λαμβάνῃ, καὶ τὰ σιτία ἐν τῇ γαστρὶ μίμνῃ, ἀσταφίδα χρὴ μέλαιναν, καὶ ῥοιῆς γλυκείης τὰ ἔνδοθι πέπλα, οἴνῳ διείς ἐν μέλανι χρᾶ, τυρὸν δὲ τραγήσιον αἶγος, καὶ ἄλφιτα πύρινα πεφρυγμένα ἐπίπασον, καὶ ἄνηπτον δίδου.

EXPLICATIO.

Est hæc quoque hypothesis de profluuio pertinet ad puerperas. Quod ne gynæceium tamen esse, sed veutris iotelligatur apertiùs aliquantò, legendum erit sic negariua adiecta particula, καὶ τὰ σιτία ἐν τῇ γαστρὶ μὴ μίμνῃ, & nec maneat cibus in ventre, quasi laboraret mulier leieoteria. Est verò ei uunc remedium paratu facile, descriptum ab Hippocrate.

SENTENTIA DECIMAQVARTA.

Quòd si sanguinem mulier *vomat à partu, illata vis est ingens hepatis canaliculo, & ad viscera pertinet dolor, & cor conuellit.*

Ἢν δὲ αἷμα ἐκ τοκου ἐμέσῃ, τὸ ἧπατος ἢ σύριγξ πίμπλαται, καὶ ὀδυνὴ πρὸς τὰ σπλάγχνα φοιτᾷ, καὶ τὴν καρδίαν σπᾶται.

Hanc multa calida lauare ex vsu fuerit, etiámque quæ facilè ferat fomenta subijcere: & bibendum dare lac asininum per septem aut quinque dies.

Ταύτην χρὴ λούειν πολλῷ θερμῷ καὶ τῷ χλιασμάτων ἃ μάλιστα προσδέχεται, προσπλύνειν· καὶ πιπίσκειν ὄνου γάλα ἑπτὰ ἢ πέντε ἡμέρας, ἢ πέντε.

Postea autem lac nigræ vaccæ stomacho ieiuno, si ea quidem *poterit, dies 40. vesperi autem propinare* oportebit *contritum sesamum.*

Μετὰ δὲ ταῦτα πιπίσκειν βοὸς μελαίνης γάλα ἀσιβύσασα ἐπ' οἴνῳ τε εἴη ἡμέρας μ'. ἐς δὲ τὴν ἑσπέρην σήσαμον τετριμμένον πιπίσκειν.

Qui sanè periculi non est morbus expers.

Ἡ δὲ νοῦσος κινδυνώδης.

EXPLI-

EXPLICATIO.

Non hic tam longè à proposito aberrare videtur, quàm nonissimus Hippocratis sermo de profusiori ventre puerperarum. Quum etenim suppressa puerperia exitu negato sursum sæpenumero refluant, sicut est demonstratum abunde; ex venis quæ hepar perteptant, ita nunc in hypothesi venulæ quædam pnssunt tumere distendique præ sanguinis copia, (maior enim vena φλεγμαι, λευκαὶ ὑποφύσεις ἴχνη εἰς αὖ χρῶτας, tenuiores productiones habet in quas diuiditur) vt aut aperiantur, aut findantur, vnde (αἷμα ἐκ πάνυ ἰμάσι) tandem etiam consequatur vomitin cruenta. Atque hîc aliter quàm aphor. 32. libr. 5. accidit vnmitin huiusmndi, vbi tum fit quidem nulla rupta venulà, nulla exesa, sed simplici menstrualis sanguinis ad partes supernas refluxu Hæc porrò vomitio (ἑλκώσι περὶ τὰ στόματα) connexum viscerum habet dolorem (credimus) ab oppressione. Imò verò & inde cor σπᾶται, conuellitur. Vestrum tamen, esto iudicium, num pro παλμῷ hîc vsurparit spasmum Hippoc. Ad hunc verò cruorem tria hoc ipsn authnre consequnntur, aut sunt veriùs coniuncta, quæ posita sunt & explicata in illius nratione. Siquidem vomitio commemorata per se satis innotescat, nec requirat pathognomonica signa vlla; vt ad curationem iure iam transitio fiat.

Ergo (ταύτῃσι χρὴ λούειν) quodnam hnic malo remedinm inueniat Medicus anctnre Hippocrate? Puerperam lauat Hippocrates aqua calenti mnlta, ad commoderationem sanguinis (si bene coniicimus) cõturbati & meritò concalescentis. Atque ea subiicit, aut intromittenda esse (προσπίνειν) præcipit ipse primùm quæ ferat mulier facilè, deinde progrediendo ad vehementiora, mnnet, vt sic reuulsin fiat. Balneo fudit ne Hippocrates humorem puerperialem non solutu difficilem, vt est verisimile, nec ad euacuatinnem ineptum, qunniam vomitione reddatur; aqua calenti? Imò verò temperauit & dilatauit ita tubos hysterícos. Allicit igitur ipsum secundo lnco, & eliciendum & renellendum pnriùs procurat (προσπίνειν) pessariis, ducto ab iis principio quæ tolerantet maximè ferat puerpera, ad acrinta deinde progrediendo, vt diximus. Fruſtra enim quispiam vias præparet & humorem vitiosum commnneat, si non cieatur extrà.

Καὶ πινέειν, *exhibere in potum*] Incalescens sanguis factus artificiosè seipso tennior sursum modò petebat. Ipsum deinde cõtemperatum eodem lncn fundebat, eiq; vias parabat Hipp. vsu calidę, quò foras connenienter & faciliùs profunderetur. Manet attamen adhuc hepatis φλῶμα sine vllo remedio, qnèadmodum & viscerum dolores sine alleuamento. Quorum vtriusq; saluti subueniendnm, doloremq; demulcendũ etiam, & φλῶμα percurandũ, censet Hipp. asinino lacte. Cogitet & apud se recensęat Medicus quisque huius dotes adnetius omnes vlceris formas. Quæ si non satis erunt, crassinris multò substantię est lac bouillum, (mitum verò multis videatur quòd hîc lac imperarit vaccæ nigræ, vt & asinæ mndò etiam nigræ nostrates potiùs) ex eo quantùm imperabit Medicus, ieinna mulier potabit tantisper & interuallo temporis ab Hippnctate definito, si poterit. Valde enim dubium est, an quæ sit copia & qnę per αἰῶνα verba, puerperæ significatur, mulier ad sunm ieiunium debeat referre, an verò ad tempus vtendi præscriptum ab Hippocrate. Quod an curationis terminus quoque acutorum morborum statui debeat, inquirere huius quidem loci non est. Atque hunc 40. dierum præscripsit ipse, ne quid hîc esset indefinitum, si hene coniicimus. Ne attamen, si minùs hæc sufficiant malo proposito, alia desideret quoque Medicus quæ tandem pnsint: sesamum conteri iubet, (vt noxa nnn inferatur stnmacho, quum manducatum ei aduersum sit, cap. 92. lib. 2. apud Dioscoridem) & dictn modo affectæ mulieri propinari. Quum enim viscosum quid in se habeat, pingue etiámque emplasticum; in hypothesi nnn sine summo artificio huic mulieri vtendnm esse Hippocrates commonuit 8. simpl. apnd Gal.

Ἡ δὲ νοῦσος ἐπικίνδυνος, *periculosus hic morbus est*] Difficile est puerperam in hoc morbo non periclitari, quum maximopere ipsi metuendum sit, ne vehementiori quadam vomitinne animam efflet vnà cum sanguine.

SENTENTIA DECIMAQVINTA.

1 Τὸ δὲ γάλα ὅκως γίνεται, εἴρηταί μοι ἐν τῇ φύσι τῇ παιδίου τῇ ἐν ἕλκει, καὶ τὸ δὲ γάλα τὸ ἐπιπλοίσιος.

Quonam verò pacto lac gignatur, dictum nobis est in generatione puelli quæ fit in partu, & alia similiter.

2 Ἢν γάλα διεφθῇ, πρῆσαι πόλφας, διεὶς τι ὕδατι, δίδου πίνειν· καὶ ἐν θερμῷ λουέσθω· καὶ εἰς βρῶσιν πρῆσαι ἢ κράμβην ἐσθιέτω.

Sed si lac deperditum fuerit, contrita porra & aqua diluta, propinato: aqua etiam calente sese puerpera *lauet: deinde porra, etiámque braßicam assumat in cibum.*

3 Σιωνῆσιν δὲ καὶ κυπείρου φύλλα, καὶ τὰ χυλὸν φορέειν.

Coquenda sunt autem cum ipsis *folia cytisi & absorbendum decoctum.*

4 Πτισάνῃ δὲ ἢ τὸ χυλὸν τὸ μύρσινου,

Bibere præterea decoctum fœniculi nec

non radicis illius oportebit, & hordeum molitum, & butyrum simul decocta & refrigerata ad bibendum dare.

καὶ τῦ ἀπὸ τῶν μαραθρίων ῥίζων, καὶ κριθὰς ἐσθισμένας, καὶ βούτυρον ἑψήσας ὁμοῦ, καὶ ψύξας, δίδου πίνειν.

Et verò conferunt valde *hippomarathrum & hipposelinum, etiámque cytisus: hæc simul enim vniuersa lac copiosum faciunt & augent.*

Ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ ἱπποµάραθρον, καὶ τὸ ἱπποσέλινον, καὶ κύτισος· ὁμοῦ γὰρ πάντα πολὺ γάλα ποιεῖ καὶ αὔξει.

Capræ Scyriæ, etiámque ex iis *caseum ad id conferunt quàm maximè.*

Σκυρίαι αἶγες, τυρὸν δὲ μάλιστα ἀγαθόν.

Sed & saluiam quoq; coquere iuuabit.

Ἀλλὰ καὶ τὸν ἐλελίσφακον ἕψειν.

Aut è bacculis iuniperi aut è fructu cedri expressum succum, vbi vinum mulier *infuderit, ebibat: ac etiam reliquias edat, affuso oleo.*

Ἢ ἀπὸ τῶν ἀρκευθίδων ἢ κεδρίδων ἀποχέουσα τὸν χυλὸν, καὶ οἶνον ἐπιχέουσα, πινέτω, καὶ ἐς τὰ λοιπὰ ἔλαιον ἐπιχέουσα ἐσθιέτω.

Cæterùm ab acribus, salsis, acidísq; & oleribus crudis omnibus ipsa *abstineat.*

Καὶ τῶν δριμέων, καὶ τῶν ἁλμυρῶν, καὶ ὀξέων καὶ ὠμῶν λαχάνων πάντων εἰργέσθω.

Confert etiam ad id *cardamum è vino hausum: lac enim expurgat.*

Τὸ δὲ κάρδαμον ἐν οἴνῳ πινόμενον, ἀγαθόν· καὶ γὰρ τὸ γάλα καθαίρει.

Deinde etiam calida lauetur & egelidam bibat. Quidni fructum agni casti è vino propinabis?

Καὶ τῷ θερμῷ λουέσθω, καὶ ἀπόθερμον πινέτω· καὶ ἄγνου καρπὸν ἐν οἴνῳ δίδοναι πίνειν.

Adde quòd epotus succus betæ lac liberalius reddit: sesamum postea trimestréque hordeum conijcies in mortarium, hæc omnia teres, & per linteolum transcolabis & exprimes, deinde admixto melle aut amamelidis fructu *ex vino nigro bibenda præbe.*

Καὶ ὁ χυλὸς τῦ τεύτλου γάλα πολὺ ποιῆ πινόμενος, καὶ σησάμου ἀπ' αὐτῦ, καὶ κριθῶν τετμωνιαίων ἐμβαλὼν ἐς γυίας, τρίψας πάντα, δι' ὀθονίου τὸν χυλὸν ἐπιχέας καὶ ἐκχυλίσας, καταμίξας δὲ καὶ μέλι, ἢ ἀμαμηλίδας, εἶτα ἐπ' οἴνῳ μέλανι δίδοναι πίνειν.

EXPLICATIO.

DVOBVS omnino modis lac potest io fœminis geoerari, quemadmodum amplissimè à nobis explicatum fuit & apertissimè eõm. ad sent.11. cõm.6.in hunc priorem librum de mulieb. Aut eoim menstruus sanguis vndiquaque ad mammas tefooditur exitu vt nuper oegato, & ibi lacteiscit mammarum propria vi & facultate: aut eodem expressus puerperialis. Illius meminit Hipp.aph.39.lib.5. Quod multis compertum esse putamus experientia, ac sine vlla vteri gestatione, sine partu, vel etiam vllo viri congressu. Posteriot autem modus generationis admodum fusè explanatus lib. de generatioone puelli apud Hippocratem, vt ille ounc etiam indicauit in sua oratioone. Qua in te oe quis suspicaretur vel quid minimum hîe esse detortum à sua sententia, in hũc modum est ipse loquutus, quum incidisset in sermonem de lacte iisque, quæ ab eo euenire mulieribus possuot, incõmodis: τὸ γὰρ γάλα ὅκως γίνεται, ὑφεσταμένου ὑπὸ τῇ ἡβύσει τὸ παιδίον. Quo autẽ pacto (ait) lae gignatur, dictum oobis est lib. de generat. puelli. Deinde addidit τῇ ὑπὸ πίνειν, hoc est quæ fit in partu scilicet ex puerpetüs. Quasi signaos alterum generationis modũ, diceret; vt fieri aliàs ex menstruis consueuit, vti exposuimus. Atq; ex hoc loco notatu digniſſimũ censemus hoc esse de lactis generatioone discrimeo, nec solùm in materia, sed & in modo generationis. Nũc enim, hoc est in partu, lac voluit Hipp. generari κατ' πίεσιν, per comprettionem. Qui sanè perardous locus est ad intelligendum vel Hippocrate iudice. Ideóqoe ducta similitudine ab inuncta pelle imbotàq; oleo copioso eadémq; expressa, locum facilem tẽtauit reddere pro virili & apertum. Nostrum, si id vnqoã maturuerit, iudiciũ lubẽres interponemus. Gorræo Doctori in Hippocrateo pulnere homini versatissimo quæ de lactis generatioone dicta sunt loco citato, ooo valde probantur. Atq; hoc idioticum magis & plebeiis rudibusq; docendis aceõmodatum exemplum existimauit. Latæ sententiæ rarionẽ ille repetiit ex aph. præcitato. Qua perpẽsa deductàq;, tandẽ omniũ cõseosũ philosophorũ conficit aduersus Hipp. triplici lae omoe substãtia eõstitui, eáq; de causa pinguedioe lae qdẽ cõstare: Ratio verò modúsq; qno id fiat, planè illi certè sic videtur popularis potùs q̃ philosophic⁹. Sed discriminis in generatione lactis, & modi

modi vtriuſq, illius lector meminiſſe debet pro dignitate Hipp. atq; doctrina. Differt enim alter ab altero, nuper expoſita per nos ratione. Quorſum autem tam multa de lacte eiúſq; generatione? Nimirum quia quum lac quod nunquam niſi poſteriori modo in puerperiis generari conſueuit, nunc ſui copia, vt aliàs defectu aut qualitate quidem aliena molèſtum eſſe poſſit, eruditum hîc cupit eſſe Medicum aduerſus moleſtias ſuperiores iuxta propoſitum ſcopum. Scilicet vt eas delere ipſe condiſcat. Ergo quæ prima venit puerperæ moleſtia ratione lactis, eius perditio ſit (ſi placet) extinctióve ex hypotheſi. Huius copiam ſanè quæ hæc multa ſequuntur, ſuſcitabunt. Potio, balneum, cibus, ſorbitióque; diuerſa denique potionis genera. Quæ omnia ſimul non ſolummodo lac quod eſt extinctum, creant; ſed aliàs tantummodo imminutum, valde etiam adaugent. Plurimi deinde facit vſum lactis caprilli etiámque caſei. Nec illi fuit ſatis quæ ad id conferant, recenſere, ſed & quæ mulier vitet & quorum vſum refugiat, ne ſint nimirum impedimento. Acria ſunt autem, cuiuſmodi piperata & aromatum ferè genus omne aphor. 57. lib. 5. Etiámque ſalſa quæ ſanguinem nimis exiccant: quæque nimis etiam refrigerant, & officiunt ſanguini fluenti. Huius generis ſunt omnia nimis acida. Deinde qnòd lac quoque purum (καὶ γὰρ τὸ γάλα καθαίρει) reddat magis, naſturtium commendat. Multáque alia emporiſta quæ ſcripta ſunt in eius oratione. Cytiſi hiſtoriam multis perſequitur Plinius lib. 13. cap. 24. ac ouiculis mirificos ferre fructus prædicat pro pabulo. Qninetiam nutricibus in defectu lactis crudum decoctúmque in aqua dari cum vino potui iuſſit. Amamelidem meminit Gal. in lexico Hippocrateo. Meminit & Athenæus cap. 21. lib. 14. tum ex ſua rum aliorum ſententia. Vt & Dioſcorid. cap. 133. lib. 1.

SENTENTIA DECIMASEXTA.

Ὅταν γυνὴ τέκῃ, καὶ τῶ ὑστέρου μὴ ἀπαλλαγῇ, δίδοναι ἄμεινον, ὑφ' ὧν μάλιστα καθαίρεται τὰ λοχεῖα, σκόροδα ἑφθὰ, ἢ ἐπὶ ὄξει καὶ ἐλαίῳ, μὴ πολυπόδιον καὶ σπιδίων· ἐπ' αἰθράκων δ' ὅ τι ἂν βούλητα τούτων.

1 *Vbi pepererit mulier & à ſecundis non eſt liberata, ex vſu fuerit exhibere quibus puerperia expurgentur potentiſſimè*: exempli gratia ciuſmodi erunt *allia cocta aut aſſa in vino & oleo cum polypis minutulis & ſepiolis: ſed & ſuper carbones quicquid mulier maluerit iſtorum.*

Κάστορα δὲ ἢ ναρδον πινέτω.

2 *Decocto autem caſtorei aut nardi vtatur in potu.*

Πίνῃ δ' ἂν καὶ πήγανον ἐν οἴνῳ μέλανι γλυκεῖ νήστις, ἢ αὖθις οἴνου.

3 *Bibat verò etiam rutam in vino nigro dulci, ſtomacho* adhuc *ieiuno, aut ſine vino* quidem.

Ἢν δὲ μὴ γλυκὺς ὁ οἶνος ᾖ, ἄμεινον μέλι προσμίσγειν.

4 *Quòd ſi vinum dulce deerit, mel* quoque *profuerit admiſcere.*

Κράμβην ἑφθὴν ὁμοῦ πηγάνῳ καὶ λινοζώστῃ· καὶ τῶν σπερμάτων τι πίνειν τῶν ὑστερικῶν.

5 *Braſſicam cum ruta & mercuriali decoctam, & exilium ſeminum aliquod bibere ex hyſtericis etiam* oportebit.

EXPLICATIO.

Hoc caput de iis eſt quæ purgationem cient puerperialem. Quanquam ex hypotheſi magis accommodatum merito videatur ad excluſionem inhærentium adhuc à partu ſecundarum. Has quippe relictas eſſe nec ſine diſcrimine in vtero poſt partum ohſtetrices dicãt iure quidem & veriſſimè. Quod & puerperæ experiuntur magno ſuo ſæpe malo. Eas ergo Medicus vt & puerpera, eiiciat; exhibebit ὑφ' ὧν μάλιστα καθαίρεται τὰ λοχεῖα, ea quorum ope puerperia promoueantur qnàm potentiſſimè. Atqne hinc ediſcere cuique integrum eſt, authore & Doctore Hippocrate, iiſdem lochia concitari, & ex vtero propulſari poſſe ſecundas. Porra verò apparata hoc vel illo modo huiuſmodi viribus pollent. Eaſdem ex eodem fortè hoc Hippocratis loco Dioſcorides alliis tribuit vires, vt etiam venarum ora aperiant lib. 2. cap. 146. Sed ne non iſta ſufficiant, admiſcuit qnoque polypos & ſepiolas. Iſtos (credimus) aduci voluit, quòd fortaſſe ſimilibus præſtent viribus ac ſepiolæ. Hæ verò ſanguinem attenuant, vt hæmorrhoidas etiam cieant, cap. 9. lib. 8. apud Athenæum, vti ſæpe priùs monuimus. Hæmorrhoidalem porrò ſic ſanguinem ciere audemus interpretari viris æquè ac mulieribus. Quid non etiã ſanguinem menſtruum pariter mulieribus aut quidem puerperialem? Iudicabit verò lector num σπιδίων nomine oua intelligi voluit Hippocrates ſepiarum, nou verò ipſaſmet ſepiolas. Sepiarum oua Plinio vrinam cient in cibum aſſumpta & renum lentorem detergent. Nucibus & allio paratis ſepiolis qui veſcuntur, ſentiunt ſe in

Venerem prorumpere salaciores. Ἐπ' αἰδοίων δὲ, &c. Hoc verò ad coctionis modum videtur pertinere in eundem semper scopum. Βούλεται, prout voluerit. Quid non enim ægrotâtis libidini aliquid condonabitur, vt aliàs consuetudini? aph. 17. lib. 1. apud Hipp.

Κάστορα δὲ ἐν πόμασι πίνειν, castorium verò ant nardum. Noo fuit satis Hippocrati cibum ex præscripto assumi medicatum, quo secundarum reliquiæ ciicerentur: sed & castorium infundi aut decoqui in potum, ipse nooc qnoque iubet, etiámque nardum. Iis enim si vrinæ cieri possunt, possunt & menses etiam aliquo pacto etiámque secundæ. Cæterùm castoris testes (malunt alij liquidum quid in istis inhærens) ad binas drachmas cum pulegij decocto poti monent menses, & partus eiiciunt, vt & secundas, cap. 23. lib. 2. Dioscoridi fretò Hippocratis præsenti authoritate. Καὶ σπάργανον] Rutam nimirum hortensem in vino propinat: hæc enim menstrua pellere consueuit. Rustica autem non menses modò mouet, sed & partus necat. Acriot enim hæc est longè priori validiórque, 7. simplicium apud Gal. & Dioscor. cap. 45. lib. 3. Vnde etiam & ipsemet de Hippocrate est loqnutus, cap. 13. eiusdem lib. Dioscorides, Rnta fœminarum pnrgationes ciet secundasque & emortuos partus, vt Hippocrati (inqnit ipse) videtur, ex vino dulci nigro pota. Quanquam nobis potior longè sit Hippocratis authoritas. Ἐν οἴνῳ μέλανι, in vino nigro] Hic vini etiámque mulieris conditiones obseruare licet. Sed quando communes sunt cum viris, prætermisimus eas de indostria. Notandum tamen est, λεῦκὸν δὲ γλυκὺ, quòd si copia non erit vini dulcis, licitum nnnc est mel commiscere. Explicatas quoque mellis dotes videre licet à plerisque. Venarum tubos deterger, humores fundit, etiámque Dioscoridi aperit ora venarum cap. 75. lib. 2. Κρόμμυον δὲ ἐφθὸν] Tria supersunt qnæ simul decoquit, eorúmque decoctum propinat semper in scopum propositum, quanquam dispari valde mensura. Quibus & hystericoo seminum nonnihil miscer inter coqueodum. De brassica quid Plinius senserit, literis mandatum reliquit ipse cap. 9. lib. 20. Crudus illi brassicæ caulis si mandatur, emortuos pellit partus. Mercurialem verò nunquam in hanc rem prætermittere consueuit Hippocrates. De ruta ex aliorum sententia abundè dictum est nuper. Σάρμεντον ἢ ὑστερικῶν] In seminum censu quæ nunc vocat Hippocrates hysterica vteróque dicata, prætequam qoòd apertiùs postea declarabitur; dauci, pæoniæ vtriusque, cumini, fœniculi, & apij, generisque cuiusqoe semina reponentur.

SENTENTIA DECIMASEPTIMA.

Si verò vteri *grumescant, ac in infimo ventre oboriatur dolor, porra decocta exhibere oportebit, siue syluestria erunt, siue satiua: præpinguia attamen* ex vsu fuerit *facere vniuersa.*

1 Ην δὲ θρομβωθῇ, καὶ πόνος ἐν ὑπέρῃ τῇ γαστρὶ γίνηται, διδόναι πρασόσια ἑφθὰ, καὶ ὅσα ἄγρια καὶ ἥμερα· λιπαρὰ δὲ πανὸς ἄποπα.

Sed & præterea tertio quoque die eam *lauari mitiori cœlo* valde profuerit, *quia iis est frigus aduersissimum.*

2 Λούεσθαι δ' ἐν ἡμέρῃ τρίτῃ ἐν ἀλθῇ μᾶλλον· ὃ γὰρ ψῦχος τούτοισιν ἐναντίον.

Etiámque à balneo subinungere iuuabit: *calida porrò satiùs est* tum *non mulcauti.*

3 Καὶ μετὰ τὸ λοῦσθαι ἐπαλείφειν ἄμφω μὴ πολλῷ θερμῷ χρῆσθαι.

EXPLICATIO.

Hην δὲ θρομβωθῇ, *si autem grumescant*] Hæc verba Hippocratis existimauit vetus vterque interpres περὶ θρομβωθέντων λοχίων, de grumescentibus puerperiis, qoæ scilicet per grumos è locis excidnnt, intelligi oportere. Attendit illorum vterque ad θρομβωθῆ dictioocm quæ grumorum primæ fuit veteribus appellationis. Suspicio hîc est tamen, quòd accommodatior videri queat ad scopum Hippocratis interpretatio, si pro ὕλῳ hîc θρόμβος dictus ad corpus vteri putetur pertinere, & de inæquali eius tumore intelligatur. Hoc nempe sensu continuata erit Hippocratis oratio de puerperiis quæ à partu subsistunt, quibus cùm exitus negetur; cogantur inde in grumos quasi orificia venularum sese attollere & in inæquales tumores. Nimirum qoia si bene coniicimus, quum accingat se vterus quodam naturæ instinctu ad depulsionem eius quod redundat, atque etiam subsistit id ex hypothesi (Nunc namqne puerperia subsistisse ponatur necesse est) cogit ipse quidem sese quasique colligit, & depellit id inqnam in extrema venularum, partium vicinarum & circumiectarum, quia id potentiùs agit & propulsat. Sic (θρομβωθῇ) grumescit vterus, non autem puerperia. Quanam enim aliàs ratione καὶ πόνος ἐν ὑπέρῃ γίνηται, hinc etiã exoriatur dolor in infimo ventre? Neque enim à pnerperiis, quum ipsa tum per grumos effluant pro illorum quidem sententia. Præterea non erat Hippocratis sermo de lochiis, sed postrema hypothesis fuit de derelictis in vtero secundis. Vt longè verisimilius sit quiddam secundarum vnà cum lochiis grumescétem vterum facere, quàm grumescere ipsamet puerperia. Ergo interiore ea parte seipso granulatim tumidior

tumidior factus, eiusmodi tactu deprehenditur. Hoc nunc voluisse visus est nobis Hippocrates verbo θρομβωθῆ. Ad quam quidem expositionem quasi manu deducti sumus alia hac Hippocratis oratione lib. 2. ὧν θρομβωθέωσι αἱ μῆτραι, τὸ σῶμα αὐτέων γίνεται ἅτε ὀρίζουσι μισὸν· καὶ ὧν ἐπαφέῃσι, δοκέει ὑπὸ ἐντὸς ἔχειν. καὶ τὰ ὑστερικὰ ὑ γίνονται, οὐδὲ ἡ γονὴ ἐμμένει πως αὐ ὅδι ἔχει. Ex quorum enarratione intelligas & veteros tumere, hoc est, vt sui metipsius interptes est, veluti orbis plenum, quod quidem (ait) tactu dignoscitur: & quòd eriam non fiuot menses. Imò verò adeò strictè tunc vteri osculum concludi, vt genitura non admittatur, dixit ipse ooo maoeat. Noo maneat inquam semen etiam coniectum tum è viro, πως αὐ ὅδι ἔχει, tãtisper dum sic se habebit. Itaque curationem præscribit Hippocrates consequenter & artificiosè. Locum, si molestum non erit, consulite. Illic enim curatio subsequitur. Ponamus igitur in vtero lochia testitisse, atque ideo infimum ventrem granulatim, vt dictum est, tumere, etiamque dolere. Hæc enim duo notantur in vtero ab Hippocrate. Erit tum in manu remedium paratu facile, (δίδοιμι ἐφεξῆς) porra huius vel illius generis coquete, καθαρὴ δὲ πολέων ἐοῦσα, ac in præpingui vtrobique iusculo apparata exhibere. Hoc quidem præsidium affectæ parti infimæ & interiori operam suam dicauit.

Λούεσθαι δὲ, &c. *lauari verò*] Deinde verò toti & quidem ipsi parti communiter bene consultum cupit vsu balnei. Encathisma credimus voluit vsurpari Hippocrates, balneum verò partium vmbilico inferiorum, non autem corporis vniuersi. Semicupium vulgo vocant pharmacopœi. Sed in hoc has voluit etiam conditiones obseruari, vt tertio quoque tantùm die vsurpetur, & ἐν αἴθρῃ, cœlo non quidem sereno, vt alij, sed clementi, molliori & quasi subtepido. τὸ γὰρ ψῦχος, frigus enim iis inimicũ. Rationem statim subiunxit petitam ab ioiuria aëris frigidioris. Vide aphor. 22. & 23. lib. 3. Tertium est καὶ μετὰ τὸ λουτρὸν, vt in egressu balnei iis mulier subungatur quæ relaxandi emolliendique viribus polleant. Ex quibus quum expectandus sit fructus vberior quàm à baloeo, cuius est parare vias porissimùm dilataréque; monuit ad extremum multa calida minùs vtendum esse. Leuis nimirum vt sit lotio moderatáqoe, oon autem diuturnior; ne (credimus) attractio fiat è distantioribus locis.

SENTENTIA DECIMAOCTAVA.

Ὅταν ὁ ὑστερος μὴ αὐτίκα ἀπίῃ μετὰ τὸν τόκον, τῆς μήτρης γαστρὸς γίνονται πόνοι ὑπὸ κατείδοι, καὶ ῥῖγος, καὶ πυρετός. 1

Si quando secundæ statim à partu non exciderint, ventrem infimum opprimunt dolores versus inanem partem, etiámque rigores & febres.

Κἢν ἀπαλλάσσηται ὁ ὑστερος, ὑγιαίνει καὶ ἡ γυνή. 2

Quòd si secundæ decesserint, pristinæ *mulier sanitati restituitur.*

Σήπεται δὲ πολύ· ἀπαλλάσσεται δὲ ἕκτῃ, ἢ ἑβδόμῃ, ἢ καὶ αὐτέρω. 3

Vt plurimum autem ipsæ *putrescunt, abscedunt attamen sexto aut septimo die, aut* sæpe *etiam postea.*

Ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ χρὴ δίδοναι φάρμακα, ὧν αὖ ἐγὼ γράψω, καὶ πνεῦμα κατέχειν. 4

Ideóque quæ præscribimus medicamenta, exhibere oportebit, ac spiritum ipsam *continere.*

Ἄριστον δὲ πάντων οἶδα ἀρτεμισίην βοτάνην καὶ δίκταμνον. 5

Est verò omnium præstantissimum ex his quæ ipsi nouimus, herba artemisia atque dictamnum.

Λευκοίου ἄνθος καὶ ὀπὸν σιλφίου κέντριον ἐν ὕδατι πιόμενον ὅσον κύαμος ἑλληνικός. 6

Albæ violæ flores, silphiúque succus laudabilis est ad Græcæ fabæ quantitatem ex aqua potus.

Καὶ ἢν τὰ ὑστερα μὴ δύνηται ἀποφυγεῖν, ἀποσχέσθω. 7

Quòd si ne his quidem secundæ cedant, à cibis mulier abstineat.

Κἄπειτα πίτυλα τῆς ἄγνου τρίψας ἐν οἴνῳ καὶ μέλιτι, καὶ ἔλαιον ὀλιγάκις, χλίνας, δίδου πίνειν ὅσον κοτύλιον, καὶ ἔξεσιν. 8

Eíque postea in vino ac melle contrita folia agni casti exhibe, quantum cotyle mensura *capit: his artibus prodibunt* secundæ.

EXPLICATIO.

QVOD τὸ ὕστερον Græcis dictum fuit veteribus, ſecundas nuncuparunt Latini pari & eadem omnino ratione. Nimirum quia αὐτίκα ἀπὸ τοῦ τόκου, debeant ſtatim ſequi poſt partum natura duce, ſimulatque ſcilicet in lucem editus eſt puer. Contrà autem ſi quãdo fortè acciderit, hæ iode veniunt puerperis, quæ nunc iam ſequuntur calamitates atque miſeriæ. Nondum etenim eſt definita de ſymptomatis & ærumnis puerperarum oratio Hippocratis.

Τὰς πάσης χωρὶς γίνονται πόνου] Acerbitas ergo doloris iuſta de cauſa imum veortem perſtringat. Symptomatica enim loco alieno continetur, vterum grauans pondere ſuo primùm, deinde etiam qualitate moleſtum, id quod eſt in eo relictum ex hypotheſi.

Ἐς τοὐπίσω, *in ilia*, & vtriſque, aut quidem alterutris. Fertè enim fit, vt tum colligat ſeſe vterus, etiámque intrudat ſe in alterutrum vacuum latus, ac interim ſecundarum etiam reliquias circumplectatur. Deinde quum puerperia pariter tunc quoque coërceantur, putreſcens vtrumque id eodem pacto, vt ſtatim ponetur; rigorem ſæpe accerſit, etiámque febrim. A quibus vniuerſis tamen protinus mulier leuabitur è contrario, quoties (ἀνταλλάσσηται τὸ ὕστερον) propulſatæ foras exciderint ſecundæ.

Σήπεται δὲ πολὺ, *at ſæpenumero ipſa computreſcunt*] Quum enim antea nutrireotur prætereunte per eas illecto ſanguine tractóque vi ſœtus gratia nutritionis incrementique: eodem ipſo abſente ſœtu, vita cum eo antea communi nunc deſtituitur, vnde & mors ſuccedit, tandémque etiam putredo inducitur. Atque vt eſt ſtudioſa ſui ſemper partis cuiuſque natura, à ſe perpetuò hoc malum depellere vterus ipſe nititur; nunc ſexto aut ſeptimo, aliàs citiùs aliquantò tardiúſve, hoc eſt quando per puttedinem vincula relaxantur, quibus cum vtero ad cotyledonas antea ſtringebantur ſecundæ. Quid autem viuenti cum emortuo commercij eſt, quid ſocietatis? Etenim alioqui vt depelli poſſit, valde id ineptum eſt; nec expellenti naturæ quantumuis robuſtæ, ſectus id vnquam cedet. Intelligunt phyſici facilè quod volumus. Namque ex putredine ſtimulus quidam accedat ad grauitatem neceſſe eſt gratia excretionis vegetioris. Quòd ſi ne ſic etiam ſat promptè natura ſuſcitetur ad depullionem, hic non deſunt remedia, quibus occurri huic poſſit. Itaque δεῖ τῇ τοιαύτῃ (ait) χρὴ διδόναι φάρμακα, ſic afflictæ mulieri quæ modò recenſebuntur medicamenta offerre oportebit. Iam igitur ad curationem Hippocrates aggreditur. In qua doo animaduertere licet omnino, διδόναι φάρμακα, dare medicamenta, καὶ πῶμα καὶ ὄχλει, & ſpiritum continere, ſternutatorio etiam oblato, ſi ex vſu fore videbitur. Hoc verò perſtrinxit admodum breuiter Hippocrates, ſed id manifeſtè magis expoſuit alio loco in aphoriſmis ita loquutus, τὰ δὲ ἀπαμῶσθαι τὰς μυκτῆρας καὶ τὸ στόμα, nares (dixit ille) ósque comprimendo. Alienum oon erit Græca interpretatinnis verba Philothei adſcribere, quippe quum huius rationem contineant, ὅπως τὸ πνεῦμα δύῃ τὰ κάτω χωρίνα τῇ πτάρνιδι καὶ τῷ κλόνῳ τῷ παρωθοῦντι κατηχθῶσι, πτάρνυσι τὸ χόρτον, id eſt, vt ſpiritus ad inferna deſcendens vi & concuſſione ſternutamenti ſecundas faciat deorſum ferri. Qua eadem de cauſa mulieri ab vtero oppreſſæ aut quæ partum ederet difficulter, ſuperueniens ſternutamentum Hippocrates duxit in bonis. Itémque aphor. 49. eiuſdem libri, vt excuteret ſecundas, naribus ſternutatorium admouit, nares ósque premens. Qui ſanè locus, vt & plerique ferè omnes libri quinti, certè decerptus videtur ex hoc priore libro. Sed, ſi placet, regreſſio ad medicamenta fiat. Quædam præſtantia egregiáque nouiſſe Hippocrates faſſus eſt, quæ in ordines duos referri ſic poſſunt. Io priori vt quatuor conſtituatur, ſcilicet artemiſia, dictamum, albi violæ flores, & ſuccus Cyrenaicus: latiora deinde folia agni caſti in poſteriorem reducantur. De artemiſia eiúſque viribus quid opus eſt plura recenſere? Hanc qui prætermiſerit in quibuſlubet hyſtericis remediis, parum cautus noſtris reputetur. Eius vires expoſuit Dioſcor. cap. 110. lib. 3. vbi mirum videri queat, quum calefacere ſuapte vi dicata ſit, Galeno ſimplicium ſexto, quomodo ad inflammationes vteri poſſit cooſerre. In mulicbtes deſeſſus vtrumque vſurpatur genus feliciter ad detrahendos menſes & partus, ſecundáſque: itémque ad præcluſiones eiuſdem partis. Atque tam tenuium partium eſt, vt Dioſcoridis Galenique iudicio communi calculos atterat minuátque. Imò vrinam ſuppreſſam ciet & menſes pellit ad pubem appoſitum.

Καὶ πλατέα φύλλα] De pulegio Dioſcorides loquutus cap. 30. lib. 3. eiúſque viribus aduerſus vteri inflationes durities ſque, capite ſequenti ſic eſt effatus de dictamno. Longè efficaciùs præſtat quæ pulegium ſatiuum. Nam non potum modò (ait) ſed appoſitum quoque aut ſuffitum defunctos partus eiicit. Guſtu radix calefacit acceleratque partus. Creticum Theophraſto ad plura perutile. Pollet potiſſimùm tamen ad partum. Difficiles enim partus folia faciunt faciliores, aut certè penitus ſedant dolores. Quod pleriſque mulierculis foret gratiſſimum. Propinantur autem ex aqua. cap. 26. lib. 3.

Λευκοῦ ἄνθος] Reddamus, ſi placet, albi violæ flores, quanquam in medendo luteos flores commendarit Dioſcorides cap. 121. lib. 4. Valde enim diſcrepant inter ſe λευκοῦ genera, florum colore. Huius ergo aridi flores feruefacti in deſeſſionibus valent contra vteri inflammationes. Imò verò menſtrua expellant. Semen drachmarum duarum pondere ex vino potum aut cum melle indirum, menſes, ſecundas & partus extrahit apud Dioſcoridem. Ex albis violæ floribus, qui cæteros odore præcellunt, laſminum parabatur vnguentum apud Perſas, quod inter epulãdum gratia odoris grati, ſolitum erat vſurpari, Dioſc. cap. 66. lib. 1. Cui arridet quoque Galenus 7. ſimplicium ad menſes, ſecundas, & fœtum ſiue viuentem ſiue vita defunctum: Quòd ſi aliquis volet copioſioris aquæ permixtione refrænare eorum vehementiam mitigaréve, habebit (inquit) & ad phlegmonem vteri præſtans medicamentum. Sic decoctum eius ſi non merum fuerit, vteri phlegmonas idemidem perfuſum ſanat, præſertim autem quæ tempore diuturniori in ſcirrhi modum induruere. Semen vt eſt facultatis eiuſdem, aptiſſimum eſt medicamentum drachmarum duarum menſura epotum, tum menſibus ciendis appoſitum cum melle conuenire creditur,

creditur, fœtúmque viuentem interficere, ac mortuum eiicere. Similis sunt quodammodo facultatis radices.

Καὶ ὀπὸς σιλφίου, ac silphij succum] Quòd ὀπὸς *succus* κατ' ἐξοχὴν dictus sit qui è silphio manat, demonstratur manifestè eius quidem præstantia. Cyrenaicus verò, quia ex oppido Cyrenarum optimus & laudatissimus afferretur. Vide, ne plura congerantur, Dioscoridem cap. 618. lib. 3. Theophrastum cap. 3. lib. 6. & Galenum lib. 8. de simplicibus medicamentis.

Τῆς ἄγνου, agni casti] Cur hoc nomen Græci indiderint, rationem reddidit Dioscorides cap. 110. lib. 1. quòd nimirum in thesmophoriis, quæ sacra Cereris erant, Athenienſium castitatem custodientes matronæ, huius foliis sibi cubitus sternebant. Semen quoque eius (eodem iudice) lac enocat, menses ciet drachmæ pondere in vino potum. Decoctum foliorum & seminis in desessione mulieribus malo vteri opportunis opitulatur, itémque inflammationibus. Purgationes mouet semen cum polegio assumptũ, etiámque fusitu vel appositu, & quæ sequuntur capite citato apud Dioscoridem. Huic denique tantum Hippocrates tribuit, vt si quæ priori loco ipse recensuit, non propulsent secundas; Medicos releget ad illius vsum quasi ad sacram anchoram. Imperat & (ἀσιτίην) ieiunium tamen priùs, quò (credimus) liberiores fiant meatus, per quos ad vterum vis eorum pertineat sine negotio & impedimento. Deinde eiusdem foliis modo & mensura abs se præscriptis cum vino & melle & oleo commixtis inter se & propinatis, tantopere credit fiditque, vt (ἔχειν) certum ratúmque habeat hinc fore depulsionem secundarum.

SENTENTIA DECIMANONA.

Ην δ' γυναικὶ ὁ χορίον ἐλλιφθῇ ἐν τῇσι μήτρῃσι, τοῦτο μὲν ὧδε γίγν. 1

Quòd si chorion mulieri in vtero fuerit relictum, hoc autem etiam hac ratione accidit.

Ην ῥαγῇ βίῃ ὁ ὀμφαλὸς, ἢ ἁμαξίῃ ἀποτάμῃ ἢ ὀμφαλοτόμος, τὸν ὀμφαλὸν τῆς παιδίου προσθὲν παμοῦσα, πρὶν ἢ ὁ χορίον ἐξιέναι ἐκ τῶν μητρέων, αἱ μῆτραί τε ἀναπαύσωσι ὕστερόν τε αὖθις, ἅτε ὀλισθηρὸν ἐὸν καὶ χλόμυον, καὶ καπήχουσι ἐν ἑωυτῇσι. 2

Si vi abruptus videlicet *vmbilicus fuerit, aut* quidem *exectus per imprudentiam vmbilici sectricis quæ ipsum antè secuerit quàm effluxerint ex vtero secundæ: vterus* nimirum *secundas* tunc *sursum reuellit, vtpote labiles & fusiles, etiámque retentas circumplectitur.*

Τέτραπται γὰρ ὁ χορίον ἐκ τοῦ ὀμφαλοῦ τοῦ παιδίου· καὶ ὕστερος ἔξοδον ὁ ὀμφαλὸς ἐκ τῆς μητρέου. 3

Etenim ex vmbilico puelli protenduntur: adde quòd vmbilicus etiam ex vtero posterior egreditur.

Ην γὰρ πρόσθεν ἐξίοι, δι' αὐτοῦ ἂν οὐκ οἷόν τε διέλθοι τοῦ παιδίου τὴν τροφὴν, ὅτι ἐξήρτηται ἐξ αὐτέου. 4

Namque si loco prodiret priori, non vtique per ipsum puello nutrimentum diffunderetur, quum siquidem ex eo ipse *propendeat.*

EXPLICATIO.

QVÆCVNQVE præsunt partutientibus matronæ, iis perficiundum est hoc de euellendis secundis negotium cautè diligentérque, ne quid videlicet incommodi pro expectata ope ipsæ persentiãt, cõiectæ in summum discrimen vitæ suo magno quidem & obstetricum errore. Hoc autem vsu venire consueuit sæpenumero subsistentibus in vtero à partione secundis. Nec solùm in vitio sunt communiter, sed in magna nimis ignoratione rerum versantur, non dicam Iudices, sed penes quos Reipublicæ dominatus versatur eiusdémque salus; si illi imperitis obstetricibus vulgi vxores committãt aut etiam suas. Imperitas dicimus quas nouimus minùs eruditas Medicorũ ratione & oratione. Chirurgis manu exercitatis committebantur parturientes veteribus. Nihilo nunc sunt illorum plerique aut admodum paulò fatuis obstetriculis hac in re eruditiores mann, vt existimant quamplurimi. Æquare se tamen audent præceptoribus vel ipsce, vt sermo est eorum, doctissimis. Sumus ipsi memores, quòd cùm tyrocinium in hac nobilissima arte Asclepiadarum adhuc exerceremus, ac de supponenda in sinum pudoris manu gratia dignoscendæ affectionis vteri cum chirurgorum quodam ageremus, qui se collegis suis quibuslibet & præferebat, & re vera communi ferè illorum iudicio antecellebat cæteris; se in media pudendorum scilicet quæ æquè distat ab extremis, via muliebrium; deprehendisse perpetuò orificium vteri impudenter inscientérque nimis affirmasse. Dicere haud quidem placet, quòd illud è medio (ne quis hallucinetur) hoc est è directo opposito aut quidem fundo, exterioribus pudendis duce natura

respondeat: sed quia in medio ipso ductu (si quod est canum interius penitiúsque exeperis) qui totus penem virilem refert, os uteri deprehendatur, dicebat ille, semper delitescens. Egregia quidem affirmatio, ignorationis plenissima & manu digna subrustici potiùs quàm delicata & erudita chirurgi. Ergo dum parturientibus obstetrices adsunt, si non veram prudentiá, pusillá saltem iudicij quandam speciem in ipsis meritò desideramus; ne in subleuando ab onere utero quiddam secundarum ipsæ relinquant.*

Τῶν δὲ γίνεται ἁμάρ] Accidit verò id duabus errandi viis. Aut quia (ἰσχυρῶς βαστάσασ' ὁ ἰμβρυόκλυς) abrumpitur sæpe ab obstetrice, (vt & à puello) vehementiùs trahendo secundas; maximè verò vbi tenuioris substantiæ sunt quæ à secundis ad vmbilicum puelli vasa pertinent: Aut si ipsa quidem robusta sunt satis, quando iusciè imprudentérque obstetrices ea ipsa vasa rescinduut, πρὶν ἢ τὸ χωρίον ἐξύγρανε; priusquam nempe effluxerint ex uteri fundo vnà cum secundis. Iude adeò fit, vt uterus munere defunctus suo propulsandi; hoc est pariundi, eodémque pacto onere leuatus, colligat se se, atque sic (ἀναπτύσσει) trahat secum superiora versus adhærescentes adhuc secundas, aut quidem illarum reliquias. Atque id tanrò promptiùs faciliúsque facit, (ἅτε ὑγρότερον τὸν καὶ χαύνοτερον) quia suapte natura & leues secundæ sunt, & lubricę, madentes atque diffusæ. Quam ob causam obsequuntur facilè, vt sunt tunc ad sequendum paratiores. Nec quidem solùm uterus reuellit secundas, statim eas posteà redditurus; sed (παρέχεται ἐν ἑαυτῷ) suo quasi conceptas concauo retinet. Quod non potest non accidere summo puerperæ detrimento & vitæ periculo. De hac verò molestia copiosiùs aliàs.

Τίνεται γὰρ τὸ χορίον, *tenditur verò chorion ex vmbilico puelli, ac vmbilicus secundo loco ex utero egreditur*] An verò hoc videri debeat verisimile, quòd in hypothesi hac de causa uterus secundas ad se reuellit, eásque circumplectitur, quia educuntur ipsæ, aut quidem protenduntur ex vmbilico puelli? De generationis modo puelli Inquirus Hippocrates libello de natura eius adscripsit, coniecto in uterum semini pelliculam primùm induci, quod cùm spiritu ac calore perfusum sit & vita fruatur, sibi ipsi viã munit membranam perrumpens, qno spiritum & sanguinem anquirat causa vitæ, nutritionis & incremẽti. Ex mutato autẽ concretòque tandem sanguine caro nascitur, per quam mediam vmbilicus extenditur, quemadmodum in præcitato opusculo expositum legimus. Ergo per vmbilicum spirat genitura, & alimẽtum & incrementum capit. Nulla verò alia ratione id vnquam eueniat, nisi puelli venæ & arteriæ vmbilicales muturs ac paribus oculis respondeãt, quò spiritus ducatur, maternis nimirum arteriis: materniſque venis venæ inserantur puelli, ad alliciendum etiam sanguinem gratia incrementi. Ergo sic hinc inde vmbilicus extenditur, hoc est ductus siue quæ ad vmbilicũ puelli vasa pertinent, vt æquum consentaneúmque & perneceſſarium quidem sit extremorum altero excíso ruptóve (eo scilicet exempli gratia quo cum cobærent ipsa puello) sursum versus reuelli eam partem vasorum quam adhuc aptari ad coryledonas uteri eum secundis ponimus quoque ex hypothesi. Quibus positis nónne consectarium videtur, etiam sine vllo negorio reuelli ac quasi reſorberi posse secundas abruptas aut excisas, quòd tendantur ipsæ ex vmbilico puelli? Deinde idem hac sequenti ratione confirmat Hippocrates, καὶ ὅτι ὑγρὸς ἔξεισι ὁ ἰμβρυόκλυς ἐκ τῆ μητρίου, quia ex utero exeat vmbilicus posterior. Id quod perpetuum quidem est, quoties naturæ dominatu reguntur vniuersa. Etenim interest tunc vmbilicus cum secundis tanquam quoddam vinculum maternæ societatis cũ fœtu siue puello. Vnde libro de puelli natura Hippocrates, de ruptione pellicularum quæ fit in partu locutus, φησὶ λύεσθαι (ait) ὑπὸ τῆ βίηλου τὸ ἰμβρυον, καὶ χωρὶς ἔξω κλυσθὲν, tunc vinculis fœtus ipse soluitur, foràsque eiectus prodit. Quòd si interiectum vinculum non esset, sed oscillo uteri sit vnà cum secundis vmbilicus propior, eàque de causa (πρόσωπος ἔξιν) exeat ipse ante fœtum, διὰ ταῦτα οὐκ ἂν δύναιτο τὸ παιδίον ὑπὸ πρόσθεν ἰέναι, quonam sanè modo per ipsum medium & eius canum ad corpus puelli nutrimentum pertingat? ὅτι ἐξώρμηται ἐξ αὐτοῦ, *nam & ex eo ipso propensus est puer*: non contrà, sicuti foret neceſſe, si priori loco prodirent secundæ foras vi propria uteri depultrice. Ita verò propendet puer ex secundis per vmbilicum, vt cut in caput duce natura ipse in lucem prodit, dum inuestigando diu meditatur Hippocrates libello præcitato, hanc causam ipse assignet valde probabilem: βαρύτερα γὰρ ἔστι ἀπὸ τὰ ἄνω ἐξ τῶ ἰμβρυῶ κεφαλώματα, quia puello longè sint partes supernæ grauiores appensæ ex vmbilico tanquam è statera quadam aurificis & ea quidem ad amussim posita.

SENTENTIA VIGESIMA.

Si præterea quæ grauida est, embryonem menstruum corrumpat aut quidem *bimestrem, & secundæ excidere nequeãt, ipsa sit autem attenuata: huius primùm corpus purgare oportet, deinde pinguefacere.*

1 Ὁτόσῃ δὲ ἐν γαστρὶ ἔχουσα φλύρη ὃ ἔμβρυον μηνιαῖον ἢ δυμηνιαῖον, καὶ τὰ ὕστερα ἔξιέναι μὴ δύνηται, ἢ δὲ λεπτὴ, τούτης χρὴ πρώτιστα καθῆραι ὃ σῶμα καὶ πιάναι.

Non enim antè putrefacti fœtus depelluntur, quàm fortis euadat uterus benéque compactus.

2 Οὐ γὰρ πρότερον ἐξίσι τὰ ἔμβρυα σαπέντα, ἢν μὴ ἰσχυραὶ αἱ μῆτραι ἔωσι καὶ δυνατώτεραι.

EXPLI-

EXPLICATIO.

De secundis hactenus Hippocrates, credimus, vbi fœtum perfecto partus tempore mulier edidit, non tantùm inchoato. Quæ symptomata quæque accidere solent mulieribus illis quæ inter puerperas verè debent recenseri. Quòd si attamen eueniat vt mulieres cooceperint, menstruúmque contineant, aut etiam bimestrem fœtum gestantes adhuc, alterutrum corrumpaot (de iis enim Hippocrates ex hypothesi) quasi ab quo symptomata repetens puerperarum, audietis statim quibusnam remediis iisce bene consultum nunc cupit Hippocrates. Ergo continet hypothesis tempus concepti fœtus menstruum aut quidem bimestre: continet & concipientis conditionem statúmque. Mulier enim gracilis statuitur & extenuata. Sed sanè minùs mirum debet videri, quum (ἡ λεπτὴ) mulier exilis sit corporis & extenuati, quomodo (φῦλον) fœtum corrumpat, siue menstruus tantùm ipse sit, siue bimestris, siue longioris etiam ætatis. Sic enim genio fraudatus alimentóque, iure tabescit ipse & corrumpitur. Legite aphorismos 44, 45, 46, & de iis iudicium Galeni in comment. ὑγρὸν σπέρμα ἔχουσι τὰ ἔμβρυα, nõ enim prius propulsantur fœtus foras, &c. Subsistit fœtus per se ἀνώνως in vtero, quia vita priuatus, ex hypothesi, nec ipse egredi, nec pati ratione (τὰ ὑστερα ἐξιέναι μὴ δύναται) possunt secuodæ tantisper, dum ἰσχυραὶ αἱ μῆτραι ἔωσι καὶ ὠτειλαί, robur suum statúmque firmum vterus recuperarit. Etsi enim (τὰ ἔμβρυα σαπέντα) menstruus etiámque bimestris fœtus putris sit, ac proinde vtero molestus: ad eius expulsiooem tamen non antè vterus accinget sese aut quidem frustra, nisi potens ipse fuerit & opimus. Nam quemadmodum mulrò tenaciùs hæsent quæ sicca sunt: sic quæ humorem in se cootinent vberiorem, soluũtur inter se faciliùs dissipantúrque. Quanquam etiam secus ὠτειλαί exponi potest. Legite aph. 44. lib. 5. & expositionem Galeni sedulò expeoditote. Attamen de extenuatis prætet naturam eorum vterque intellexit. Vide etiam quid in commẽtario Numesianus. Quandiu nimirum viuus io vtero fuit fœtus valénsque, ὠτειλὰς quoque erat vterus ipse, collectus in sese, hoc est beoe compacto & composito corpore: at fœtu corrupto, vterus laxior factus est & ferè dissolutis & eneruis. Hinc in pristinum statum regressus, conualescat necesse est. Quod quidem perficietur duplici remedio. Siquidem nunc de curatione dicendum est.

Πρωτιστα καθῆραι τὸ σῶμα] Imprimis accommodata purgatione ad corpus vniuersum. Ne scilicet in imbecillum vterum humores coosluant: eodémque pacto, vt sine vllo incommodo nutritio laudabilior fiat iuxta Hippocratis sententiam 10. lib. 2. Καὶ πεψαι, dein saginatione: vt inde reddatur corpus pingue & magis obesum. Isthæc enim duo ad corpus totum referri oportere existimamus. Ad quæ tandem consequetur, vt ad se vterus ipse redeat & pristinum recipiat statum. Vnde robustior effectus & bene constitutus, cum putri fœtu reliquias depellat secundarum, vti modò à oobis dicebatur.

SENTENTIA VIGESIMAPRIMA.

Ην γυναικὶ ὁ χοιρίον ἐμπέφθῃ, ἰῶ μὴ εὐρύσωμοι αἱ μῆτραι ἔωσιν, χορέη ἡ κάθαρσις ἐλάσσων τοῦ χυμοῦ.	1	*Si in muliere remanserint secundæ, nisi vterus amplo ore fuerit, purgatio paucior sequitur quàm ex vsu sit.*
Καὶ ἡ γαστὴρ σκληρὴ γίγνεται καὶ μεγάλη.	2	*Et indurescit venter & amplificatur.*
Καὶ ψῦξις ἔχει, καὶ πυρετὸς ὀξύς.	3	*Deinde* mulierem *frigus capit, etiámque acuta febris.*
Καὶ πόνος κατὰ ἅπαν τὸ σῶμα, μάλιστα δὲ τὸ κατώτερον τοῦ ὀμφαλοῦ.	4	*Ac tandem corpus vniuersum dolor* occupat, maximè *autem eam ventris partem quæ est* proximè *vmbilico inferior.*
Καὶ βέλτος γίγνεται ἐν τῇσι μήτρῃσι, καὶ στροφὴ ὡς ἐμβρύου ἐόντος.	5	*Et oboritur in vtero grauitas, & tormina fiunt non secus atque si fœtus in eo detineretur.*
Καὶ μελεδωθῆσα ἐκβάλῃ τὸ χοιρίον ἐν τάχει σκληκας, καὶ ὑμαίητας.	6	*Vbi autem adhibita remedia fuerint, quamprimum vterus eiicit secundas putres, sícque sanescit.*

EXPLICATIO.

Altera hypothesis sequitur de muliere non gracili, vti superior fuit, sed robusta: cui attamen vitio conformationis propter adstrictum scilicet orificium vteri, quoad vnà in eo secundæ putrescent, hinc inde eam obruunt & circumueniunt multæ molestiæ. χωρὶς ὁ κάθαρσις ἔλασσον τοῦ χυμοῦ, parcior primùm quàm è re sit, purgatio lochialis consequitur. Atque id nónne quidem meritò? Constrictum

est enim nimis vteri osculum. Imò verò ad modicam huiusmodi euacuationem χαίρει σκληρὰ γίνεσθαι καὶ μεγάλα, durior redditur venter præ plenitudine, eadémque ratione fit amplior sese aliquantò. Multa sic etiam superstite copia lochiorum, eáque putrescente, ψύξις ἴσχει καὶ πυρετὸς ἕπεται, exoritur rigor iure, quem acuta febris tandem excipiat. Inde syuochum concitari Galenus ratus est 6. Epid. Et quamquam ex hoc cœno & putrente loco vapores efferantur, (πάντες γὰρ ἄνω τὸ σῶμα) & per corpus vniuersum diffundantur, qui negotium huic facessant; χαίρουσι δὲ τὸ κατώτερον τῷ ὑπογαστρίῳ, ea pars tamen quæ pube desinit & vmbilico, condolet potissimùm. Καὶ βαρύνεσθαι γίνεται, vt ea quidem parte pondus inane quoddam tunc percipiatur præ copia rei contentæ etiámque plenitudine. Καὶ συχνὰς ὠδῖνας ὠδίνειν, indéque adeò torminibus nunquam diuexari desinat, donec foras propulsetur, quasi subesset in vtero puer foras propellendus. Quæ quidem tormina etsi sic verissimè dicantur, & appellentur propriè, solent tamen mulieres vulgò tunc nuncupare flatus, de quibus nunquam non ipsæ querantur.

comment. 1. in sent. 1.

Καὶ μηδεμιᾶς θεραπείας ἐπιούσης τὸ χεῖρον] Sed adhibita cura quamprimum reddit mulier iam putrentes secundas ex suppressione, atque eo modo restituitur sanitati. Curationis verò modos prætermisit Hippocrates de industria, quando sunt huic communes eum suprà dictis.

SENTENTIA VIGESIMASECVNDA.

Quando ex partu exulceratus fuerit vterus, ei rosarum floribus mederi oportebit.

Ἢν ἐκ τόκου ἡ μήτρα ἑλκωθῇ, ῥόδων αὐτῇ ἰᾶσθαι.

Licet *& adstringentium infuso ipsum perluere.*

Διαπλυζέσθω δὲ καὶ στυφόντων.

Quòd si os eius *fuerit vlceratum cum inflammatione, myrrham, & anserinum adipem, & albam ceram, etiámque thus iisce pilis qui leporum ventri inhærent, oportet commiscere, & ad læuorem isthæc redacta & vellere excepta supponere.*

Ἢν δὲ ἑλκωθῇ τὸ στόμα καὶ φλεγμήνῃ, σμύρναν καὶ στέαρ χηνεῖον, καὶ κηρὸν λευκὸν, καὶ λιβανωτὸν, λαγωῷσι θριξὶ τῇσιν ἔσω γαστέρα μίσγῃ, καὶ προσπλάσαι ἐς εἰείην λᾶα ποιεῦντα.

EXPLICATIO.

Est Hippocratis propositum vteri persanare vlcus puerperarum ex hypothesi. Cuius hîc cùm non describantur notæ, vt nec etiam causæ, si non erit ingratum, repetentur ex superioribus. Repetantur & ex Aëtij sermone quarto terrabibli 4. cap. 88. Nec enim omnia describi possunt nec debent omni loco. Verumtamen vt hîc vlcera sede, sic & curandi modo ponuntur discrepare.

Ἢν μήτρα ἑλκωθῇ] Vlcerato vtero medetur Hippocrates ῥόδων αὐτῇ, decocti, in quo rosarum flores incocti fuerint, perfusione.

Διαπλυζέσθω δὲ καὶ στυφόντων] Etiámque aliorum adstringentium ablueuti decocto, credimus per metranchytam: vt διαπλυζέσθω ad vtrumque referatur. Penitus enim nunquam quid eluat, nisi intromittatur. Secus se res habet in consequente hypothesi.

Ἢν δὲ ἑλκωθῇ τὸ στόμα] Quòd si os tantùm vteri vlcus obsidebit & inflammatio, non est tum necesse perfundi affectam partem, sed (στοχαστέον) ad eam pessarium indi, cuius descriptionem apertam reperias apud Hippocratem. Inflammatæ à partu mammæ rhure cum cimolia & rosaceo, magna vtilitate perunguntur apud Dioscor. cap. 70. lib. 1. utémque cap sequenti. Eius corticis eadem vis est quæ thuris, sed validior tamen adstrictióque. Ideóque vtero fluxione laboranti cõferre in pesso creditur. Galeno quoque abstergens quiddam rhus habet. Eóque nomine expurgare & implere videtur quæ in oculis vlcera consistunt, vt & myrrha & styrax, septimo simplicium. Sed ex hoc loco idem præstare thus in vlceribus vteri ediscemus quoque ab Hippocrat. Atque hæc quidem vlcerato ori conferent. Sed etiam (φλεγμήνῃ) positum fuit osculum vteri inflammatione tentari. Cui quum descripta præsidia nec commoda, nec satis esse queant, audite quæ hanc sedare possint. Si enim vlceratum vterum persanabunt, sanabunt & eius oscillum facillimè.

lib. 7. simpl.

SENTENTIA VIGESIMATERTIA.

Si ex partu conceperit vterus inflammationẽ, corpus mulieris *febris quædam lenta prehendit, & oculorum caligo.*

Ἢν ἐκ τόκου φλεγμήνωσιν αἱ ὑστέραι, πυρετὸς ἴσχει τὸ σῶμα βληχρὸς, καὶ ἀχλύς.

Ἢν δὲ πῦ

Ἐκ δὲ τῆς χειλίνης ὑδέποτε ἐκλείπει ὁ πῦρ, καὶ δίψη, καὶ τὰ ἰσχία ἀχθέα, καὶ οἰδέει τὰ γαστέρα τὰ κάτω ἰσχυρῶς, καὶ ἡ κοιλίη παχύνεται.

2 *Nec tantisper ab aluo deficit ſummus ardor, ac ſitit mulier, & dolore premitur coxarum, ac mirum in modum tumet infimus venter, & aluus turbatur.*

Ὑπερώδμια δὲ κακὴν καὶ ὀζώδεα· καὶ λαγίζει ὁ πῦρ σφοδρὸν, καὶ ἀστίη ἔχει, καὶ τὸ βρέγμα ὀδυνᾶται, καὶ ἡ δυσέη εἰρύσας τῆς κοιλίης ὁ στόμαχος ποτὰ καὶ σιτία, καὶ ἀδυνατέει πίειν.

3 *Sed & malum eſt excrementum, & graueolens, & febris prehendit vehemens, adéſtque faſtidium cibi, & dolor ad ſyncipiut: nec ventriculi ſtomachus cibum trahere poteſt nec potum; non poteſt ſaltem mitificare.*

Καὶ ἐὰν μὴ ἀναπνεύσωσι ἀθρόως, αἱ πλῆξαι θανάσιμοι· ἡ κοιλίη δὲ αἰτίη.

4 *Denique* hinc *intereunt plurimæ, niſi confeſtim ſuccurratur: cauſa eſt autem aluus.*

Τῆς ἀκτῆς τὰ φύλλα ὡς ἁπαλώτατα ἐν πύρων χριμπτοῖσιν ἑψήσας σταδμίοισιν, ἀχροχλίαρον ῥοφέειν, διδόναι τε καὶ μελίκρητον, καὶ οἶνον ὑδαρέα.

5 *Sambuci folia quàm tenerrima poſtquam incoxeris in triticea farina craſſiore glutinoſa, leuiter tepefacta* oportebit *abſorbere; & melicratum offerre & vinum aquoſum.*

Καὶ ὁ κάτω κοιλίην καταπλάσσειν ζωσιψυκτικοῖσι, σιτίον δὲ ὡς ἐλάχιστον ἐπιδίδειν, καὶ τὴν γαστέρα ἵστασθαι, καὶ τὴν κεφαλὴν ὀνίνασθαι, ὑποχόνδριον δὲ καταπλάσσειν καὶ τὴν μητρέων τοπήν.

6 *Ac ad ventrem infimum admouebuntur cataplaſmata refrigerantia: cibum autem dare quàm parciſſimum, & ventrem ſiſtere, & ad caput remedia, & ad hypochondrium cataplaſma apponere, & ad uteri ſedem* potiſſimùm.

EXPLICATIO.

CONCALESCENTIS uteri & inflammatione quidem obſeſſi ſigna nuper dicebamus repetenda ex Aëtio & hoc eodem Hippocrate, vt & hortamur adhuc. Quæ quom in puerperas cadat affectio, uterum ex partu eiúſque violentia ſic ſe habere, ſi placet nooc quoque ſtatuamus. Hoc enim inde poteſt euenire. Quæ verò tum hic morbus connexa habebit ſymptomata, erunt huiuſmodi. Totum è veſtigio corpus prehendet febris, ſed quę principio tamen iure ſit puſilla lentáque. Siqoidem nihil dum ferè computrui. Medus autem eius temporibus reddentur fortiora omnia grauioráque. Vnde pro febre lenta præſenti, noo ſatis tum erit Hippocrati τὸν πῦρ ardentem ootare febrim, niſi & illius quoque vehementiam ſignet dictione σφοδρὸν adiuncta. Addentur & reliqua, de quibus dicemus ſuo loco. Alterum ſymptoma eſt ἀχλύς, caligo. Hæc verò cadit in aërem cõditio, quemadmodum ex Coacis aoimadueríionibus affirmari poteſt. Itémque quiſque agooſcat facilè quid cooſtitotio ἀχλυώδης καὶ ὁμιχλώδης, caliginoſa & oebuloſa, Epid. primo apud Hippocratem, & 2. Ptorrhet. comment. 2. Sed ad oculorum quoque ſpiritus effertur craſſiuſculus quidam vapor à putrẽte quodam foco, qui perturbationem quandam inducet ſpiritibus, & leues offundet tenebras radiis oculorum. Ἀχλὺν aliter alij definiunt. Ex quibus etiam quomodo hæc ab ὁμιχλώδει diſſideat, ediſcere quiſque poſſit. Transfertur ergo teter quidam vapor ab inſernis ad caput ſupernam partem, cuius omnium primi participes fiunt oculorum ſpiritus ſuapte natura puriſſimi. Ita ſaoè caligo oculis offunditur, vt diximus: ideóque vertendo iuſta ratione oculorum dictionem adiunximus gratia perſpicuitatis maioris. Febricula modò vniuerſum corpus inuaſit, ſed cur (ὅτι τῆς κοιλίης ὑδέποτε ἐκλείπει ὁ πῦρ) nùoquam illud incendium ventrem deſerat miſsúmve faciat? In eo ſanè uterus poſitus iacet, io quo nunc accenſus focus ponitur.

Καὶ δίψη] Vnicuiqoe ſitis caoſæ patent ſatis, ſcilicet poſita, vti eſt, in utero inflammatione. Καὶ τὰ ἰσχία ἀχθέα, utero malè habito condolent merito coxæ, condolet & venter, atque adeò infima pars eius dicta ὑπερώδμια, non propter vicinitam tantùm, ſed & vaſorum communionem. Verùm etiam abdomen eorum in quoo obſeſſus cooclusúſque feruescens humor ſpiritus omnes conturbat ac locum inflat principio libelli de poeſi natura apud Hippocratem. Ardenti verò humori quando exitus negatur, vias anquirit & molitor, ac diſperſus ille per moras (ἡ κοιλίη μεσέοντας) in aluum refluit, cui adfert turbationem, quæ tandem cum murmure prouocet euacuatioocm. Argumento ſunt quòd quæ prodeunt (τὰ ἐκπιπτόμενα κακὰ καὶ ὀζώδεα) ex alno excrementa, deterioris eſſe conditionis appareant; quia grauioris ſolitò ſint odoris.

pridem. πειρώμενη, facto (dicamus) periculo, quasi scilicet scisciando ex muliere, vtrum malit ipsa balneum ingredi, an verò foueri. Cuius alterutrius opc quando paratiora omnia videbuntur, (καὶ φαίνωνται καθαρτέων κάτω) valde tum opportunus purgationi quæ per inferiora suscipitur, locus erit, Hippocrate authore. Atque vt cum venia aut gratia ægrotantis præsens negotium conficiatur, tantum intermittere oportebit temporis, quantum mulieri gratum videbitur. Danda enim quies est, quum (ἀναπαύειν τὴν νοῦσαν ἐκ τοιούτου μᾶλλον ἢ ἰατρικῆς χρή) ægrotantem pugnare aduersus morbum oporteat vnà cum Medico, ad finem constit. 2. lib. 1. Epid. Quod intermissionis spatium quando præterierit, quot & quibus perfici curatio reliqua queat, exponitur deinde hic ab Hippocrate. Modi sunt autem (κλύσεως) collutio (καὶ πεσσοῦ) etiamque suffitus (καὶ ἀναθυμιάσεως) & pessarium denique duplex. Cuius vtriusque huius materia conficiendique modus describitur in Hippocratis oratione. Ἐλαίου δὲ χοίνιξ] Mansionis in vulua pessariorum tempus magnitudine morsus definit Hippocrates & ὠφελείᾳ, eiusdem paruitate. Καὶ μάλιστα παραλαμβάνειν, hoc est perstudiosè curandum est, vt via pateſcat, siue exeundum erit ex vtero humori exuperanti; siue admittendum semen in vterum excipiendúmque ex viri congressu. Nam viri consuetudinem Hippocrates mulieri statim commẽdabit. illa patebit autem si modò vuluam mulier specillo dilarauerit, modò etiam digito. Καστηρίῳ] stanneo. De μύλαις generibus, quæ omnia chirurgorũ organa sunt, multa Galenus quidem in suo lexico. Primum est μύλη ἀδαμαντίς, quo aliquid nimirum ἀδαμαντίνη καὶ ἀδρύπτῳ, & quod in præsentem vsum vsurpari debet & aptari. Cæterum quum cõstituat Plinius genera plumbi duo, est pretiosissimum quod candidum est & καστίνες dicitur Græcis. Alterum quoque nigrum. Sed quorsum (τὰ σπάσματα) nunc de suauitate potionis? Non est cuiuis explicatu facile. An verò quòd nutrientes expetat eas Hippocrates, an potiùs medicatas potiones? Hactenus verò admodum cautè cum vtero ab inferna parte. Quid si eidem ipsi meliùs per potiones consultum à parte etiam superna foret? Quibus positis opportunissimum fuerit apud Venerem diuersorium, & id quidem incũdissimum. Ratio sequitur eodem loco. Quia si ipsa conceperit, & facta sit hinc fortè prægnans; (ὑπερκαθαίρεται) per inferna quæ coacteuata priùs inerãt, vnà cum puerperiis tempori secedent ita facilè poterunt exputegari. Ἐως ἂν πίνῃ] Per ipsa verò χυλὸν Hippocrates intellexit καὶ κύμα, quæ solent dum aut effluxio illic fit, aut hîc abortus, excedere depurgatione. Καὶ ἤν τις αὖ] Si qua verò arte industriáque in pristinam fieri regressio poterit valetudinem, vulgò ac maximè tum sic euenire quidem queat.

SENTENTIA QVINTA.

Ἢν δὲ γυνὴ ὑδρωπιήσῃ, οἱ αὐτῆς κωλιὸς ὑδατώδεος καὶ μεγάλου ἐόντος, ἡ δὲ κωλὶὼ ὑδατώδης ἀπὸ τοῦδε τοῦ παθήματος. 1

Si ex aquoso liene magnóque mulier hydrope tentetur, fit lien aquosus eo quòd hinc sic afficitur.

Ἐπὴν πῦρ ἔχῃ, καὶ μὴ ἀφίῃ τὼ ἄνθρωπον, καὶ δίψα μὲν λαμβάνῃ καρτερὴ, καὶ πίνῃ, καὶ μὴ ἀπομείῃ. 2

Postquam nimirum *vehemens* mulierem *febris inuasit, & ab ea non decesset, &* mulier *potando paruit vrgenti siti, & nihil vomitione quidquam reddidit.*

Τὸ μὲν γὰρ ἐς τὼ κύστιν διέξοδον διαρρεῖ), τὸ λοιπὸν ἡ ὁ κωλὶὼ λαμβάνῃ, ἀφαιρεῦν ἀπὸ τῆς χοιλίης ἐς ἑωυτὸν, ἅτε ἀραιὸς ὢν καὶ σπογγοειδὴς, κείμενός τε ἐγγὺς τῶν χοιλίων. 3

Etenim meiendo reddi solet quod in vesicam descendit; reliquum autem quicquid est, absorbet totum *lien, ad sese ex aluo eliciens id, rarus* nimirum *quum sit & spongiæ consimilis: adde quòd* ipse etiam *est prope ventrem situs.*

Καὶ ἐὼν τούτων ὅτως ἐχόντων μὴ ἱδρώσῃ, μηδὲ ἡ χοιλίη χαλᾶ), αἴρεται ὁ κωλὶὼ ὑπὸ τούτου, καὶ μᾶλλον ἐὼν ὕδωρ ἢ ὃ πιὼν. 4

Quæ cùm ita sint, si nec mulier *sudet, nec aluus laxior fiat,* hinc *lien* tumescens *attollitur, eóque magis si aquæ potione* mulier *delectetur.*

Καὶ μιν ἐὼν τις ἐπαφήσαιτο, μαλθακὸς ὡς χοῦς ἐστὶν· ἔστι δ' ὅτε αἰπὺς τυπῶδέι μύθῳ. 5

Lienem verò si quis contrectet, mollem censuerit instar lanuginis: licet *aliquando tamen renitatur.*

Sublatus is autem oppletúsque corpori refundit per venas, maximè verò in epiploum & partes aluo propinquas, & in crura.

Αἰρθεὶς δὲ καὶ πιμπλάμενος ἀναδίδωσι πάλιν τοῖς φλέβας τῷ σώματι, καὶ μάλιστα εἰς τὸ ἐπίπλοον καὶ τοῖσιν ἀμφὶ τὰ ἰλία ἐοῦσι χωρίοισι καὶ τοῖσι σκέλεσι.

Sese etenim pars corporis in partem exonerat quoties in vnaquaque plus ineſt quàm par ſit, & continere non poteſt.

Ἐπειδὰν γὰρ ἑτέρῳ διαδιδῷ τὸ τοῦ σώματος, ἐπὶ πλέον ἐκάστῳ τῷ χωρίῳ ᾖ, καὶ μὴ δύνηται κατέχειν.

Suboritur verò hydrops ex potione ſemper, quando ad ſeſe trahere conſueuit ſplen natura rarus laxúſque.

Ἐπιγίγνεται δὲ ἀπὸ ποδοῦ ὕδρωψ ἀεί, ἐπὰν μάθῃ ὁ σπλὴν ἕλκειν ἐς ἑωυτὸν, φύσει ἀραιὸς ὢν καὶ μανός.

Accidit verò & quibuſdam hoc morbi principium ſine febre, vt ſi quis in ventre æſtus reſtiterit, aquarum ſcilicet in eum confluxu.

Γίνεται δὲ αἷς ἀρχὴ αὕτη τῆς νόσου καὶ ἄτερ πυρετοῦ· ἰὼν καῦμά τι τῇ κοιλίῃ ἐσῃσιν, οἷα ὕδατος ἐς αὐτὸν καταῤῥύντος.

Etiámque ſi mulier ſitim non continuerit, veſica autem minùs vrinam reddat, vt nec venter onus, & non conuenienti mulier vtatur dieta.

Καὶ ἰὼν ἡ ἄνθρωπος τὸ δίψαν μὴ κατίσχῃ, μηδὲ ἡ κύστις μηδὲ ἡ κοιλίη διηθέωσιν ὅσον τε καὶ κότερον κατά γε δίκην, μηδὲ ὀρθοδιαίτῃ χρέηται ἡ ἄνθρωπος.

Quòd ſi hydropica ſit, multa repentè menſtrua funduntur, aliàs autem pauca.

Ἢν δὲ ὑδρωποφόρος ᾖ, ἔρχεται τὰ καταμήνια πολλὰ ὀξαπίνης, ὁτὲ δὲ ὀλίγα.

Etiámque tanquam aqua, nonnunquam fluunt ipſa è carnibus; quaſi nimirum *quis eluerit carnes cruentas.*

Καὶ γίνονται ὁτὲ μὲν ὡς ἀπὸ κρεῶν ὕδωρ, ὡς εἴ τις αἱματώδεα ἀποπλύνειεν.

Interdum verò aliquātò fortiora, quæ minùs tamen *concreſcant.*

Ὁτὲ δὲ ὀλίγῳ ἰσχυρότερα, καὶ οὐ πήγνυται.

Verumenimuero ipſam in hypotheſi *opprimit aſthma, antequam mẽſes excurrant.*

Καὶ ἄσθμά μιν λαμβάνει, πρὶν ἢ τὰ καταμήνια χωρέειν.

Túmque in ſplene eſt dolor, præſertim verò vbi quid mulier *eſitarit dulce.*

Καὶ ὀδυνᾶται τὸ τοῦ σπληνὸς, καὶ μᾶλλον ἐπὴν τι γλυκὺ φάγῃ.

Adeóque tumet tum *& magnus venter redditur.*

Καὶ ἡ γαστὴρ ὀξαίρεται, καὶ μεγάλη ἔσται.

Quòd ſi plus eſitarit, quàm ex conſuetudine, illi quoque condolet venter, identidémque lumbi, ipsámque ſubitò prehendit febris.

Καὶ ἐπὴν πλέονα τοῦ μάθους φάγῃ, πονεῖ τε τὸ γαστέρα, καὶ τὼ ὀσφὺ ἀγρέει ἄγαν καὶ ἄγαν, καὶ πῦρ μιν ὀξαπίνης λαμβάνει ὀλίγου.

Ac poſteaquam menſtruis *expurgata fuerit, beliſſimè iudicat eſſe ſibi ad ſuperiora habito reſpectu: reuoluitur eodem* tamen *ſtatim poſtea.*

Ἐπὴν δὲ ἀποκαθαρθῇ, ῥᾴιστον δοκέει τοῖσι τοιούδε, ἔφτα ἐς ὃ αὖθι καθῆσαι.

Quòd ſi diligens eius cura ſuſcipitur, conualeſcit quidem.

Καὶ ἰὼν μελεδαίνηται, ὡς χρὴ, ὑγιὴς ἔσται.

Sin minùs, & menſtruorum fluxio fiat, per totum etiam ſemper tempus

Ἢν δὲ μὴ, καὶ ὁ ῥόος ἐπιφαίνηται, καὶ ἀεὶ πάντα τὸν χρόνον αἰεὶ ῥύηται

ῥέοντα κατ' ὀλίγον οἷς ἰχὼρ, ὀπτιμελείης πλέονος δέεται.

velut sanies lento cursu feretur, túmque adeò sedula curatione mulier egebit.

EXPLICATIO.

EADEM opera expedire author ea possit videri (quando incidit in mentionem de hydrope, eiúsque causis) quæ rem muliebrem, hoc est in hypothesi menstruam, & turbare vulgò solent & impedire. Quod quonam modo fiat, postea clariùs hoc eodem loco exponetur. Hydrope ergo laboret mulier, detur ex hypothesi. Idque euenerit etiam lege consortij aquosi lienis & prætumidi, non autem ab hepate aquis obruto, quemadmodum dictat aphor. 55. lib. 7. apud Hippocrat. De eo enim aliàs. Iam audiamus, ni molestum erit, quonam pacto expletur tunc lien aquis & intumescit. Hoc etenim hydropem præcedit in hypothesi. Quomodo autem aquas lien ad se trahat, exposuit apertissimè Hippocrates lib. 4. ἀεὶ τοίνυν, φησὶ δὲ ἐνταῦθα ὁ ἀνὴρ τοῦτο πάσχει, &c. Quibus significatur, quoties bibit homo liberaliùs, & corpus & splenem ex ventriculo trahere ad sese aquas. Positæ sunt tractionis occasiones ab Hippocrate, vti mox explicabitur. Porrò tum necesse est vt sic mulierem afficiant quæ sequuntur. Partitio hæc igitur esto, quòd quum hydrops suboritur, aut eum perpetuò febris præcedit, (quæ quidem partitionis pars prior statuatur, quando hoc loco scriptum est, ἐνταῦθα πῦρ ἔχει, postquam mulierem febris prehenderit) aut quidem sit, & saltem fieri incipit absente febre. Nam sic quoque postea statim Hippocr. loquetur de hydrope, καὶ ἄνευ πυρετοῦ; quæ etiam partitionis pars posterior meritò notabitur.

Ἐνταῦθα πῦρ ἔχει] Ergò mulierem febris detineat, eáque vehemens, quæ alterius etiam pathematis huius consequutionem ferat, (καὶ δίψα) nimirum sitis; idque iustè & communitet cum viris. Καρτερὸν, hæc autem vehemens & inexplebilis est Galeno in exegesi sua, quandoquidem febris μὴ ἀφίῃ, à muliere non decedat, sed assidua sit & continens.

Καὶ πίνει, ettámque bibat] Quod dicit hoc eodem capite καὶ μὰ πολὺ δίψαν ἔχοντα, vt non secus quàm compotando muliet sitim compescat. Vt febris igitur sitim, sic sitis potionem accersat, licet omnino, eámque multam. Nec dum id satis. Καὶ μὴ ἀναγκάσῃ, vomitione aquam non reddat mulier, etiam volumus. (Aquæ namque potionem nunc hypothesis quoque fert) Vomitione (inquam) quandoquidem id erat solenne & opportunum valde tempore Hippocratis, vt in febribus acutis multam siticulosis offerrent, quam vomitione etiam statim ægrotantes redderent, Epidem. 4. ad extremum finem. Cuius rationem & vtilitatem repetiit Hippocrates eodem loco, ab euacuatione bilis. Quam quidem praxin rustici huius nescij fructus adhuc retinuerunt. At hæc si multa in aluo substiterit, quod incommodum inde sequitur? Vt, quemadmodum (ὁ ἐς τὸν κύστιν διυλὸς) quæ pars vrinæ descendit in vesicam, mictione eiicitur: ita (τὸ λοιπὸν δὲ) reliquum ad se alliciat ipse lien, indéque tumescat, sicuti statim dicetur. Duplices verò tractionis statuit hic author causas, αἰτίας δύο, à tritate partis substantiæ prior petitur: κρεμᾶται τὸ κῶλον τοῦτο, pendet posterior ex eius ipsius visceris situ. Splen enim stat à latere ventris, & quidem in vicinia, vt docet anatome. Et hoc quoque iuuare & augere vbique creditur trahendi facilitatem. Locum verò natiuum benis, præcedens quæ debet hîc esse anatomes peritia, demonstrat. Atque ne posteritatem quod in Germania inferiore à quodam Hispano factitari nuper ipsi vidimus inter medendum, præteream, (quando ex vsu nostris, vt leuamento ægrotis esse potest) auditote si placet, quæ hac de re scripto mandata esse voluimus, quanquam extra rem fortasse, de industria. Quod suo sanè loco dixissemus lubentes, tempestiuè tamen nunc, quando est incertum quàm longa nostrum vita cuiusque futura sit. Later permultos, an vis quædam trahendi venis ineſt & arteriis, & in aquæ ductibus, per quos penetrat vrina ad vesicam. Tacitè enim Hippocrates etiam possit videri hîc censuisse aquam suo pondere eò viam parare per tubos. In iis ineſt tamen & pellendi vis omnibus, & trahendi in vesica, quanquam fortè exigua, vt continendi magna, sicuti in apologismo monstrabitur, quem aliquando habete confidimus pro anatome Hippocratea. Medico igitur illi Hispano valde frequens ex tenum calculo & grauis quidem dolor fuit. Quo quoties vrgebatur, cucurbitulas admouere secundum vreteris ductum imperabat ipse sibi, ducto primùm à parte doloris proxima exordio, deinde iisdem remotis identidémque deorsum gradatim toties repositis; vt randem longè diuturniorem trahendi moram ferret ipse ad imum ventrem in quo vesica iacet, quàm vbiuis. In semetipso ex illis mirificos persentiebat (si est adhibenda ei fides) fructus. Et in aliis periculum idem ipse fecerat (si etiam credimus) frequentissimum. Etenim summa ist hac industria conatúque calculum ex vretere præcipitem, in cauum vesicæ exturbabat sæpenumero. Votóque respondisse aliàs id sanè nobis visum etiam fuit. Cuius & periculum facere sine periculo cuique licet. Ne quis nimirum hinc suopte tantùm nutu vrinam descendere in vesicam conuiciat, quum non dissimiliter quàm calculus deorsum deiiciatur viribus naturæ pellendi. Hic manifestum quanquam longè sit magis quàm in vrina, cuius fluxio ad inferiora, quæ nûc ab Hippocrate transitio dicitur, etiam per se oculis patens est & aperta.

3. Verrius apud M. Tull.

Καὶ διὰ τούτων οὕτως ἰχθύστω, hîc positis] Per hæc autem non solùm quæ nunc recensentur, sunt intelligenda; sed iis quoque annecti superiora existimamus oportere. Sic præsentia igitur conferamus cum superioribus. Multa superiùs aqua potabatur (sic enim quarto de morbis notanter, φησὶ δὲ ἐνταῦθα ὁ ἀνὴρ τοῦτο πάσχει) Eius verò nunc valde quid parum influit in vesicam. Quid proinde sequi-

tur? Aqua assumpta, vt decedat aliò, nempe foras, aut resideat in corpore omnino necesse est. Sed primùm (μὰ ἰάρκα) nihil hic exudare ab Hippocrate ponitur, hoc est, nihil aquæ distribuitur quod ad habitum corporis pertingat, ideóque nec quod sudoribus dissolui queat: μηδὲ ἱδρῶτι χαλᾶσθαι, neque verò ad aluum ipsa diuertit & penetrat, cuius diffusione laxior aluus fiat. Quæ quum ita sint ex hypothesi, an consentaneum quidquam magis videatur quàm (ἄρτιος ὁ κατὰ τὸν πότον) vt ob potandi frequentiam, aut vt ob hanc causam, id est quia retinetur, si τὸν πότον legerut, splen quum sit σπογγώδης, spongiis assimilis, quemadmodum est loquutus de pulmone M. Tull. a. de natura Deorum, assurgat in molem; καὶ μᾶλλον διὰ ὕδατος ἢ πότου, eóque magis, si in potum tunc aqua summatur? Vulgò sit enim, vt quemadmodum vbi potione meraca hepar perfruitur, nimis concalescat: sic largiori aquæ potu lien quoque tumescat. De aquæ ortu in splene eiúsque conseruatione amplissimè dictum est ab Hippocrate quarto de morbis, quemadmodum de humóribus reliquis, sed priùs, eodem libro. Eiusmodi verò ibi rum incœptum Hippocratis fuit, vt sequens eius oratio sonat: Ναῦν δὲ ἰσχίου πρὸς ὑδρωπας, ὅκου καὶ ἥδε ἡ παθίη γίνεται ἐς τὴν κοιλίην, καὶ ὅκως ἔσεισι ἐς κοιλίὴ ἐς ἔσω. Præsens nobis, ait, est oratio de hydrope, hoc est, si bene coniicimus, de ortu aquarum & conseruatione circa ventrem in humano corpore; etiamque inquirimus quonam modo ipsas lien ad sese alliciat. Deinde φημὶ δὲ, &c. Qui sanè seruo plurimùm conferat ad huius loci explicationem. Itaque ipsum perlegite, quum operosum nimis videatur quiduis quouis loco, & cumulare loco, & recensere.

comment. ad aphor. 14. Progn. lib. 2.

Καὶ μὲν δὴ καὶ ὑποφύσαν, ac si quis lienem contrectet] Ad tactum perseueriatur lieri mollusculus etiam instar lanuginis, aliàs verò tenitens & durus; quid tum? Vt nimirum quum mollis ipse sit Naturæ institúto, præter naturam indurtuisse aliàs intelligatur, quemadmodum ex plenitudine aquarum en pia- que in hypothesi. Sed quodnam (quæso) damnum posita splenis plenitudo facit? Tandem certè mulierem coniicit in discrimen hydropis. Quum enim ἀιρθὶς καὶ πιμπλάμενος ipse oppletus est, ἐκδιδῶ, suum deponit onus κατὰ τὰ ἐκτὸς, hoc est ἐξὼ πρὸς τὸ ἐκτὸς; per vasorum tubulos, in corpus non externum quidem, vt meritò suspicari quis videri potest, (hunc vulgò corporis habitum appellant) sed potiùs & primùm in partes interiores: vnde in Hippocratis oratione sequitur καὶ μάλιστα, ac primùm quidem (hic enim licet aliquam rationem progressus nostrare & ordinem consequutionis) ἐς τὸ ἔπιπλον, in epiploum, quod interius quoddam corpus est, quò nempe viæ communes à fundo ventris proximè pertinent, & inde vasorum extrema desinunt. Vnde nimirum in inedia ventriculus escam repetit, quasi gratia ruminationis. Neque enim hominum genus aliter ruminare dici potest, quàm hoc modo, & quidem impropriè. Proprie boues, vaccæ, damæ, cerui, & ouillum genus omne; quum siquidem ad rumen isthæc vniuersa cibum, atterendi molliendique gratia, reuocent, quem aliò inter pascendum priùs dimiserint, ad nutritionem sufficientem. Ergo quod est pera siue penus secundaria cibi iisce animantibus brutis; idem esse hominibus epiploum multis venis & arteriis intertextum & adipe multo saturatum statuemus verissimè cum Hippocrate. Enimuero Galenus omentum in intestina protensum opinatus est, quo vim illorum coquendi infirmam adiuret fouerque suo calore. Secundarius sit hic (sanè detur) scopus naturæ quum, quemadmodum ipse obseruauit, epiploum venis abundet & arteriis quamplurimis. At enim vultus cui primùm id seruit, est, vti iam diximus; vt alimentum subministret & quidem reptendat per meandros longiores. Sic hic quoque recens sit fœtus percelebris Hippocrateæ Parisiensis scholæ. Experimento suum tentauerat confirmare nitebatur Galenus, quòd gladiator cui omentum sorte fortuna exectum fuerat in lucta, quia minùs ipse coqueret, habuerit opus postea pluribus fomentis. At obiectioni quidem huic est nuper satisfactum satis abunde. Epiploum igitur primum est post ventriculum cibi, si non potionis receptaculum, officina saltem prima nutrimenti & quidem (dicatur etiam) secundarii: cuius per vim referentur extrema venarum inferiora. Vt scilicet angustos tacósque meatus Medici scholæ Hippocrateæ alumni, hoc est naturæ, in posterum contemnant explodantque; & cuique etiam tenuissimo corpori locum dandum viamque duce natura patefaciendam putent; necesse hic prorsus videtur, nedum verisimile. Vt quæ ex larga nimirum potione, aqua modò in splene cumulata ponebatur ab Hippocrate, isthac eadem quasi per implnuia in abdomen instillet cauúmque eius. Ne scilicet etiam Paracelsitarum nitì commentis indigne & immeritò reputemut: aut alienæ tum veterum, tum etiam recentiorum quorundam opinioni fauere contra Hippocrateum dogma: atque nos opinari ne quis etiam putet, hepar, saltem eius cuticulam aut rumpi aut exedi findive semper, vt & hac tum & illac perfluat; eóque pacto tanquam per stillicidia has instillantes aquas, in abdomine colligi, & in interuallis illius fluctuare. Quæ quidem posterior desluxit interpretatio ex mente Galeni comment. ad aphorism. 55. lib. 7. Sed quem intelligi tamen locum & aphorismum Hippocratis oportere censemus de hydrope qui obortus sit primùm ex aquoso liene, hoc nunc eodem ipso authore. Detorquebat interpretationem suam Galenus in vesiculas adnatas hepati, quas disrumpi maluit; aut epiploum quidem exedi potiùs quàm muliebres has arculas perscrutari (vnde obrurum hunc authoris sensum inuestigando eruimus) eáque sic data porta viáque facta patentiore, in abdominis scilicet amplitudinem aquas effundi. Nos contrà per venas epiploi earúmque oscula quæ præ liberalinri aquæ copia debiscunt, eôdem apertiùs penetrare pro veritate rei arctè defendimus & mordicus tenemus cum Hippocrate. An verò ad adstrictionem illorum voluerit Hippocrates inter cætera genera remediorum panes calidos vino nigro & oleo intingi, deinde edi; non abs re quidem hoc loco inquirendum ex libro de victus ratione acut. vbi hydropum genus tantummodo duplex ipse posuit. Verumenimuero ne hic quæ de aphorismis & locis aliquot Hippocrateis se occasio offert ad dicendum & explicandum nostram sententiam, præripiatur nobis postea, eáque nunquam recurrat, quia hac eadem de re indicta sunt multa ac nondum expli-

dum explicata ab interpretibus pro mente Hippocratis; ea tentemus modò explicare pro viribus, quum præsertim etiam valde conferant ad præsentis orationis facilitatem. Ac primùm quidem lib. περὶ τόπων πρὸς τῷ ἀέρι καὶ ὑδάτων, vbi sermo illi de tabe fuit, quæ euenire consueuit ex fluxione in partes posticas, splenem fieri magnum per febrem existimauit, cùm corpus extenuatur. Namque quibus splen (ait) germinat & augescit, iisdem omnino corpus tabescit. Deinde verbis aliquot interpositis subiunxit, καὶ τὸ σπλὴν διὰ τοῦτο ἐπιῤῥεῖ ἐς τὸ ἔντερον, ὡς ἐγγύτατα ὂν τοῦ ἐντέρου, & à splene pullulante & augescente in omentum fluxio fit, vtpote vicinum valde existens. Quæ eadem ratio est, quam nuper adferebat de vicinia splenis cum ventriculo. Libro quoque περὶ παθῶν, postquam magnum esse splenem posuit, præscripsitque varias remediorum formas quæ ipsum emolliant tenuéntque, ita est etiam loquutus: Quidam verò splenici à pharmacorum potu nihil opis sentiunt, neque etiam ab alia curatione gracilior illorum splen euadit; sed quæ adhibentur, à morborum magnitudine superantur. Progressu verò temporis (ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ἐς ὕδρωπα ἀφικνέονται οἱ πολλοὶ καὶ διαφθείρονται) aliquibus in hydropem morbus degenerat, qui tandem intereant. Tertium est, vt quod aphor. 14. lib. 6. scriptum est ab Hippocrate, conferatur cum senten. 55. lib. 7. Videntur enim inter se dissidere longissimè. At isthanc controuersiam dissipabit quod quarto loco deprometur ex Hippocratis descripto sermone ad finem lib. 4. de morbis. Ergo vt primum quod hic aphorismus continet, intelligatur facilè, operæpretium est prænotare, dici in Hippocratis doctrina eos ὑπὸ ὕδρωπος ἔχεσθαι, hydrope detineri, quibus abdomen tanta aquarum copia distenditur, vt summè promineat: siue ea hepate & liene, hoc est venis vtrique communibus comprehédatur, siue etiam illis quæ epiploi substantiam peruadunt & ad illius extremum pertinent. Tantisper autem hue & illuc aqua defertur, & sanè quidem sine vllo sensu doloris, vt euenire consueuit quum quis liberaliùs aliquantò sese ad potionem aquæ præsertim inuitarit, quemadmodum ipsemet signabit postea; ἢν δέ τις φλέβας ἐς τὸ κοιλίον ὕδατος ῥήξῃς, λύσις: Hydropis verò huius solutio fieri quidem potest, aquarum per venas scilicet in ventrem, hoc est intestina, decursu. Est nimirum totum corpus transfluxile, atque adeò extrema venarum quædam introrsum ad intestina desinunt. Quis negat? Id verò elarissimè demonstrat anatome. Quem hunc quidem hydropem Medicorum vulgus appellat inchoarum. Contrà autem, si hæc eadem vis aquarum concepta septaque iisdem quoque venis (hoc enim est quod hoc aphorismi 55. lib. 7. principium significat, ἐκύησε τὸ ὕδωρ ὕδατος πλησθὲν, quandoquidem expleto fonte in omnes venas refunditur, quarum omnium inter se continuata est vbique communicatio, lib. de locis in homine apud hunc eundem autborem) ὡς τὸ ἔντερον ῥαγῇ, in epiploi venas per eum ductum nempe qui gastroepiplois tecentioribus dictus est, summo impetu atque confertim vacuetur, quas tantopere expleat, vt illarum extrema dehiscant & aperiantur præ plenitudine; πίμπλησι τὴν κοιλίην ὕδατος ἐμπίπτοντος, iis venter aqua impletur, quæ apertis (vt modò dicebamus) venarum epiploi orificiis tunc guttatim instillat & influit in illud alui spatium quod sub peritonæo intestina continet: καὶ ἀποθνήσκουσι, ac tum inde moriuntur necessariò: integro etiam tunc principio morbi quantumuis hepate & sanguinem conficiente vel quàm maximè laudabilem. Hunc quoque hydropem vulgò confirmatum appellant & insanabilem. Si recens erit tamen affectio, & iuuenis adhuc ægrotus & integris visceribus; poterit isthanc aquarum copiam in vapores etiámque sudores fontis Puccensis & Spadensis potio dissoluere & dissipare. Cuidam iuueni bene nato vidimus hoc anno 1584. hinc tã faustè & feliciter cõtigisse, vt perfectã ipse curationem receperit, & ex confirmato eo hydrope magis etiam in dies conualescat. Quod & communi omnium sermone longè priùs ad nos quidem de aliis perferebatur; nunc verò eiusce testes oculati sumus. Hoc ipsum symptoma in paroxysmo tertianæ febris ex potu liberaliore & nimio eneniisse ipsi nuper inquam vidimus, & sæpeumero aliàs post annos viginti antea obseruauimus. Quæ verò hîc tanta hepati iniuria inferri potest, quæ ipsius visceris vim αἱματώσεως tam repentè possit labefactare atque infirmare? Iudicium planè istud ridiculum. Atque nostri huius diorismi Hippocratem monemus authorem fuisse ad finem lib. 4. περὶ νούσων. Huiusmodi autem est illius oratio, vt quum proposuerit declarare nõ solùm quonam modo, sed & quibus de causis (ait enim ἔστι δὲ ὅκως ὑδρωψήσεται) in ventre hydrops exoritur; statuerit primùm (ὅτι ait ὑπάρξεται) confertim aquam ibi succreuisse & coaceruatam esse. Quod euenire hoc loco posuit per aquæ potionem etiam in febre (detur) ex hypothesi. Dum hæc autem in principio viam & locum anquirit, (κατέλαβε τὸν τῶν φλεβίων) in venulis concepta hinc & inde retruditur, quum perspiratione nimirum careat, nec se tum sanè obfirmare possit. Ac hoc quidem pacto, vt nuper diximus, sententiam Hippocratis huiusmodi fuisse in aphor. 14. lib. 6. descriptam antea exposuimus. Quod quum arduum satis foret ad intelligendum, valde egregia similitudine eaque dilucida rem ipsam attentauit Hippocrates explanare. Eam expendite ote, si gratum erit. Sed quod prætermissum antè non oportuit, hîc, si placet, etiam interponatur. Nempe quod plerique ridiculum fortasse opinabuntur, quum ante nos nemo interpretum ita senserit: at sententiam eorum quæ expositionem nostram conuellat, animus est expectare gratia veritatis, modò illorum reprehensio suis firmata rationibus ad posteros perueniat. Non ita pridem principium hydropis secundum, sine febre ducebatur ab æstu quodam (quod καῦμα dictum ei fuit) cuiusdam partis interioris. Qui sanè locus nobis aphor. vndecimum lib. 4. reduxit in memoriam. Cuius nostra hæc esse fortasse stulta quoque meditatio commentatiõque quibusdam videbitur, noua quum sit & inaudita hactenus: sed secum etiam illi meditentur oportet diu, quomodo aduersam huic sententiam ferant. Volumus enim ex vtriusque loci huius collatione germanam Hippocratis sententiã elicere, & tanquam exprimere id quod est verum. Qui sunt in naturæ penetralibus educati, cuiusdam causæ causam aliam & principium aliud aliquod esse, absurdum haud vnquam æstimabunt. Atque huius etiam opinionis fuit Hippocrates ad finem sect. 4. lib. 2. Epid. Quod qui poterũt capere, & quodnam discrimen inter ea esse possit, diiudicare; peruia quæque eis supersunt quæ eorum

aphor. 14. lib. 6.

ad finem extremum lib. 4. de morbis.

animos ad Hippocratis sensum germanum quasi manu ducant. Vera sit igitur eáque sola coniunctáque hydropis causa circa ventrem (sic enim Hippocrates ad finem lib. 4. de morbis) aquarum collectio in amplitudine abdominis. Hæc ne prima debet haberi, an verò etiam huius quoddam principium est? Pulchrè quidem quia verè respondet Hippocrates, καῦμά τι τῇ κοιλίῃ ἐνεῖναι, incendium quoddam internũ (per ἐνεῖναι enim dictionem existimamus hoc voluisse significarum) aut æstum in aliqua parte interiore. Καῦμα autem lõgè secus quàm Galenus interpres vsurpasse videtur Hippocrates, secus etiam quàm Philotheus, qui opinatus est ὅλῃ καυσώδει πυρετῷ, ad ardentem febrem referri oportere. An verò propiùs ad authoris accedat mentem Celsus, qui videri queat hunc locum sic conuertisse, lector videris: ὅλῃ καύματι ἐχρῶτο ἀπασιὼ ἢ πίνοντες, ἐκαίετο. Per magnos (ait) feruores corporis rigor aut distentio, malum. Ad corpus sanè Celsus retulit & internum quidem, si bene coniicimus; ad Hippocratis præsentem sententiam verius quoque accedens aliquantò quàm cæteri. Καῦμα sit igitur in ventre ex hypothesi. Quisnam verò patres vêtris accuratè magis ferè vniuersas recenseat, quàm per aphor. 11. lib. 4. ἐνίοτε φύσαι καὶ ὠδὲ τὸν ὀμφαλὸν τόνοι, & quæ sequuntur reliqua? Quos intestinorum tormina (sic enim, si placet, intestinorum dolores nunc vocitemus, non autem dysenteriam, vt Celsus interpres; quum siquidem vt intorta sunt intestina, dolor qui hæc tum exercet, iustè στρόφος, vnde στρόφου, dici possit; hoc est huc illuc volui & contorqueri per illorum scilicet anfractus, priusquam in aliquam partem ob firmet sese) & iuxta vmbilicum labores & lumborum dolor infestat, qui neque à medicamentis, neque aliter soluitur; in hydropem siccum firmatur. Luce verò commentarij careat hic aphorismus ex hypothesi, vt ad illius expositionem nihil protsus ex commentario Galeni quæratur; quonam sensu Hippocratem dicas lectot huiusmodi sermonem habuisse? Καῦμα intellexisse Hippocratem hîc cogitamus, quod insit in aliqua parte ventris. Partes verò medias, hoc est intestina, author significauit, quum στρόφους dixit, quemadmodum nõ ita pridem exposuimus, in quibus scilicet sit καῦμα quod στρόφους (inquam) hoc est tormina creet; non tam ob conclusos spiritus in inuolucris intestinorum, quàm ob vehementem morsum, has enim causas duas torminum in suo ad eum aphorismum commentario expressit Galenus. Morsus autem vehementia à bilis abundantia pendet & eius feritate; quæ sæpenumero impetum facit in intestina. Hoc verò testatur in illis biliosa frequens dysenteria, quæ hydropis ferè parens est, si est diuturna & mordax, quæque non cedit sæpe analogis medicamẽtis. Sed petatur hoc quidem ex physiologia, quum sit commune vtrique horum generi. Anticas quoque partes Hippocrates significauit, quum circa vmbilicum dixit labores. Quid verò interest inter vmbilicum aliud & intestina, quàm epiploon? In hoc sæpe etiam exuperans bilis effunditur, quæ illi laborem & negotium faciat, aliter attamen quàm in priore hydropis forma, quum siquidem ipsum nunc erodat: illic autem aqua tam repere epiploi extrema distendat venarum, vt dilatãdo paulò nimis, ea ipsa solùm aperiat, quemadmodum ouper pluribus explicatum fuit. Quum etiá lumbos dixit malè affici, nónne & eodem pacto posticas intellexit? Quæ vniuersa quidem legi oportere per disiunctionem aliquis meritò suspicetur. Sic igitur iure καῦμά τι τῇ κοιλίῃ ἐνεῖναι in ventre æstus statuetur, vt aut antrorsum scilicet, aut retrorsum conflagret, aut in partibus interiectis, hoc est mesenterio, è quo intestina propendent. Legite (lectores) aphor. 1. lib. 2. prognost. ac singulas partes illius diligenter expendite. Explicationi enim huius sententiæ superioris lib. 4. aphor. Hippocratis, quam eodatè modò narrauimus; fauere quidem & eundem sensum cõtinere videbitur & confirmare. Erit nempe lectio vnius, alterius expositio perfacilis eodem modo. His verò cum sic affectarũ partium symptomatis icterus semper iunctus est, aut longè diu sæpe præcedens; qui nec nisi tunc perseuerantibus remediis morem gerit & continuatis in multos menses. Insidens alioqui bilis in quadam illarũ parte, per moras eam erodit, quæ tandem faciat siccum hydropem. Has partes, demus igitur, bilis vellicet, mordeat, etiámque rodat, vt est suapte vi acerrima; ac tum præsertim quum aliquo loco intus retinetur, vt in hypothesi. Quid rum postea? Ah erosionne stilla secus quàm nuper sequitur. Vt summa nunc cum ratione nobis ipsis abunde satisfactum putemus, imò etiam arctè teneamus & iustè defendamus tanquam verissimum, & præclarè nos censuisse, quia rationi congruenter & sententiæ Hippocratex; quia etiam conuenienter Naturæ; & pro φιλομαχίᾳ etiam aptè ὕδατος hic restituisse. Vt sit in posterum oratio Hippocratis huiusmodi, ὅλα ὕδατος ἐς αὐτὰ κατόντος. Etenim aquarum descensus, est ad erosionem partis perpetnò consequens. Atque in hac tum posteriori forma generationis hydropiseos, collectionem aquarum sensim factam significanter notauit dictionne κατόντος: quemadmodum in forma quoque priori, verbo ῥαγῇ simul & semel, hoc est confertim colligi aquas in abdominis amplitudine, aphorismo 55. lib. 5. nuntanter significauit & declarauit admirabilis hic in scribendo, vt inimitabilis Naturæ, ita morborum interpres diuinus Hippocrates. Num verò physica omnis ratio iubet vbique motionem, priùs necessariò dari viã oportere, per quam aliquò alió aquæ deferantur, quoties sit ingens & repentina quædam enentura illarum collectio, vt alibi nuper, ita etiam nunc in abdomine? Aliter igitur & ob alias quidem causas hic, vt illic antea, Hippocrate autore circa ventrem aquæ colliguntur. Vtrobique tamen hydrops semper consurgit vtriformis. Illic ab hydropotia, hîc caumate posito & antecessinte. Illic simul & semel affectio nascitur, hîc paulatim aquæ colliguntur; quantumuis vtrobique aquarum vis collectióque augeatur, data vbique & patente attamen via. Illic prodesse tempori potest paracentesis, quum integra sint adhuc omnia principio: tandem verò viscera trahuntur in consensum. Hic frustra quæritur & sectio adhibetur, quum non nisi fractis viribus contingat hydrops & præcedente morbo graui & acuto aut saltem diuturniori. Testis est hunusce Hippocrates aphor. 1. lib. 2. prognost. Vtrique formæ tamen communis est nimia potio, quamuis ratione diuersa. Καὶ ὑπὸ ἀδρήκτου τοῦ ὕδατος μὴ κατέχῃ] Mulier enim sitim continere non potest qua premitur, sed assumit multam, quam nec vesica reddat nec alnus; nec sudore corpus diffluat, nec vomitionne quoque ipsa reiiciat. Tot namque modis

comment. ad aphor. 13. lib. 7.

semel

semel hæc assumpta foras eiicitur. At si ita est, quomodo in hydropem siccum ἰσχνόσαρκον, obfirmatur? Ad causæ principium attendit Hippocrates, quum isthunc aphorismum descripsit, quasi velut ipse superiorem modum enasci hydropis, vt dictum est, ab hydroposia, scilicet in febre: nunc verò extra febrem καῦμα causam esse aut principium potiùs explicato modo. Minùs nos etiam præterit ad marasmum hepatis quandoque & summam eius infirmitatem Galeno authore hydropem sequi. Sed marasmum καῦμα nuper cõplectebatur. Quamuis autem eiusdem ipsius visceris ἔκπνοια sanguinis aquosi copia pro laudabili generetur, viam patere tamen aquis in abdomen necesse prorsus videtur omni physico. Alioquin hic κατοχὴ αἱματικὴ fiat tantùm aquoso sanguine in venis oberrante. Quòd si quis è venis illic neget aliquid stillare in abdominis amplitudinem, quia sanguis vnà cum aquis non deferatur; vim qua quod est amicum naturę retinet, vasis inesse ipse rescíat & agnoscat, pernecessarium. An verò quæ iam pridem hausta fuit opinio de ortu hydropis ab hepate, debet explodi & reiici vt notha absurdaque, quid non & in meliorem hanc nostram commutari tanquam rediuiuam Hippocratis? Quondam hic editus in lucem fœtus magno isto patre, vnico doctore amplissimo & magistro Hippocrate, per nos ergo, si condignum videbitur, renascatur. Etiámque in Asclepiadæ Parisiensis scholæ familiam ascitus iure cooptatúsque, obuiis vt aiunt vlnis, communi omnium exceptus cõsensu & mann, molliter quoque cum aliis tanquam in sinu foueatur, donec reuiuiscat, & adultus tanropere grandescat, vt per nostros collegas consecratus memoriæ sempiternæ, Hippocratis magistri nomine commendetur. Alioqui quæ prodesse consueuerat paracentesis tempore Hippocratis, quid auxilij nunc ipsa ferat, si ruptio aut erosio in hepatis manebit cuticula: aut si hoc quidem ipsum plenum rimarum erit, vt foret per huiusmodi illorum interpretationem necessarium? Exitio multis isthæc fuit post tot ab Hippocrate secula, nempe quòd eam in omni hydrope adhibuerint sine diorismo & discrimine vllo. In hac nostra Parisiẽsi Asclepiadarum familia percelebri magnus est & frequens numerus Medicorum, cæteruæ vbique sunt multæ atque conuentus. Vix inter eos vllum reperias, cui non contigerit hydropicum aliquod cadauer euiscerare. Quodnam verò in illis commentum simile superiori reperias? Integrum est in multis hepar ex omni parte, quibus exortus est hydrops ex aquoso liene; saltem principio pathematis huius generationis. At temporis progressu flaccescit id quidem, marcescítque & attenuatur fluctuatione & inundatione scilicet aquarum. Sic enim iure quæ è propriis concepraculis in cauum abdominis confertim aquæ eruperint, modò dicantur. Attamen sua est hepar vbique obductum membrana, eadémque continua semper, integra, etiámque sine fissura, sine rima. Siquidem hydropis initiũ fecerit aquæ præsertim comportario liberalior & sui ortus initio quidem. Aliàs enim, vt dictum est, hepar ab aquis mutuò afficitur & reparitur, tandémque sæpenumero etiam corrumpitur. Quæ ratio Hippocratem induxit, vt consuleret hydropicos (αἰσίμους πάμπαν) statim secandos esse lib. 6. Epid. sect. 7. Sectionis autem modũ declarauit aphor. 27. lib. 6. & libris περὶ παθῶν & περὶ ἑπτὰ παθῶν, & passim alibi. Quid verò sectio iuuerit in secundario hydrope qui ab æstuante quadam nimirum parte interiore, eáque exesa aut erosa ortum acceperit? Si enim quantum secando ademeris, tantundem quotidie & in momenta ferè singula influat in cauum per rimas; annon vanus est hic reputandus labor, quemadmodum de perenni causa fluxionis in partes infernas, libro de glandulis bellè quidem est & verè philosophatus Hippocrates? Commẽta hæc autem post Hippocratem de vesiculis hepaticis descripta sunt à veteribus, ne spatium nẽpe deesset viáque qua aquarum fieret impetus (ῥαγὴ enim dixit) in amplitudinem ventris. Atque reuera quum hic tantus tumor sæpenumero tam repentè oboriatur; æquum qnidem est, vt decurrentibus aquis aliquis locus pateat in abdomen. Is eiusmodi autem est, quem nuper descripsimus. Vt postea ratum statúmque maneat hydropi repente orto, sectionem statim ex vsu fore integris adhuc scilicet visceribus. Namque si quis ab hydrope se sperat seruatum iri & restitutum, σῶμα ἔχειν δεῖ, integris esse visceribus oportet, 2. prorrhetic. Qui autem paulatim sensímque fiet, frustra eum quisquam, quia inconsultò, secabit & præcipitem dabit in exitium. Quum siquidem intus sit immedicabile vulnus, erosio. Contigit id autem (luctuosum sanè & miserabile conciuibus vniuersis) anno 1583. Nicolao Magno Doctori, viro clarissimo, & de re publ. & multorum priuata bomini meritissimo. Quum is enim hydrope iampridem teneretur posterioris formæ, (καῦμα nempe dextri renis hepar inficiens & adurens hnic malo primordia dedit) & per distentionem abdominis summam discruciaretur miserrimè, sese perfodi ad vmbilicum maluit & exoptauit (namque migrandum è viuis is præsentiebat) ne execrari & malè precari ferè cogeretur ipse sibi per angustias scilicet & acerbitatem doloris sæuissimi. Sed regressio ad hydropem formę prioris nũc fiat. Opplebatur non ita pridem epiploum, nec id solum quidem, sed (κατὰ πᾶσαν ἀμφὶ τὸν παχὺν ἔντερον χοιλίαν, hic verò Hippocratismus est) & partes quotquot sunt vicinæ interiores, eiusce participes tunc fiunt. Huius autem demonstratio repetenda est ex huius libri principio versu ferè quarto, vbi de communione quæ fit propter viciniam, actum à nobis est. Vicinæ autem in consensum tandem (κατὰ πᾶσι σύμπασι) crura trahunt & partes inferiores reliquas. Ratio eius statim sequitur in vniuersum descripta ab Hippocrate, ἐπὶ πλέον, &c. quoties in aliqua corporis parte quippiam redundabit, ὑπερ ἐπὶ μέρους διαθέσιος, ea corporis partium quarumlibet est œconomia, is etiam mos est & lex in corporis humani præsidiis posita, vt quod vno aut altero modo cuidam parti negotium facessit, amandet id Natura procul quàm maximè pro viribus. Declini præterea loco sunt crura pedésque; quod est momenti ad excipiendum aquas quàm maximi.

Καὶ μὴ δυνάμενα κατέχειν, *non possit continere*] Nam etsi suapte natura rarus sit lien, & ad se valde multam copiam illiciat aquæ consocialem sibi & amicam suæ naturę, si non ad continendum ipsam fuerit satis; cur non eam propellat?

Ἐπιῤῥέοντος δὲ τοῦ ὕδατος, *suboritur verò à potu*] Est hæc pars extrema ac conclusio superioris demonstra-

tionis. Fit ergo hydrops perpetuò ἀπὸ πολλῆ, ab immoderata aquæ potione. ἐντὸς μαίνῃ] Quoties & semel cœpit & assueuit lien (quod est prætet naturam) portionem aquæ maiorem ad se attrahere, ὑφαιρὲς ὄν, ratus existens. De coius compositione quam vulgò texturam dicunt, antea.

Γίνεται δὲ αἵδε ἀρχὴ αὐτῆς τῆς νούσου (non autem αὐτὴ) accidit verò quibusdam principium huius morbi] Superiorem hypothesin suprà partiebamur in duas partes cum Hippocrate. Actum est priùs de ptioti, quæ annexam sibi febrim habuit καῦμα corporis vniuersi. Posterior hydrops cõtrario modo se habet, quum siquidem in eo pro febre quæ totius pathema fuit, (ἐνὸς καύματος ἐν τῇ κοιλίῃ ὄντος) inerit æstus in ventre; mirum ne videatur, si quomodo priùs sitim sedare, aut incendium restinguere febricitanti, nunc quoque eandem sitim in æstuante foco oporteat aquæ largioti potione? Nam etsi (ἀρχὴ αὐτῆς τῆς νούσου) hic morbus principio febris expers sit, sui principia tamen & quasi fundamenta constituere non desinit, οἷα ὕδατος εἰς αὐτὸ καταίτιος, quandoquidem aqua tunc in ventrem prolabatur. hîc enim mendum esse omnino suspicamur, vt dictum quidem fuit. Nisi quis velit φλέγμα ἀποκαίεσθαι καὶ ἰδρῶτα παρέχειν, & concludi priùs pituitam & inferre dolorem, vt est apud Hippocr. aphor. 51 lib. 7. At fert idem locus nec exitum habere foras, nec in aliam cauitatem viam patere. Sed quanta potuimus fide locum hunc prędicto modo restituimus. Vestrum attamen iudicium sit an Prodici more vel secus phlegma æstum & ardorem voluerit Hippocrates significare. Nam si phlegma descendens hoc loco in ventrem erit pituita, quid quæso conceptum intus incêdium restinguat præsentiùs, quàm idem ipsum? Accedit & quòd hîc meminerat modò καύματος, quòd & nimius calor & ardor in mulieris corpore fuit causa sitis. Quam quidem hanc præsentem si mulier (μὴ κατάσχῃ) non continuerit, sed potiùs potio (sic enim non deerit humor) in muliere sitim excesserit, quandoquidem ipsa mulier siti pareat in hypothesi, eodémque pacto magnus aquarum acernus & coaceruatio fiat; μηδ' ἢ κύστις, μηδ' ἡ κοιλία διῴσιν, &c. neque tamen κατὰ γε δίκαιον, vt æquum erat & decens, (maximè verò in hydropicis, in quibus vrina aliò diuertit, vbi tandem coaceruetur) aquæ copiam qua sitim mulier expleuit, vesica traiecerit: neque etiam aluus liquidior facta inde sit. Etenim vt ventris onus analogum esse voluit cibo assumpto, ita & vrinam potioni, prognost. primo Hippocrates. Μηδὲ ὁπότερον διάγοι] Nec probam seruet mulier rationem viuendi, quæque humores absorbeat morbificos. Enimuero venit nobis in mentem locus Hippocratis, quo bene consultum fore ipse hydropicis existimauit, si in potu exhibebontur non solùm medicamenta quæ aquas ducant; sed & edulia offerantur quàm pituitosissima. Sic enim eodem modo hinc etiam expediemus. Verba sunt authoris, οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα δίψειεν τὸ φλεγματοδέστατα. Vt sic nimirum bibendi apperitus eludatur potandique libido declinetur, lib. de locis in homine. Hanc verò rationem victus opportunam intellexisse diiudicamus, cuius scilicet ope à potando auertatur ægrotans, vnde aquarum collectio quoque vitetur. Hæc sunt quæ hydropi futuro præcurrere vulgo solent symptomata, si quãdo ex aquoso splene ortum habuerit. Iam verò animaduertamus etiam quæ sunt consequentia. Ait enim, ὑπὸ δὲ ὑδροποσίης ἦ, ἴσχεται τὰ, &c. Si ergo in splene aquarum collectio fiat (agit enim Hippocrates ex hypothesi) largioti mann menses effundantur, auctiores nimirum facti aquarum permixtione. Hánceque ob causam sequitur in oratione apud Hippocratem, γίνεται ὀπὴ μὲν οὐκ ἰσχνὴ, loturæ carnis simillima reddontur menstrua: ὀπὴ δὲ ὑάλῳ, quãdoque verò parciora, vt quando impermixta effluunt. Eadémque ἰχωρόεσσα. ob id fortiora censentur Hippocrati, quæ Cornarius interpres visus est quodã iure, spissiora reddidisse. Καὶ ἢ παχύνεται] Aquosiora sunt tamen quàm vt instar laudabilis sanguinis & citò conglaciare & concrescere foris queant facilè.

Καὶ ἄσθμα μὴ καμοῦσαν, ac inuadit mulierem asthma] Nam quum ex duplici fonte isthæc duo superiora ad excretionem natura commoneat, appetente menstruorum cursu; primum est quòd sanguis, ac si turgescat in hepate, diaphragma comprimendo asthma tunc ementitur contractiori & decurtata respiratione. Καὶ ἰδρῶτα ἐν τῷ κοιλίῃ] Concitaris deinde aquis in splene prætumido ex hypothesi, in eo dolor quoque cietur. Καὶ μᾶλλον ἐντὸς τῆς γλυκὺ φάγῃ, maximè verò si mulier dulcibus vescatur, quod est vtrique hominum generi commune. Siquidem id habet lien cõsimile cum ipso hepate, quemadmodum ex Galeno didicimus, & experientia comprobatum habemus cum eo communiter, quòd omni re dulci ipse tumescit. Quum enim quæcunque dulcia sunt, leui de causa obrurent meatus quibus continentur, (quod ex fontibus naturæ primis hanstum priùs oportuit) ad obstructionem quis non videat consectarium esse tumorem? Καὶ ἡ γαστὴρ ἐξαίφνης καὶ μᾶλλον ὄγκαι] Quibus de causis iisque manifestis & ventet attollitur & redditur grãdior ampliórque. Καὶ ἐντὸς πίνοντα τὸ μαίνῃς φάγῃ] Æquum etiam est iisdem positis, quæ vniuersa malè iam ventrem afficiunt, & occupant & circomtentum valde detinent; vt postquam plus cibi ingesserit quàm consueuit ipsa, ὑπὸ τῆς γαστρὸς, de ventris mulier conqueratur dolore qui ad summam illius distentionem meritò consequitur. Καὶ τὸν ἰσχίον ὀδύνη ὀδύνη καὶ ὀδύνη, doleántque lumbi ex interuallis] Appetentibus nimirum menstruis ac eò recurrentibus, vt ferebat nuper hypothesis. Túmque lumborum cieri dolorem, influxu potiùs ad vterum sanguinis menstrualis negato, quàm insolenti ciborum vsu quis neget? Quamquam vtriusque etiam horum coniunctione dolor intendi queat (καὶ γὰρ μὴ ὑπερπλεόνα δὲ ἐόντων) qui tam læuus sit & ita affligat acerbè, vt intra breuissimũ interuallum temporis consequutionem febris adferat. Hæc verò vniuersa tantisper mulierem miserè exagitãt, dum qui sunt in propinquo menses erumpant. Ἐνίοτε δὲ κάτοδος γίνῃ, at post illorum purgationem, à quibus scilicet mulier priùs euasit, (μᾶλλον ἀνειμένῃ πρὸς τὰ παρόντα) facillimè degit (sed quidem ad tempus) quemadmodum videtur ipsa sibi, habito ad superiora respectu. Sic enim M. Tullius, Quum respectum ad Senatum & ad bonos viros non haberet. Κτησὶς ἐς τὸ αὐτὸ καθίσταται, sed statim in eundem tamen statum muliet relabitur. Cuius tam repentinæ commutationis & recidiuę causas si quis perquirat, partium diatheses modò explicatarum incusabit, quæ nondum sunt obliteratæ. Καὶ ἐὰν φλεγμήνωσι, quas si tamen Medicus euellat sedulò, ἐκ ῥιζῶν, id est radicitus: (Nam perspectis antea hoc eodem libro morborum

viribus,

viribus, exquirendas causas esse ex quibus nascantur illi quidem, Hippocrates monebat, eóque pacto ad alia progrediendo curationem instituebat, ad singulos singulatum partium morbos aggressus) ὑγιὴς ἔσαι, planè veréque restituitur valetudini. Ἢν δὲ μὴ καθ' ὁδὸς] At contrà si mulier in contemptu manebit, & quædam profluuij menstrualis suspicio subsit & apparentia, quam verbo ἐπιῤῥύσιν declarauit Hippocrates, etiam magnopere verendum tunc est, ne semelsi cœperit, toto decursu morbi ab vtero velut sanioſum (quanquam pusillum) quiddam perpetùò sensim feratur. Ἐπιμένουσι πολλοὶ δέπται] Túmque adeò non tam negotio facili restituetur pristinæ valetudini, sed accuratiori egebit mulier curatione & magis assidua & diuturniore. Causæ enim altas radices egerunt & plures, quæ non sine cura & quidem sedula auelli vnquam tunc queant.

SENTENTIA SEXTA.

Ἢν δὲ μὴ ῥόος ἐπιῤῥύηται, ἀλλ' αἱ μῆτραι ὑπὸ τῶν προσόδων μὴ χαλάσωσι τὰ ἐπιτήδεια, ἢ τε γαστὴρ οἱ μεγάλη ἔσαι, καὶ βάρος ἔσται ὡς τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ.

1 *Verumtamen si* leuis *menstruorum fluxio non superueniat, nec menstrua ab iis quæ prius* inerant, *uterus relaxet; & mulieri amplificabitur venter, & pondus inesse videbitur quasi utero gerat.*

Καὶ δοκέῃ ὡσεὶ παιδίον ἐν τῇ γαστρὶ αὐτῆς κινέεσθαι, ἅτε τῆς μήτρης ὕδατος ἐσίων πεπληρωμένων, καὶ ὕδατος κινεομένου.

2 *Adde quòd videtur in eius utero dimoueri puellus, nimirum utero aquâ expleto & in eo commota.*

Ἀλλοτε γὰρ καὶ ἀλλοτε κλυδάζεται αὐτῇσι τὸ ὕδωρ ὡς ἐν ἀσκῷ, καὶ ἀγχοῦ φανομένη τὸ κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ.

3 *In eo etenim fluctuat aqua aliàs aliásque tanquam in utriculo: ac* tum *fert contactum* mulier *molestè sub umbilico.*

Καὶ αἱ κλεῖδες, καὶ ὁ θώραξ, καὶ ὁ πρόσωπον, καὶ τὰ ὄμματα κοιλαίνεται, καὶ αἱ θῆλαι αἴρονται.

4 *Nec non clauiculæ, thorax, atque adeò facies, & oculi extenuantur, & è medio attolluntur papillæ.*

Ἔστι δ' ἧσι μὲν ἤτοι χιλίη καὶ τὰ σκέλεα πλήθει ὕδατος· ἧσι δὲ ἑκατέρου τουτέων.

5 *Cæterùm nonnullis aqua oppletur venter, itémque crura: aliis verò horum* tantùm *alterum.*

Καὶ ἢν μὲν ἄμφω πλησθῇ, ἀδημία ἐλπὶς σωθῆναι τὴν ἄνθρωπον.

6 *Quòd si implebuntur vtraque, ne quidem exigua spes vlla supereſt de mulieris vita,* ita est in angusto.

Εἰσὶ δὲ, ἢν ἑκατέρου τούτων, ἐλπίδες ὀλίγαι, ἢν μελεδήνηται, καὶ μὴ λίην τυγχανέτω.

7 *Est perpusilla quædam tamen, si eorum alterutrum* tantummodo *replebitur, modò* mulieris *suscipiatur cura, ac non valde fuerit morbo & labore confecta.*

Χρονίη δὲ αὕτη ἡ νοῦσος.

8 *Hîc erit morbus attamen diuturnior.*

Γίνεται δὲ πάντα μᾶλλον μὲν τῆσιν ἀτόκοισιν· ἧσσον δὲ πολλάκις καὶ τῆσι τετοκυίῃσιν.

9 *Quæ vniuersa iisce frequentiùs eueniunt quæ nondum pepererunt: in quæ tamen incurrant sæpenumero, quæ pariundi laborem iam sunt expertæ.*

Ἐπικίνδυνα δὲ εἶσιν, ὡς εἴρηται, καὶ πονηρὰ ὀξέα καὶ μεγάλα καὶ χαλεπὰ ξυνίεναι, διὰ τοῦθ' ὅτι αἱ γυναῖκες μετέχουσι τῶν νούσων· καὶ ἔαδ' ὅτι ὑπὸ αὐτέων ἴσασιν ὅτι νοσέουσιν, πρὶν ἢ ἔμπειροι νούσων γένωνται ἀπὸ καταμηνίων,

10 *Hæc autē cū periculo sunt ferè cōiuncta vti iam diximus, ac acuta plerumque grandiáque, & quæ animo non ita percipiantur facilè, propterea quòd quum mulieres morbo affliguntur, accidit sæpenumero vt se ægrotare non intelligant, priuſ-*

quam expertæ morborum insultus subierint qui ratione menstruorum solent oboriri, & grandiores fiant.

καὶ ἴσως χειρίτερας.

Tunc verò necessitas adeóque temporis diuturnitas ipsis morborum causam demonstrat. 11

Τότε ὃ σφέας ἥτε ἀνάγκη καὶ ὁ χρόνος διδάσκει ὃ αἴτιον τῶν νούσων.

Aliàs verò accidit dum non dignoscunt undenam ægrotant, vt priusquam unde ægrotatio venerit ab affecta muliere medicus verè erudiatur, insanabilis euadat affectio. 12

Καὶ ἔστιν ὅτε τῇσι μὴ γινωσκούσῃσιν ὑφ' ὅτεω πρόσεισι φλαῦα τὰ νοσήματα αἰεὶπατα γινόμενα, πρὶν αὖ διδαχθῆναι τ' ἰητρὸν ὀρθῶς ἐπιστῆσαι τῆς νοσεούσης ὑφ' ὅτεω νοσέει.

Etsi enim perspectam habeant, eas tamen pudet suo sermone affectionem diuulgare, id sibi fore ratas turpissimum ob suam imperitiam insciti ámque. 13

Καὶ γὰρ αἰδέονται φράζειν, κλῶ εἰδῶσι· καὶ σφι δοκοῦσι αἰσχρὸν εἶναι ἐπὶ τῇσι ἀπειρίῃσι καὶ ἀπιστημοσύνῃς.

Et verò Medici pariter peccant qui exactè non inuestigent morbi cuiusque causam: iis medentes morbis tanquam virilibus. 14

Ἁμα ὃ καὶ οἱ ἰητροὶ ἁμαρτάνουσιν οὐκ ἀκριβέως πυνθανόμενοι τῶν γυναικέων τὴν αἰτίην· ἀλλ' ὡς τὰ ἀνδρήια νοσήματα ἰώμενοι.

Ac sanè iam ipsi vidimus quamplurimas ab huiusmodi affectionibus interiisse. 15

Καὶ πολλὰς εἶδον διεφθαρμένας ἤδη ὑπὸ τῶν τοιούτων παθημάτων.

Est autem operæpretium exquirere imprimis causas exactè morborum percontando interrogandóque. 16

Ἀλλὰ χρὴ ἀνερωτᾶν αὐτίκα ἀκριβέως ὃ αἴτιον.

Quippe cùm muliebres morbi à virilibus curatione discrepent quàm maximè. 17

Διαφέρει γὰρ ἡ ἴησις πολλὸν τῶν γυναικείων νοσημάτων καὶ τῶν ἀνδρείων.

EXPLICATIO.

Sic ounc cohærent hæc cum superuis, vt ab illis dependeant. Modò enim (ῥοὺς ὑπεθέμεθα) sua sibi coniuncta habebat incommoda quædam profluuium quod ex hypothesi ponebatur, ideóque accuratam desiderabat Hippocrates in eo diligeotiam Medicorum. Sed si (τῶν δὲ μὴ ῥόων) nulla stilla fiat, nec (οὐκ ἀμύσσει) suo tempore quiddam menstruorum vterus refundat: sua hæc quoque damna suppressio menstruorum secum vehet quæ iam explicabuntur. si primùm dixerimus quid per (τὸ πρόσθεν) priora putemus intellectum ab Hippocrate. Tam est hæc aperta Naturæ cõsuetudo, vt ne pigrum ignauúmque vulgus ea prætereat vllo pacto, saltem in aluo exoneranda. Vt etenim clauus clauum, sicuo in prouerbio est, sic cibus posterior pellit priorem Natura duce, quoties onusta aluus est. Se secus habere res videri possit in menstruis. Quantumuis sit à ventris onere res muliebris & menstrua dissimilis, vtraque illa tamen dissimili non propellunrut nec reguntur natura. Vis est enim eadem Naturæ dispersa per omnes corporis partes sibi semper cohæreos, quæ omnia in corpore obeit munera faciteque, sicuti multis demonstratum fuit ab Hippocrate primo de diæta, & passim vbique. Atque eundem hũc ordinem à Natura institutum esse recordamur, qoemadmodum sigillatim ab eo explicatum legimus ioitio quarti de morbis. Is autem ordo est, quòd in humorum ad aliquam partem affluxu, qui prior in ea humor inerat, priori quoque loco, etiámque tempore ex ea excludatur. Isque clariùs eluceat loogè ex footibus secundariis, in aqooso splene qui aqoæ potione largiori talis effectus est. Qui etiam locus plurimùm conferat ad explicationem affectionis huius, vt & superioris. Si priora igitur menstrua vterus noo effunder, sed accedat ad ea menstruus sanguis alterius mensis, hoc est consequentis; qui iofluat in vterum exitus gratia, nónne μείζων οἱ μεγάλα ὕει, mulieri grandior venter fiet & iusta de causa? Καὶ βέλος ἐοικὸς, eadémque ratione pondus quoddam ipsa persentiet ac si vterum gerat? Ac tum grauiditatis suspicionem magis augebit, quod ad ventris amplitudinem eiúsque grauitatem accedat sensus motionis rei internæ. Δοκέει γὰρ οἱ καὶ παλίνη ἐν τῇ μητρὶ αὐτῆς κινεῖσθαι] Siquidem, vt postea ponitur, aquæ fluctuatio puelli motionem ementiatur i quoties (ὠδῖνες κατειλέουσι) vnà cum ventre ipsa cietur,

Αλλοτε γὰ

Λιπνη δὲ καὶ ὀδύνη] Correctio est hæc tamen opinionis supernæ. Siquidem in se mulieres aquas inundare, saltem fluctuare verè nunc diiudicent, tanquam in vtre. Vnde grauiditatis opinio funditus euertitur. Imò verò (καὶ ὑγρῶν ψαυόντων) si quis imum mulieris ventrem attrectabit qui est vmbulico inferior; ita quidem lædat; vt nunquam illa fetat sine sensu doloris. Καὶ αἱ κοιλίδες καὶ ὁ δύσπνοος, ac quotquot in corpore sunt supernæ partes, summè extenuantur omnes. Quod quia est viris commune tentatis hydrope cum mulieribus, aliò properemus.

Καὶ αἱ θῆλαι αἴρονται] Hunc locum interpres vterque de elatione & magnitudine papillarum exposuit. An contrà de submissione & paruitate earú dici possit, lector viderit. Vt in mammis scilicet tum, etiámque papillis qui prius inerat tumor, resideat; & concidant papillæ in sese collapsæ. Quanquam ἐγκύων αἰδοίων (non autem αὐδοίων, vt alij) μαζοὶ αἴρουσι legatur apud Hippocratem quinta sectione lib. 2. Epidem. Quod de maribus intellectum quidem oportere existimamus. Quorsum enim quonámque pacto ad φυσιογνωμονίαν peritiam iudicandi de corporis humani partibus quæ sub aspectum cadunt, Hippocratis verba alioqui pertineant? Est magnus vtero cum mammis consensus, vti docet per anatomen vasorum communio; idémque ipsum ferè communis sententia Medicorum, ac morborum euentus qui per metastasin materiæ morbificæ fiunt, demonstrat. Alio loco ait Hippocrates, ὅτι ἢν μαζοὶ αἱ θῆλαι καὶ τὸ ὑμένιον χλωρὸν ᾖ, νοσοῦσι τὸ ἄγγος, si mammarú papillæ & quod in iis rubet, pallescat; morbosum vas est. Per quod dum negat Galenus vterum posse notari, (quo frequentius nihil tamen Græcis fuit quàm ἄγγος dici omne conceptaculum) fatetur sentítque obiter ipse, vterum cum mammis summa societate cõiungi, eodémque modo illi vt vera excidit incautè eadé ipsa interpretatio negata priùs de vocis huius acceptione. Ex quo quidem loco, si quod rubrum inest in mammis & in earum papillis, nos faciat certiores de vteri valetudine: quanam nunc aliena (obiici potest) & minuori ratione, tumulo discrepabũt à mammis papillæ? Si iustis de causis attenuabuntur mammæ, cur erectæ papillæ manebunt, nec ipsæ flaccescent? Imò verò αἴρονται (dicet alius) quasi delentur, è medio earum scilicet sublato tumore. Multa eáque præclara sanè notauit Erotianus Hippocratice. Ac ab illorum sententia nos dissentiens huius interpretatio debet reuocare. Αἴρεται idem quod ἀναίρεται voluit apud Hippocratem significare. Etectæ manerent hoc loco & in altum sublatæ (ipso expositore & anthore) papillæ in hypothesi. Quomodo? Non turgent nec tument papillæ, vt audacter possent illi iterum opponere, tenuatis mammis. At vt in fidibus Austro flante decurtat amplitudo & minuit longitudinem: ita relaxantur illæ temperato cœlo: Sic flaccescentibus & collapsis mammis papillæ tectæ & oblongiores fortè apparebunt. Vt hæc signa ad diagnosin quæque pertineant. Cæterùm legite aphor. 53. lib. 5. & commentarium Galeni. Ediscs hinc ex vtrisque, duce natura & magistra, semper in aliquam partem depelli & reponi noxium humorem concitatum, quoties exitus ei denegatur. Minùs ergo mirum debet videri, si detritis attenuatísque partibus supernis in hypothesi (ὅτι μὲν ὑπὸ κοιλίην καὶ τὸ σκέλος) aqua in has partes influet inferiores, qua tandem ipsæ oppleri possint. In harum verò cæsu est venter, lsque maximè capax. E quo etiam inter moras tiuuli in crura ducãtur. Namque aqua nutu suo agens cuniculos, tãdem capessit & occupat imum. Quòd si copia aquarũ minùs exuperarit (ἐλπὶς ἐνίοις) spes est quanquam exigua (modò hęc adsint duo quæ sequũtur) de mulieris sic affectæ vita & eius salute. Duo verò hæc sunt: (μήτε λείπηται) vt eius recreandæ nimirum valetudini studium adhibeatur, (καὶ μὴ κάλυ πάσχωμεν ὑπ') atque vt nũ detrita sit valde mulier victáque vi morbi nec fracta dolore. Frustra enim cum morbo Medicus congrediatur, si secum colluctãtem nou habet naturam & opitulantem. Quantumuis è cõtrario natura iuuet & opem ferat, non attamen in hypothesi efficiet nec præstabit vnquam, quin χρονίη αὕτη ἡ νοῦσος, hæc affectio accipiat diuturnitatem. Tanta eius vis est. Tanti (inquam) momenti est, vt si aquarum colluuie oppleantur enumeratæ partes vtræque, vt οὐδαμόθεν ἐλπὶς ἀφεστήκῃσι τῶν ἀδήλων, iam cõclamata sint omnia. At si quis fortè dubitat quid causæ sit, cur (γίνεται δὲ ταῦτα μᾶλλον ἢ τῶν ἀνάγκαιον) hæc vniuersa accidũt potiùs iis quæ nouum pepererũt quàm aliis; satisfactum sit ei sic plenissimè, si maximam morbi huius opportunitatem respouderimus ab angustia vásorum pendere, quæ summa est in üsce mulieribus quæ nunquam pepererunt, quemadmodum amplissimè demonstratum fuit ab Hippocrate huius statim principio libri. Præsens verò ægrotãdi occasio est, quòd (διὰ δὲ μὴ ῥέος ὑστερήσιος) nullus fluor ab vtero fiat, nec mẽstrui sanguinis quicquam ipse fundendo remittat. Vtrisque verò illis sunt omnia periculi plena, ὡς εἴρηται, vt dictum est, quum non ita pridem de mulieris salute desperabatur (καὶ τὸ πονὺ ὀξέα καὶ μεγάλα, &c.) tum propter morbi grauitatem eiúsque magnitudinem, (καὶ χαλεπὰ ξυνίησι) tum verò quia hæc sunt ad intelligẽdum perardua. Sed cognitu hęc quidem difficilia non tam sunt ipsa per se, quàm διὰ τοῦτ' ὅτι αἱ γυναῖκες μετέχουσι τοῦ νόσου, quòd suos morbos continẽt apud se & ipsæ secum, nec eas, vt est loquutus de dictis Horatius, foras eliminãt. Clam secum (inquam) has suas affectiones ipsę continent & celant. Expendimus sedulò veteris vtriusque interpretis sententiam, dum vult vterque mulieres morborum participes fieri in hypothesi. Sed attenti semper magis ad animum auctoris scopúmque eius, quid velit ille, consequuti tandem visi ipsi sumus. Mens erat Hippocratis causas periculi in quod mulieres sua sæpe culpa præcipites feruntur, explicatas reddere & notiores. Quum præterea alia multa, ægrotantis oratio valde cõferat ad diagnosin morborũ, initio primi prognosticon & periodo ferè prima tertij Epid. apud Hippocratem, negotium muliebre præseus (χαλεπὸν ξυνίησι) Medicus haud consequetur facilè, διὰ τοῦτ' ὅτι αἱ γυναῖκες μετέχουσι τοῦ νόσου. propterea quòd mulieres suos secum morbos continent & celant, quum sibi medendi magistrum adiungere debeant, quo cum audeant omnia sic loqui, vt ipsæ secum. Namque quòd vniuersa (ἄῤῥητα ἐγκύμονος τῇ τωὐτῷ) huiusmodi ranquam arcana occultáque esse debeant, ratus est Hippocrates in horco suo. Atque silentij rationem iamiam repetet Hippocrates noster à verecundia. Prior verò nunc erit, καὶ διὰ τοῦτ' ὅτι καὶ αὐταὶ ἴσασιν ἑωυτὰς πονέουσαι, quòd accidit sæpenumero vt ægrotare ipsæmet sese nesciant, ὁκόταν τὸ ὑστερικὸν πονέωσιν ἠρέμα

ad finem consist. 2 lib. 2. Epid.

Epid. 5. lib. 6.

Horat. 1. Ep. 5.

κατὰ καθαρσίων, priusquam expertæ morborum insultus subiernnt qui menstruorum causa solent subnoriri. Καὶ ἔστι χρήσιμα, & ærate grandiores factæ. His ergo modis duobus sapiunt mulieres suo sæpe malo, experientiaque quæ non nisi contingit annorum decursu. Τότε δὲ σαφὲς ὅτι αἰτίαν τοῦ κρίνει] Nam tũc inuitæ cognoscunt; eas siquidem ad id adigat necessitas) quòd ex menstruis morborum ducuntur causæ: siue, vt aliquantò dilucidiùs postea exponet Hippocrates libro sequenti, proficiscatur illæ quidem ab vniuerso corpore, siue ab vtero tantùm. Quod diiudicare muneris est Medicorum. Καὶ ἔστιν ὅτε πόνοι μὲν γινομένοισιν ὑφ' ὅτου τοιοῦτοι] Accidit verò aliàs mulierculæ, vt dum minùs dignoscunt (propterea quòd nulli rem suam communicãt, vti dictum iam est) menstruorum experientia nihilò eruditiores, nec annorum numero factæ certiores; Adeò pusillo sunt ipsæ animo & iudicio. Ἀφ' ὅτου τοιοῦτοι, vndenam ægrotant] Atque eo modo sæpe tam altas radices morbi interim agunt & tantopere sæuiunt, vt (inquam) πρὶν αὖ διδαχθῆναι τὸν ἰητρὸν ἀφ' ὅτου ἐστὶ τὰ πονέοντα ὑφ' ὅτου τοιοῦτοι, priusquam vnde ægrotationes venerint, & ab affecta malè muliercula rectè Medicus eruditatur, φάσκοντα τὰ τοιαῦτα αἰτίην γενέσθαι, nonnunquam affectiones reddantur insanabiles. Καὶ γὰρ αἰσθάνεσθαι φασίζουσι, καὶ αἰδοῦσι] Etsi enim ei perspectæ aliquo pacto esse queant illæ, nihilominus pudet mulierem eas diuulgare. Eam nempe, vt est apud Terentium, pudet dicere verbum turpe. Siquidem id turpe opinẽtur (καὶ γὰρ δοκοῦσι αἰσχρὸν εἶναι) ratæ (in numerorum mutatione Hippocratissimum frequenter animaduerte) id fore sibi turpissimum & indecorum τὴν ἀτοκίαν, tum propter ignorationem (Quo fortasse loco idem ἀτοκία est quod ἀτεκμηρία, quæ ignorantia fuit decori veteribus) καὶ ἀκοσμοκομίην, tum propter inscitiam summam. Ergo hisce modis mulieres & in se & in valetudinis commoda peccant explicato modo.

Terent. Heautont.

Ἀμαρτὴ δὲ καὶ οἱ ἰητροὶ ἀμελέοντες τῆς ἀτοκίης] Quid non meritò reprehensione dignissimi quoque Medici videantur, qui percontando interrogandóque non satis sedulò veram resciscũt morbi causam? Ἀτοκίην veram diximus, hoc est muliebrem: Quum (ἐπὶ οἷς τὰ ἀνδρεῖα πάσχουσιν ἰητροί) muliebribus pathematis medicinam faciteut, morborum instar virilium. Opinantur illi quidem esse virilia quæ reuera muliebria sunt, hoc est quorum causæ ab vtero pendent. Quæ hæc sanè occasio nobis potissima fuit, cur nostras horas succisas studiáque aliquantò ardentiùs ad hæc scribenda contulimus. Manca alioqui & inchoata tantùm ars Hippocratea putetur, in qua pars altera nimirum funditus desideretur. Quę qui non perlustrant, expendunt, & non intelligunt, cæteráque huius ejusdem argumenti opera Hippocratis; ex parte tantùm media iam sese medicinam factitare, magno quidem alterius hominum generis damno & detrimento deinceps resciscant. Nempe eam ob causam (καὶ πολλαὶ νῦν διαφθορίαι) se profitetur Hippocrates obseruasse horum desiderando intelligentiam, hoc est dum ista Medici minùs accuratè discernunt, vti foret perutile & necessarium; magna eorum culpa quamplurimas interiisse. Mulieribus scilicet, Hippocratis tempore (quemadmodum & modò vbique) medebantur similiter atque viris. Quod artis & naturæ legibus repugnat quàm longissimè. Porrò igitur (moneo) præ manibus habeant Medici recentiores in posterum hunc grauissimum authorem, & vnicum esse hũc magistrum Hippocratem recognoscant, ac summa cum obseruãtia colant, ament, & ornent, vt qui hortatore me & adiutore pro virili eos pertrahat in aduersam sententiam. Cuius præceptis deinceps morem gerant & (καὶ αὐτοὶ τὰ αὐτὰ ἀτοκίης τὰ αὐτὰ) inprimis percontando interrogandóque postea ex ægrotantibus mulieribus attentent & audeant etiam pudenter veram elicere morborum causam. Id quidem est de quo nonnulli tantopere digladiantur, parum scienter sanè, si illi animaduertunt. Ἀλλ' ὅτι τῶν περὶ φύσιος λόγων καὶ τῶν περὶ φύσιος τῶν ἀνθρώπου, siquidem nunc monuerit Hippocrates ad causam confugere inter medendum oportere. Nec id quidem satis, sed ad causæ veniendum vsque principium, vt ex fine quartę sect. lib. 2. Epidem. antea notauimus. Ne quis nimirum de venarum sectione scripturiens diuini Hippocratis verba in alienum sensum illic detorqueat. Videat ille quid lex vetat ad extremum Hippocratis. Hæc enim ὅρκια sunt. Sui deinde rationem dicti ipsemet subiecit in hypothesi. Διαφέρει γὰρ ἡ ἴησις πολὺ τῆς γυναικείων παθημάτων καὶ τῆς ἀνδρείων. Quando quæ de muliebribus curatio suscipitur ad valetudinem, toto genere differat ab ea quæ solet esse virilium. Solo quippe, attamen quàm dissimili, vtriusque generis homines dissident inter se conceptaculo, qui vterus est, quique vbique semper in viris desideratur; duce natura.

lib. de loc.

FINIS COMMENTARII QVINTI.

MAVRI-

MAVRICII CORDAEI RHEMI COMMENTARIVS SEXTVS IN LIBRVM PRIOREM HIPPOcratis Coi de Muliebribus.

SENTENTIA PRIMA.

ΕΝ δ' αἱ μῆτραι ἑλκωθῶσιν, αἷμα καὶ πύα καθαίρεται, καὶ ὀσμὴ βαρεῖα γίγνεται, καὶ ὀδυνᾶται ὀξεῖν λαμβάνει ἐς τὰς ἰξύας, καὶ ἐς τοὺς βουβῶνας, καὶ ἐς τὸν ἧπαρ μάλιστα.

1 SI praterea vterus vlceretur, vnà cum pure sanguis effluit & expurgatur, & grauis comitatur odor, & dolor acutus lumbos opprimit, & inguina, infimúmque ventrem.

Καὶ ἄνω φορτᾶται ἡ ὀδυνη ἐς τοὺς λαγόνας, καὶ ἐς τὰς πλευρὰς, καὶ ἐς τὰς ὠμοπλάτας.

2 Isque effertur sæpe sursum ad partes inanes, sæpe etiam ad latera & omoplatas.

Εἰσοτὲ δὲ καὶ ἐς τὰς κληῖδας ἀφικνέεται, καὶ δάκνεται, καὶ κεφαλὴν ὀξέη σφοδρὰ, καὶ τὸ βρῖμος.

3 Ad claues interdum etiam pertinet, vbi & morsus quispiam sentitur, & grauis capitis dolor, indéque sæpe delirium sequitur.

Τῷ δὲ χρόνῳ αἰσθάνεται πᾶσα, καὶ ἀσθενείη μιν λαμβάνει, καὶ ἀψυχίη, καὶ πυρετὸς λεπτὸς, καὶ ῥιγώδεα. αἰσθάνεται δὲ μάλιστα τὰ σκέλεα.

4 Quódque deterius est, temporis aliquando progressu tota tumet, & infirmior mulier redditur, & animo deficit, & febrit leuiter, & refrigescit: maximè verò etiam crura tumescunt.

Ἡ δὲ νοῦσος λαμβάνει ἐκ τρωσμοῦ, ἥτις αὐτὴν διέφθαρσε τὸ παιδίον ἐγκαταπτὺν μὴ ἐγκαθάρῃ.

5 Morbus hic ex abortu initia causásque ducit: vi quando ipsa puellum corruperit, & iam putrentem non eiecerit foras.

Καὶ ὅλον τὸ σῶμα πολὺν πῦρ ἔχει.

6 Tandem verò totum corpus magnus capit ardor.

Λαμβάνει δὲ καὶ ἐκ τῶν ῥόων.

7 Verumenimuerò accidit & hic morbus ex profluuiis.

Καὶ ἢν ὑπὸ σφέας ὑγρὰ αἰῇ ἴῃ καὶ χολώδεα, δάκνει.

8 Quòd si in vterum acria influant & biliosa, ea quidem mordent.

Ἢν δέ τινας ἐχούσῃ ὑπερτυχόντως, ἐπὴν μὲν αἱ ὀδυναι ἔχωσι, λούειν τε πολλῷ καὶ θερμῷ, καὶ χλιαρωτέρῳ προσπτύναι, ὅκου αἱ ἡ ὀδυνη ἔχει.

9 Si in sic affectam mulierem fortè incurras, vt primùm cœperint cruciatus torquere, eam aqua multâ eáque calente lauare oportebit, & fotus subiicere qua parte vrgebit dolor.

Καὶ ἢν μὲν ἄνω ὀδυναι ἔωσι, καὶ ἰσχυρή ἐστιν ἡ γαστὴρ, πυκνότερον

10 Quòd si partibus supernis ipsa dolebit & tolerare posset, totam oportebit suffi-

re, & quod infernè purget medicamẽtum, exhibere.

Quúmque anni tempestas feret, coctum ferum lactis, si fuerit ipsa satis potens, insuper dabis bibendum per quinque dies.

Quòd si fortè seri copia non sit, coctum lac asinæ triduum aut quatriduum exhibebis.

Ab hac lactis potione mulierem aquarum vsu restitues ac recreabis, idoneisque cibis, exempli gratia ouilla carne teneriusculà & iuniore, itémque carne aniculârum, & beta, & cucurbita.

A salsis contrà muliet abstineat & acribus, omnibúsque marinis, itémque carnibus porcinis & bubulis, vt & à caprinis.

In cibum præterea panes assumat.

Quòd si vrgeant animi deliquia, & non sit robusta, & valde frigescat, sorbitione vti eam oportet.

Nonnulli verò capite dolentibus lac bibendum præbent, quòd capitis dolore premantur: quidam verò aquam, aduersus deliquia animi.

Iis nostra est omnino vtrisque aduersa sententia: si dolet caput, & mens læditur, valde aqua congruet: quando verò morsus aliquis & acrimonia est, lac iis est quoque admodum conueniens.

Atque posteaquam tibi validior videbitur, vterum colluere tunc oportebit: primùm quidem medicamento ex face vini: deinde verò tribus aut quatuor intermissis diebus tepente decocto brassicarũ lotio fiet: intermissis iterum tribus diebus, decocto lauanda erit quod cum butyro.

Quæ si dum molieris, restituatur vterus pristinæ valetudini, malicorij decocto collues.

Ac vlcera medicamento oblines quod ex argenti flore, galla, myrrha, thure, granulis spinæ Ægyptiæ, anantbe agresti, chrysocolla, æris squamma lotique ramentis concinnatur, croco & alumine Ægyptio vsto.

ἄλλω, καὶ φάρμακον διδόναι κάτω πᾶν.

Καὶ ἐπὰν ὦρη ᾖ τῆ ἔτους, ὄρρον ἀφεψῶν, διδόναι ὀπτὰ πίνειν ἡμέρας πέντε, ἐὰν δυνατὴ ᾖ.

Ην δὲ μὴ ᾖ ὄρρος, ὄνου γάλα ἐφῶν, καὶ διδόναι πίνειν ἡμέρας ἓξ ἢ τέσσαρας.

Μετὰ δὲ τὸν γαλακτοποσίαν, ὕδασιν ἀναχρώσας αὐτὴν, καὶ σιτίοισι ὀπτοῖσι, κρέασι μηλείοισι, ἁπαλοῖσι, νέοισι, καὶ ὀρνιθείοισι, καὶ τοιούτοις, καὶ λαπακώτῃ.

Ἀπεχέσθω δὲ τῶν ἁλμυρῶν, καὶ δριμέων, καὶ τῶν θαλασσαίων πάντων, καὶ κρεῶν χοιρείων, καὶ βοείων, καὶ αἰγείων.

Ἄρτους δὲ ἐσθιέτω.

Ην δὲ ἀψυχίαι ἔχωσι, καὶ μὴ ἰσχύῃ, καὶ ἀδιάψυκτα, ῥόφημα λαμβανέτω.

Εἰσὶ δέ τινες οἱ τοιούτοισι κεφαλὴν ἀχθεύσησι πιπίσκουσι γάλα, ὅτι κεφαλὴν ἀχθοῦσι· οἱ δὲ ὕδωρ, ὅτι λιποθυμεῦσι.

Τὰ ἀναντία δὲ οἶμαι, εἰ κεφαλὴν ἀχθεύσει, καὶ φρενοβλαβὲς ἄψας, ἀρμόζον ὕδωρ· ὅτε δὲ δάκνεται καὶ δριμέα ᾖ, γάλα τοῦτον βλαβερόν.

Επὰν δέ σοι δοκέῃ ἰσχύειν, κλύζειν τὰς ὑστέρας, ὧδε μὲν τῷ ἀπὸ τῆς βυτίνης μιῇ δὲ τοῦτο ἀφελκυσμῶν ἡμέρας ἓξ ἢ τέσσαρας, κλύζειν τῷ σὺν τῷ κραμβείῳ χλιηρῷ· καὶ αὖθις ἀφελκυσμῶν ἡμέρας ἓξ, κλύσαι τῷ σὺν τῷ πικρείῳ.

Καὶ ἐὰν τοῦτο ποιοῦντι ὑγιάζωνται αἱ ὑστέραι, κλύσαι τῷ ξὺν τῷ σιδίῳ.

Επὶ δὲ τὰ ἕλκεα ὀλιγηρὸν ἀργύρου ἄνθος, καὶ κισσὸν, καὶ σμύρναν, καὶ λιβανωτὸν, καὶ δὲ Αἰγυπτίης ἀκακίου τὸ καρπὸν, καὶ σπαθίου τὸν ἀγρίου, καὶ χρυσοκόλλιον, καὶ λεπίδα, καὶ λωτὸν ῥιφημάτα, καὶ κρόκον, καὶ στυπτηρίαν Αἰγυπτίαν καταπαστέον.

Τούτων δὲ

Τούτων ἓν ἔχειν ἴσον ἑκάστου· τοῦ δὲ κυ- 22
πρηείου, καὶ τοῦ κισσίδα, καὶ τὸ χρόκου ποιῆσαι μίαν μοῖραν πάντων.

Τοῦτο δὲ καὶ ξυμμίξας πάντα λεῖα δι- 23
έναι ἐν οἴνῳ λευκῷ γλυκεῖ· ἔπειτα ἐφεῖν, ἕως τ' αὖ παχὺ γένηται οἷον περ μέλι.

Τοῦτο δὲ ἐπαλείφειν δὶς τῆς ἡμέρης διδό- 24
ναι, πεφαμμένου ὕδατος χλιαροῦ· ἐνεῖναι δὲ τὸ τρῦ ὕδατι καὶ κιαθὸν, καὶ ἐλελίσφακον.

Καὶ ἐπεὶ σοι δοκέῃ ταῦτα ποιέοντι ῥᾷον 25
εἶναι, τοιοῦτον γάλα ἐφθὸν αἴγειον μίλτῳ ἡμέρην· ἔπειτα διδόναι γάλα βόειον τ' αὐτὸν τοῦτον οἷον ἐπὶ τῇσι παστίρνῃσι.

Μετὰ δὲ τοῦ γαλακτοποσίου, παχύνειν 26
σιτίοισιν ὡς μάλιστα, καὶ ποιέειν ὅκως ἐν τῇ γαστρὶ ἔχῃ· ὑγιὴς γὰρ γένηται.

Ὡς δὲ τὰ πολλὰ ἐκ τοῦ νόσου τούτης ἐκ- 27
φεύγουσι, καὶ ἄτοκοι γίνονται.

Τῇσι δὲ γεραιτέρῃσι ἧσσον τι. 28

Πίνειν δὲ μετ' αὐτὰ φάρμακα λίνου σπέρ- 29
μα ἀποπεφρυγμένον, καὶ σήσαμον, καὶ κνίδης καρπὸν, καὶ γλυκυσίδης ῥίζαν τοῦ πικροῦ πεῖσαι ἐν οἴνῳ δοῦναι μέλανι κεκραμένῳ.

Cuiusque horũ par sit aquáq; mẽsura: sed alumen & galla vnà cum croco portionem faciant & æquent reliquorum.

Hæc vbi contrita ad lauorẽ miscueris, diluere oportebit omnia in vino albo dulci: quæ deinde tantisper coquenda erũt, dum mellis imitentur crassitudinem.

Hoc verò ad se bis quotidie illinendũ, dare oportebit; sed lotã priùs aqua tepẽti, in qua cisthus cum saluia incoquatur.

Ac postquam hæc quidem omnia præstanti meliùs esse tibi videbitur, diem vnũ lac caprinum coctum propinãdum erit, ac deinde bubulum, quo modo aliis, de quibus suprà.

Post lactis vsum cibis quàm maximè reficienda & incrassanda est, ac procurandum omninò vt prægnans fiat: sic enim saneſcet.

Ferè ex hoc morbo euadunt & steriles manent.

Hæc verò senioribus non admodum eueniunt.

At post ista medicamenta ebibet lini semen tostum & sesamum, & semen vrticæ, & radicem amaram pæoniæ tritam in vino boni odoris nigro dilutiori.

EXPLICATIO.

HAEc quoque ex superiori apta hypothesis esse poterat artificiosè, atque connexa. Quum enim institutus sit sermo Hippocratis quæ in puerperas cadunt, ὁ δὲ τοῦτος παμπάλαιον ἐκ προφάσιος, ac morbus de quo hic agitur, eueniat sæpe ex abortu; opportunè cum causis suis iure nunc is etiam expediatur. Est autem vlcus in vtero. Cuius attamen expositio quum maioris esse momenti iure videri possit, eam à superiori disputatione gratia facilitatis & vtilitatis, cuius est plenissima, distinximus. Huius verò semper positæ sunt notæ veteribus, αἷμα καὶ ἰνὰ καθαίρεται, &c. & sanguis, & pus, & fœdus odor, & dolor acerbus, de quibus vniuersis causisque eorum actum antea fuit amplissimè, vbi quomodo vterus exquisiti sensus maximè particeps est, exposuimus.

Καὶ ἐς τοὺς βουβῶνας, καὶ ἐς τοῦ πόρου, &c.] Enumeratio exinde partium ponitur cum quibus societatem quandam habet vterus, vt explicatum etiam est antea. Dolorem expertus fuit tunc Aetius ad extremos digitos pertinere quo nunc dicetur loco.

Καὶ κεφαλὴν ἀχεῖ] Atque adeò in caput sæpe effertur dolor ab vtero, sicuti hîc aliàs pluribus ex doctrina Galeni etiam diximus; qui tam vehementer puerperam exerceat & cruciet, vt (παραφρονῇ) delirium inde sequatur. Sed non ita tibi facile est, quomodo temporis progressu (τοῦ δὲ χρόνου ἀναδιδόντος πᾶσα) toto mulier corpore tumescat, explicare; nisi Galenum tibi ex cap. 7. lib. 14. methodi interpretem adhibeas & consultorem. 6. epid.

Καὶ ἀδυνίη] Ex sæuitia autem doloris tanta sæpenumero virium accidit infirmitas, (καὶ ἀσθενίη) vt animi deliquium etiam adferat ipse consequenter, scilicet præ sui magnitudine.

Καὶ πρηεῖς καὶ ψυχροὶ γίνονται] Lenta siquidem febris & extremarum partium refrigeratio, vulgò sunt soboles extincti propemodum caloris nativi, idque fit cum viris communiter. Ac in hoc morbo tam infirmus languénsque frequenter redditur nativus calor, vt (αἰδοῖα δὲ μάλιστα τὰ σκέλεα) præ illius paupertate crura tumescant. Quod satis est compertum cuique, & experientia manifestum, in iis constat potissimùm qui ex morbo diuturniori aut paulò quidem rigidiori conualescunt. Hæc verò de vlcere

vteri notis dicta sunto. Plures Aëtius recensuit cap. 88. tetrabibli 4, sermone 4. Eius causæ iam declarabuntur in Hippocratis oratione. Has Hippocrates statuit tantùm duplices. Ad eas tamen non ita multò pòst addet & partum, sed si bene coniicimus, nimis laborioso intellexit. Ad quas adiunxit etiam Aëtius alias aliquot, vt diximus, ex Archigene. Sunt Hippocratis (ὁκ προωρὸς) abortus, (καὶ ὁκ πλήρεος) & erodens, vt loquebatur interpres Aëtij Latinè, profluuium. Ad fœtus autem corruptionem & fluxionem rodentem, quæ duo sunt, acrimoniam medicamentorum, ruptionem abscessus, & difficultatem partus, itémque fœtus extractionem (credimus) vehementiorem Archigenes perdoctus addidit. Quod quàm meritò & verè, apud se expendat vnusquisque. Omnino enim licet. Quamuis nec Hippocrates noster postea prætermittat, quando in medicamentis non quidem assumptis, sed inditis, aculeabit (vt animadoertes) acrimoniam, & diorismos omnes reliquos scripto commemorabit.

Hæc ἀὴ διαφθαρέντος τὸ παιδίου, si quando puelli corruptio præcesserit, cum tamen mulier corruptum fœtum non excluserit] Quum enim ei quod mortuum iam est, cum viuente nulla prorsus societas nec communicatio esse queat, nisi io detrimentum: (ὑγιαζόντων) si emortuus puer iam putris erit, eiusce putredinis tandémque & enati morsus ex putredine particeps fiet vterus interior, vnde breui fortè temporis interuallo vlcus exoriatur in eo. Potissimùm verò (μὴ ἐγκαθαρθῇ) si minùs expurgata fuerit mulier, hoc est non vnà cum fœtu emortuo, aut quidem non ita pòst, lochia excluserit. Quorum etiam suppressio faciet, & quidem iusta de causa (καὶ τὸ σῶμα πᾶν πῦρ ἴσχῃ) vt toto corpore ipsa ardeat & febriat.

Ἀναβαίνει δὲ καὶ πλήρεος, exoritur quoque ex profluuio] Altera nempe hìc causa facti vlceris in vtero notatur ab Hippocrate. Quam hoc eodem libro priùs multò, tribuerat prosusæ & liberalioti lochiorum purgationi, eámque communem vtero, vesicæ, & intestino, ad vlcerandum. Vode etiam in horum vtrisque minùs voluntaria excretio sequeretur. Neque enim intestinum tunc stercus, vt dicebatur, poterat retinere, nec vtroam vesica, in dicta hypothesi, vti ex sententia & ratione Hippocratis antea explanauimus. Atqoe quum varias vteri partes vlcùs possit occupare, si vlcus erit expositum, hoc est (nisi nos opioio fallit, qoando integrum ounquam nobis fuit cum Græco Latinum Aëtij conferre exemplar) si cadit sub aspectum; id per vsum dioptræ deprehendetur. In profundo autem reconditum abunde indicant humores qui excernuntur, quemadmodum Aëtij scripta ferunt. Illi ergo se impostorum instar simulant Cbirurgos, qui solùm digito in pudendum immisso, stricte & accuratè tentantur se certò digooscere quam partem in vtero vlcus occupet. Quum illi de præsentia vlceris oihilo plus scienter etiam vt Chirurgi audeant (etsi fortè magis impudenter) quàm Medici, quos illi (sed apud idiotas) solent ementiri, diiudicare. Quibus positis sic, & vlceris signa patebunt, & locus vteri, vlcere detegetur obsessus, eiúsque etiam lucebunt causæ explicato modo ab Aëtio & Hippocrate.

Καὶ ἰὼ ὅτι σφίσι δριμέα ἂὴ ἐν καὶ χολώδεα, δάκνει, etsi in vterum acria ferantur, aut biliosa, illa quidem mordent] In exemplari Græco scriptum legebatur vbique ἕ, id quod quum Latinum fecit Cornarius, aliquantò accedens propiùs ad mentem Hippocratis, ita reddidit, *Etsi in ipsis acria fuerint, & biliosa, mordent.* Idémque ipsum Calaus inuertisse visus est ita loquutus: *siquæ in sese acria biliosáque contrahant quæ lancinent.* Quæ imperfecta quidem oratio est, quum, vt vulgò Logici dicunt, perfectum in animo sensum ooo gignat. Ideóque illa vtraque tedditio posteris mendosior fuit. Quippe quia io errorem induxerat antea perdoctos eos interpretes minùs illa verax scriptura Græca & nondum emendata. Quum autem ὅτι particulam accusatiuo σφίσι iungi in oratione Hippocratis animadoerteremus, de motionis sigoificatioone nobis non defuit occasio suspicionis. Eámqne adauxit quoque magis facilis ac distincta Aëtij explicatio, in qua ipse voluit in vteri profundo vlcus delitescens indicari per humores qui excernuntur. Vt quòd Aëtio humores excernantur in hypothesi, & ὅτι accusandi casui præpositio iuncta sit apud Hippocratem; de ἰὼ ante ὅτι præponendo, atque hnic etiam alio subscribendo ἰὼ cœperimus cogitare. Verbum enim ἰάνω idem esse quod continenter ferri, in schola Hippocratis didiceramus ex commentariis Galeni. Manebit hisce de causis lectio huiusmodi, vt quæ ad Hippocratis scopum nobis videatur accommodatissima. *Καὶ ἰὼ ὅτι σφίσι δριμέα ἂὴ ἐν καὶ χολώδεα* (oratione scilicet Hippocratis adhuc suspensa) *δάκνει*, hoc est, atque si in vterum acria aut biliosa continenter ferantur, mordent ea sanè. Siue enim in vteri profluuio quæ continenter eunt, acria sint, vt quæ eiusmodi ex duot permixtione putris homoris pituitosi: siue etiam bilis perfusiooe χολώδεα, biliosa fiant; (δάκνει) ea suo rodenti morsu molesta, vterum vellicant semper & vlcus adaugent; maximè verò quoties per oudatas partes & ab erosione bypotherica vlceratas excrementa funduntur, vti iam huius ferè priocipio libri exposuimus ex huius eiusdem seotentia Hippocratis. Ad therapiam pertinent quæ seqountur reliqua, *ἰὼ οὕτως ἐχούσῃ θερμαντέον, ἐνταῦ μὲ αἱ ὀδύναι ἴσχυσι, λούειν τε πολλῷ καὶ θερμῷ, si in mulierem ita affectam incurrat, hanc te in ipso cruciatu dolorum lauare oportebit aqua multa, eáque calida*: hoc est, balneo tentabis vt Medicus dolores lenire. Quotquot verò sunt libri de re muliebri apod Hippocratem, eos, itémque section. 5. lib. 2. Epidem. inspeximus, quo loco de ἀγόνοις verba fecit. Verùm ex iis didicimus, quòd quoties quiddam muliebre negotium perficere mens erat Hippocratis, eius vbique duplex cura fuit. Prior quidem corporis totius, altera muliebris partis. Quibus de causis & iisdem iosistens nunc vestigiis, Medicum hortatur Hippocrates, vt si quando in mulierem prædictis quasi depictam & affectam coloribus fortè incurrerit; balneo aquæ dulcis & subtepidæ vniuerso corpori primùm cooslulat, (ἰὼ ἰδιώτιν ἴσχοντι) in doloris acerbitate. Sic enim interpretamur. Nimirum quòd alioquidum in id sæuit dolor magnopere, ex eo toto deferuntur excrementa in partem, gratia cuius hìc à Medico negotium omne suscipitur. Eáque lex est sanè perpetua generi vtrique communis inter curãdum. Virile ac muliebre dicimus.

Καὶ χολώδεα

Καὶ χριόμενα θερμαίνειν, *& fotus ſubuerre*] At toti poſtquam bene conſultum fuerit, de vtero, non dicam de pudendis, ſecundo loco Medicus curam ſuſcepturus eſt. Iſthanc enim partem modeſtè notauit Hippocrates iiſce verbis, dum voluit ipſam foueri, ὅτου ἂν ἡ ὀδυνὴ ἔχῃ, *qua parte ineſt & viget dolor.* Quonam enim pacto commodiùs quiſquam fotus adbibeat, vt vtero proſit? Ex iis, aut anodynon potiùs decocto, introrſum vapor effertur, qui eôdem non penetrer ex ſacculis imo tantùm ventri foris ad pubem appoſitis. Quanquam & ὅτου de parte poſſis etiam verè interpretari, in qua foris vlcus demonſtratur intus eſſe. Vt etiam quæ interiori pars reſpondet exterior, foueatur.

Καὶ ἢν μὲ ἄνω ὀδυνᾶι ἴσον τοῦτο, &c. *Quòd ſi ſupernas etiam partes dolor occupat*, &c. Eſt hîc ſecundus ordo remediorum poſitus ab Hippocrate & dicatus toti corpori. Eſt nimirum de ſuffitu & purgatione quæ infernè fit artificio ad imitationem Naturæ comparato, cuius perpetuò Medicus imitator debet eſſe diligens & amicus. Ea conditione tamen, vt mulieris vires ferendo eſſe queant. Quod omni in loco voluit eſſe receptum Hippocrates.

Καὶ ἐντὸς ὥρῃ ἔτεος, *ac poſtequam feret anni tempeſtas*] Tertium hoc etiam eſt, quòd quum temporis tempeſtas verna æſtiuáque feret, etiámque robur corporis, totum quatriduum vel etiam quinquiduum decocto ſero lactis in quo alibilis ſucci ineſt modicum, mulier contenta victitet. Cuius fortaſſe ſi copia deſit, vt areſcentibus pratis ferè fit, quo nimirum tempore lac paucum gignitur, byberno videlicet & Aquilone vigente; in omnem cibum lac mulier ſumat eo temporis curriculo modóque definito ab Hippocrate.

Μετὰ δὲ τοῦτο γαλακτοποσίην, *ab vſu autem & potione lactis*, &c.] Quod quum effluxerit interuallum temporis atque diætæ, mulier iam ſeſe conuertat oportet ad vſum carnis, nec ſic quidem ſine delectu. Quillas enim carnes teneras, recentes, vt & auicularum, Hippocrates probat. Porcinarum autem eſum interdicit, itémque bubularum, vt & caprinarum. Illarum tamen æſtum (ſi quis inerit) vt & nutritiouis modum, temperabit mulier aquæ potu. In qua quum vis alendi nulla omnino inſit, inerit vberior aliquantò in beta & cucurbita.

Ἀπεχέσθω δὲ ἁλῶν, *abſtineat verò à ſalſis*] Quibus etſi fortè perfrui mulier nequeat, ei non licet protinus tamen ſalſa, acria aut marina (vt procliuiùs ad ea feruntur omnes) aſſumere. A quibus dum ſeſe cupiunt illæ ægrotantes continere, aut victæ monitis Medicorum aut obſequentes; ſæpe ab omni cibo deficiunt. Ideóque quidnon mulierem in hypotheſi lipothymia iure corripiat, cui eadem ratione frigus non ſuccedat? Hîc verò ſaltem integrum ſit decoctum abſorbere prædictarum carnium ad vires ſuſtentandas: quum vice earum perperam nonnulli lactis vſum imperet, de capitis dolore parum ſolliciti. Quam ſanè ob cauſam peccant ipſi grauiter.

Οἱ δὲ ὕδρωπ] Nec minori etiam reprehenſione digni nobis videntur, qui lipothymiam ſtudent fruſtra fugare potione aquæ frigidioris. Quod etſi remedium ſit cuporiſticum & aliquando laudabile, quódque ſpiritus recreet ſuo frigore; impar eſt illis tamen, quàm vt iiſce exhauſtis ſatis eſſe queat & plenè ſpiritus reſarcire. Verumenimuero parui momẽti non eſt ad valetudinem hoc diſquirere loco, cur nam Hippocrates voluit affectam dicto modo mulierem beta veſci & cucurbita; ac etiam interim temperare ſibi ab eſu ciborum ſale conditorum, ab acribus, & omnibus marinis: à carne ſuilla, bubula & caprina. Quæ quidem dubitatio duas in ſe partes cõtinet. Satisfactum autem fore priori opinamur, ſi aquei humoris & ſaporis eſſe dixerimus betam & cucurbitam. Qui phyſicis diſciplinis inſtructus ad Aſclepiadeæ therapeutices orgia aditum parat, ſciat inprimis oportet præceptũ iſtud eſſe Hippocratis inter medendum; vt & primo quoque tempore & loco ægrotantium doloris leuetur acerbitas quibuſuis modis. Id quod vt nunc ipſe præſtet (dolorem enim ſtatim principio poſuit ſæuire) balneum imperauit, fotum, ſuffitum, pharmacum, ſerum lactis, & lactis vſum aſinæ. Imò verò reliquam curationis partem eſſe perficiendam iuſſit potione aquæ & cibo conuenienti & opportuno. Ciborum varia inde genera recenſuit huius eiuſdem cauſa. In iis poſtrema fuerunt beta & cucurbita vnius ſemper ſaporis & ſucci. Quippe qui leuiores ſint illi omnes cibi & minùs fortes. Ne nimirum quum illorum vis penetrarit in corpus gratia nutritionis, augeat dolorem in hypotheſi. Sed iſtis ſanè mulier veſcatur pro Hippocratis imperio, cur à ſalſis & generis eiuſdem reliquis mulier ſeſe contineb it? Hæc enim duo ſunt, eáque diſſimilia inter ſe. Verùm ex Dioſcoridis hiſtoriographi ſcriptis aliquando audiuimus, cibos enumeratos ferè omnes, poſtremos ſaltem eſſe in medio conſtitutos exceſſus omnis; atque ideo ab vehementiori quolibet cum illis permixto ad quemuis exceſſum facilè & ex æquo duci poſſe & aditum eis patere. Superiores cibos aliquot Hippocrates enumerauit, ob ſuæ ſubſtantiæ lubricitatem, vt vertit Budæus accommodatè, & communem omnium humidorum ratiouem ciborum, qui ſcilicet citra adſtrictionem eiuſmodi ſunt omnes, uon ægrè ſubire per aluum nec iſthàc effluere difficulter. Quæ eſſe cauſa queat, cur perpuſillum ab illis quibuſlibet ad id quod nutritur accedat, ac proinde cur ex eorum ad partem acceſſione dolor valde parum augeatur & capiat incrementum. Quod ſummè commendatum eſſe debet inter omnes (vti diximus) bene medendi modos. Hoc verò diæta facit quæ inter eos tenet primas Medicorum conſenſu communi. Atque in vterini vlceris therapia iſtud quod nunc dicimus, eſt ex Chirurgia, ſi diis placet, repetendum, haud minùs quidem quàm quod proximè ſequitur. Quorum vtriuſque nunquam ſit is ignarus doctor, qui muneribus & officiis Chirurgorum præeſt. Præſit autem ſemper. Abeſt enim à manu quàm longiſſimè Medicina, quando & huius quoque parens philoſophia. Manus induſtria in agendo quidem conſiſtit, nec ſine viribus corporeis, quibus ars medendi caret facilè, quum hæc ſit animi potiùs. Sed vt ſit regreſſus ad rem propoſitam, ſi plenior contrà ab initio diæta erit cibúſque fortis & parum idoneus, cuius nimirum occaſione plenior quoque nutritio fiat; aut in habitum corporis quiddam mordax aut ſalſum trahatur, nihilò minùs hinc dolor imminuetur: quinimo rei con-

similis appulsu factus ipse seipso auctior, efficiet vt descripta in hypothesi symptomata quęque vigeant magis, vt quæ isthinc scilicet capiant incrementum. Quidquid alter ille chirurgus nimirum moliatur manu. Vlcus enim tanti præsertim momenti, & clausi & recõdirioris loci, sola manus industria nec potest curari nec persanari.

Ἄρτος δὲ ἐσθίετω] Ne cibis fortibus vterentur, interdictum nuper fuit mulieribus. Hic panes excipit ipse tamen, quum exillorum esu simile damnum nullum sequatur, vt ex superioribus reliquis. Ὅσα δὲ ἀψυχίην ἔχουσι] Cæterùm hîc obseruandum putamus (quanquam inter se plurimùm sint dissimilia, vbi quid propriè quidque borum significat, inquiritur) an ex hisce tribus singulis, ἀψυχίῃ, λιποθυμίῃσι, καὶ φρενῶν ἄψει, idem intellectum oporteat in Hippocratis oratione. Quibus vniuersis vnum αἰκαιρίῃσι (quod est interprete Budæo animum recipere ex deliquio) oppositè respondeat. Quanquam tertio πρὸς διαπνοὴν ἰξίου, ἄψις φρενῶν, mens tacta læsáque idem sit quod παραφροσύνη, delirium, quod ad grauem & acerbum capitis dolorem ferè consequitur. Vnde etiam hoc loco apud Hippocratem, ἡ περιῳδὴ ἀχθηδὼν καὶ φρενῶν ἄψις, cum capitis dolore est læsio mentis coniuncta. Quorum vtrique est aqua conueniens medicamentum. Interea etiam monet obiter ῥέγματα λαμβάνειν, vbi summa adest vitium infirmitas, alimentum hoc analogum fore, quum sufficiens ex sorbitione sumi possit. In temerarium (οἱ δὲ τινες) postea iudicium quorundam apertè inuehitur, qui, quum sedãdo internarum partium dolori lac commodum esse compertum habeant, ipsius eiusdem vsum audacter nimis traducunt ad mitigandum capitis dolorem, à simili scilicet bellissimè argumento ducto. Iis est igitur vtrinque dissentanea quàm maximè Hippocratis sententia. Nam parti supernæ dolenti, quod caput est, quia sphæricum & edito loco situm, ac proinde vapori excipiendo cuique capax & apprimum, aquam conueniens & opportunum ratus est Hippocrates remedium ex accidenti. Etenim præterquam quòd dulcia quæque facilè bilescunt, fumant ipsa quoque facillimè præsertim detenta loco calidiore. Est lac hac ratione, quum capur dolet, aduersissimũs vt & aphorismo 64. lib. 5. Hippocrates significanit. Οἷς δὲ διάπυοι] Demorsis contrà partibus infernis erosisque (κάλλα τὰ ὑμενώδεα) id voluit amicum esse & petiucundum. Eius vires perstrinxit Galenus cap. 14. lib. 3. de facult. alimentorum. Vbi etiam eius præparandi præscripsit modum. Vide quid (inquam) aphor. 64. lib. 5. Hippocrates, & quid item Galenus in comment. Varias esse lactis dotes Medicorum latet ferè neminem. Id quidem refrænat omnia quæ mordent intus, vt & quæ sunt biliosa. Sed corporis sustẽtat quoque vires & eius tuetur valetudinem. Vnde si ex huius potione & fortiorum ciborum esu, quorum vi robur corporis seruatur, (ἐπὶ δὲ τοῖσι δυσὶν ἡμέρῃσι) pristinæ valetudini animaduertes restitutam esse mulierem, spreta interim ad tempus corporis totius conditione & partium internarum cura tantisper neglecta; (κεῖσε πρὸς ὑγίειαν) tum demum acies animi conuertenda sit studiúmque ad affectam partem. Ac primùm partis collutione procurabis valetudinem meliorem. Vbi obseruanda tibi erunt omnino Intionis quatuor genera in hypothesi. Quæ non debet vnquam Medicus, nisi suo quidque tempore & loco, vsurpare. Fæcem vini hîc lotio prima capit. Tepenti deinde decocto brassicatum perficitur posteriot. Cui eidem tertiò butyrum recens affundetur causa mitigandi, & quidem ex interuallis temporum definitis ab Hippocrate. Quæ enim affecta pars priùs erat, ac nũc ex hypothesi conualescẽs; reficitur ac interim recreata tandem in statu firmatur. Fit inde adeò, (ἐὰν ὑγιάζωσιν αἱ ὑστέραι) si per eas artes & præscriptos fotus conualuisse fortè vterus videbitur; (κεῖσε πρὸς ξυρὸν καὶ αἰδοῖον) vt ipse debeat corticis punici mali (quod quartum est) decocto potentiùs confirmari. Atque hactenus de vtero, qui vlcere laceratus non ponitur ex omni parte. Totum istud tamen vas si robustum euaserit artibus explicatis, id prosuerit plurimùm quò iter præpediri prolapsúsque humoris in eam partem intercipi possit. Siquidem robur vteri inter iustas fluxionis causas recensuerit Galenus comment. in aphor. 57. lib. 1. Quod sic dictum etiam obiter contra peruicacem quorundam opinionem duramque & periculosam pertinaciam eorum, qui quod suum est, solummodo probant, & vbique vsurpant.

Ἐπὶ δὲ τὰ ἕλκεα ἐπιπάσσειν ἀνθέων αἶγας, καὶ καίδμ, &c. *ac vlcera medicamento oblines quod ex argenti flore, galla, &c.*] Hæc verò ad vlcera singulariter spectant. Toti namque corpori ex arte cautum antea fuit. Deinde verò pars excipiens tota quoque firmata est explicato modo. Vterus autem est. Sed in hac parte quæ particula vlcere rodebatur ex hypothesi, tegitur nunc linimento, quod vndecim concinnabunt omnino. Quæ deligi singula quoque debent quàm præstantissima. Ex iis octo priora pari pondere in id accipies. Postremorum autem trium ea conditio & modus esto, vt (τούτων μίαν μοῖραν ταύτην) partem simul omnium faciant, hoc est, nisi nos iudicium fallit, vt hæc postrema aliquot pondere æquent reliqua. Ergo ad compositiones medicamentorum, post delectum (Hippocrate autbote) modus & pondus sic eorundem perpetuò sequatur. Tertio loco (τρίψας κάτω) ad læuorem præparatio ponitur ab Hippocrate. Cui (ξυμμίξας) permixtio succedat suo loco. Quæ denique omnia (διάπυα) excipiantur vino albo dulci. Nec dum hoc confectum negotium est. Nam isthæc vult simul coqui tantisper dum mellis instar incrassata concrescant. Patet ex iis (credimus) apertè satis cuique etiam idiotæ, Hippocratem pharmacopolarum miscendi & componendi modum tenuisse; atque eos qui secus opinantur, (opinamur autem esse quamplurimos) in aphorismis & expositione eorum constitisse. Pulchrè tamen ab his quidem factum, si non datur vltrà. Atque etiam hîc præter vulgare suum, quanquam nimis insolẽs Chirurgorum huiusce temporis institutum, Hippocratem pingue nihil suis linimentis instillasse obseruamus, quo in ægrotantium frandem vlcus enutriret. Quod nisi ignoranter (moneo) nostri nunquam deinceps ergo committant.

Τοῦτῳ δὲ ἐπαλείφειν, *hoc verò inungere*] Sed quorsum præscriptus hic illitus fuit ab Hippocrate, δὶς, bis, hoc est vesperi & manè, mulier vt se inungat qua parte scitum est? Atque ea semper methodo viáque, vt (πλαμίνθω) priùs ipsa se lauet pro imperio Hippocratis superiore. Quatuor enim collutionis genera

non ita

non ita pridem ipse constituit. Is verò ritus medeudi fuit Hippocratis, vt qui manu vlceribus medicinâ facerent præsente se, perpetuò iuberet vlceraram partem conuenienti decocto elui priùs oportere ad robur ipsius expurgarique. Ad tritam hanc viam medendi nunc tegreditur eamque seruat, vlcus ante linimentum vtili decocto eóque tepente colluens. Conuenientem lotionem dicimus cum Hippocrate ex ùs compositam quæ vlcus derergendo, partem roborent. Neque hîc enim vnquam placebit expositio veteris vtriusque interpretis. Κυνὸς ipsi legerunt, quum κυδὸν debuissent pro Hippocratis mente. In aqua enim hederam cum saluia incoquebant ad colluendum. Sed scriptionis decepti vtriusque dictionis eius similitudine. Quoties autem consilium erit altquam partem roborare, quæ pluisculo exoluatur humore; confirmes ipsam facilè decocto cisthi aut hypocisthidis permixtione. Ex cistho hypocisthis est, quam multis modis, vt & alia pleraque, sophisticarij solent adulterare. Sed hęc extra rem. De vtriusque viribus Dioscorides lib. 1. Non ita prideu scopum quærebamus, in quem & vlcus lauari volebat Hippocrates, & exinde descripto illius medicamento. Is verò iam apertiùs ex eius oratione innotuit. Verba eius sunt, καὶ ἐπὶλοὶ σι δοκὴ τοῦτο πάντα, *ac postquam omnia hæc quidem præstanti.* Quasi velit ille, hoc vtoque vtendum esse tantisper, dum (ἕως ἄν) vitam mulieris ipsa fecerint beatiorem, & meliorem eius valetudinem. Qua quum ipsa perfruetur vt voto potita, transiger integrum diem contẽta lactis caprę decocti potione, deinde sequẽti die vsura plenior paulò dirta, scilicet ex vaccino lacte, eodem planè modo, quo illæ de quibus suprà actum est ab Hippocrate. In meliorem enim statum pinguioremque mulieris, nostrum nunc intueri Hippocratem quis neget? Imò verò hunc ipsum procurat quàm potest cibis boni succi studiosissimè. Id enim est quod verba sequentia sonant, πιχυέας σιτίοισι ὡς μάλιστα, cibis incrassare quàm maximè. Sed quorsum? Est hic scopus posterior positus in Hippocratis oratione. Καὶ πιέειν ἔνιας ἐν τῇ χοιρὶ ἴχη, vt qua ptæstati poterit arte, mulier in hypothesi concipiat. Τῶνδὲ ἡμέρεων] Nempe quia mulier sic sanescat, atque tum vt signum hoc potiùs fuerit, quàm vt causa. Quodnam certius (quæso) euidentiúsque vteri integritatis indicium aliud quisquam desideret quàm cõceptionem; quæ in vtero, natiuo solo, debet perfici, nedum inchoari? Quanquam & meliorem vteri valetudinem conceptio fortasse faciat in hypothesi, vt alias plerumque. Sic enim quæ est recens obducta cicatrix firmatur magis: aut si ipsa quidem desit, inducitur per conceptionem.

Ὡς δὲ ἐπὶ πολὺ ἐν τῷ νόσου τούτῳ] Huius morbi tamen exitus vt plurimùm consueuit anceps esse, quum mulierem sæpe ad exitium præcipiter, quando summa potissimùm omnia fiunt, & eodem hoc pacto naturæ virtus opprimitur.

Καὶ ἄτοκοι γίνονται, *steriles fiunt*] Sed cur nam hæc affectio omnem spem adimit conceptionis? Non quòd (vt aiunt illi) obducta cicatrix aditú sanguinem prohibeat ad cauum vteri, (hoc enim posterius est ad id quod hic volumus) sed potiùs quia spermati parentis vtriusque in vterum coniecto, primùm nulla communicatio potest esse cum spiritibus maternis, (quæ re vera sanè conceptio ipsamet est, si diu manet) ideóque nec postea cum eius sanguine in alimentum sui. Cicatrix obducta ergo in causa esse creditur. Quòd si abesset obstaculum, eiserque γόνιμον semen vtrumque, sperabilis inde conceptio semper foret. Quum enim ἔμψυχον semen sit Hippocrati ex vtroque parente vnum, quid vtrique ipsi opus fuit, ad obeundum munus, vtero; nisi vt conceptaculo? Longè videtur verisimilius, imò verò certissimum, insita vi seminis, quæ magna quidem est ad agẽdum sicut principij, vterum suscitari. Sed quid ad agendum dicimus, quando vterus ipse tum recipiat & patiatur magis ab eo? Non trahit auidiùs semen vterus è vito (trahit autem auidissimè) quàm semen ἔμψυχον agit Hippocrati, testibus vtrinque spiritu & vita cohærens quàm strictissimè. Quibus si destitutum careat ac refrigescat, vel ad minimum temporis articulum; tota vis eius deleta perditáque cessat, quæ illi insita priùs fuit & congenita. Nostrę verò huic opinionem aduersam in recentiorum quorundam mentes ouorum induxit similitudo, quæ gallinis solent supponi. De terra cum segere & tritico idem iudicium prorsus esto. In ouis sepulcam & consopitam vim gallinacei seminis suscitat ad vitam calor incubantis. Sed secus longè se res habet in animantibus quæ extra se viuos fœtus edunt quàm quæ oua ponunt, in schola Hippocratea. Hic per vim externam res aliena tenetur & suscitatur quasi tepore & natiuo incubantis calore. Non nisi contrà res illic propria proprio souetur calore, vt principio. Imò verò de calore & spiritu quibus tãquam principiis semen perfusum tenetur, hæc physicè primo de diæta sic est loquutus Hippocrates, ἐσέρπει δὲ ἐς αὖ-θρωπον ψυχὴ, πυρὸς καὶ ὕδατος ξύγκρησιν ἔχουσα, μοῖραν ἑκάτερον ἑκάτερου, irrepit autem in hominem anima, ignis & aquæ commoderationem sortita, partem corporis humani, scilicet viuentis & organici. Qui quidem locus nec cuiquam ridiculus esse debuit, nec plagas pati à Scaligero, vito sanè docto & percelebri, & de re literaria meritissimo, comment. in primum statim apotelesma libri de insomniis. Turpitet nimis (ait) Hippocratem voluisse animam ex aëre & igni conflatam esse. Si attẽtiùs spectasset, aquam legisset, non aërem. Turpitudinem in eum repellet omnis qui Hippocratis erit amator & veritatis. Et quidem principiorum δυνάμεως meminisse priùs debuerat, quàm sentiret, nedum effutiret ille aliquid aduersus Hippocratem. A quo nihil nisi scitè relictum posteris, perperam nihil dictum quoque de veteribus. Agentem verò vim in concreto, formam scilicet intellexit, & quæ ad patiendum comparata est magis, scilicet materiam. Hanc dixit aquam: illam verò intellexit per ignem. Verba sunt Hippocratis eodem libro, πῦρ δὲ οὐκ δύναται ἀνθρ' ἑκάτερον ἔχειν πλέον· τὸ μὲν γὰρ πῦρ δύναται πάντα ξηρὰ ποιεῖν, τὸ δὲ ὕδωρ πάντα ὑγρὰ ποιεῖν ἰσχύει. Vt ignis in concreto illius sit semper, hoc est in omnem partem & dimensionem (illius inquam) cuiusque rei mobilis, perpetuus sit commotor: hæc autem, aqua nempe, omnia uutriat per omnia, modo quoque superiùs explicato in omnem partem. Vnde cum Aristotele huius loci interprete & assensore, consentiamus auctionem fieri propriè secundum formam. Etsi enim hæc duo discrepent, vt idem ipse loquitur Hippocrates κατὰ τὴν δύναμιν, facultate: conspirant tamen in vnum eundémque finem: si-

quidem (τὸ χρῆσον) in vſum, ſiue, ſi placet, dicamus in vſuram vitæ. Neque magnum iſt hunc philoſophum μοῖρα vocabulum tanropere debuit commouere, etſi ſanè iſtorum duorum dixerit Hippocrates noſter temperationem habere partem corporis humani. κάρηατος (inquam) αὐξόμου dixit, quia lex lata naturæ priùs longè fuerat in vniuerſum, quum antea dixiſſet de omni animantium genere, ξυμφυτον μὲ, &c. Partem is eam corporis in homine tunc non ſolùm intellexit, quæ vt pars (vocabula ſcholaſtica, quia ὑφαντικώτερος rem exprimunt, non ſit moleſtum, rogamus, audire) integrans totum tandem conſtituat, quemadmodum viſus eſt nobis perdoctus ille Scaliger accepiſſe: ſed quum ſtatutum ſit Hippocrati dicere de generatione hominis; explicauit eodem pacto, quomodo (αὐξόμου ψυχὴ καὶ φύσεως μάχη θανάτου, vt aliàs loquutus eſt) anima (ar boni conſulite, ſiquidem phyſicorum ſepta non egredimur) qua vult perfuſum eſſe ſemen vtriuſque parentis, quod ἔμψυχον quoque conſtituit; ad mortem vſque producitur dnce natura. Vt ſcilicet quod vnà cum parentum ſemine coniicitur in vterum, hinc intelligamus non ſolùm generis formam, hoc eſt ſexus alterutrius (τοῦτο δὲ τὸ φύλακα καὶ δρόμον Hippocrates addidit) vim in ſeſe continere; ſed & τὴν παρεμμένην μοῖραν, peculiarem cuiuſque particulam, nimirum fatalem viuendi & moriendi neceſſitatem. Ad hoc enim vtrumque ducuntur τὰ ἐκγονα. quæ ab vtroque parente coniecta in vterum congrediendo ingrediuntur, ἐκ ταὐτὸν ἕκαστον ὑπὸ βίης καὶ ἀνάγκης διαιμαται, vi ſcilicet eodem modo & neceſſitate coacta. Vim verò & neceſſitatem Hippocrateam ſemper & vbique hîc intelligi volumus, hoc eſt naturæ. Ne quis nos nempe mordeat malehcus, aut noſtram ſententiam quiſquam fortè detorqueat malenolus. Hæc verò aduerſus Scaligerum, cùm decretum nobis ſit ab intolerabili ignorationis iniuria Hippocratem verè diuinum aduerſus omnem hominem in perpetuum & ſempiternum, ſi fors ferat humana, vindicare. Ex hoc igitur loco in poſterum ſtatuatur (rogamus) μοῖραν nunc priori loco aliter quàm proximè poſtea, ſcilicet quamque partem corporis humani ſignificare; quæ omnis quidem ineſt in ſemine κατ' ἀναλογίαν. Ineſt (inquam) illa in ſemine, quod etſi ſpiritu valens ſit & potentiſſimum, vt & calore; ἔχον ξύγκρησιν πυρὸς καὶ ὕδατος, eam vnà attamen habet certam pro materia duorum commoderationem ac temperiem, cui vix niſi diſpar vnquam in alio comperiatur ac valde diſſimilis, quæ pòſt eadem quoque cauſa ſit παρεμμένης μοίρας, fatalis nempe cuiuſque pro ſuo modulo, vt dictum eſt ſuprà, vitæ & mortis neceſſariò tandem conſequentis. Ac tum hæc ſanè eſt altera τῆς μοίρας acceptio & ſignificatio apud Hippocratem primo de diæta. Statuatur (inquam, rogamus etiam) in poſterum & ἰσόρροπον ψυχῷ hæc verba pro eo calore capiátque ſpiritu, quo ſemen eſſe perfuſum hactenus fuit omnibus in confeſſo; & cuius vtriuſque ratione idemipſum eſſe ἔμψυχον Hippocrates exiſtimauit. In ſemine enim, vti iam ſæpenumero dictum eſt, & formam cum materia cõiunctiſſimam, vt vnum efficiant, Hippocrates ſpectauit vbique cauſa generationis. Formam porrò, quum vis ſit eius quoque agens & longè tum potior quàm materiæ, quæ nata eſt ad patiendum ſemper; in hoc ſic cõcreto, ignis nomine author dotauit ſignificanter. Quæ vis attamen ſi, vt euenit nonnunquam, fortè diſſipabitur (hoc verò viris eſt in ſomno frequẽs, iuuenibus præſertim; quemadmodum mulierculis perpetuò, dum ab irrito compreſſu diffluens ſemen excidit) quid hoc aliud vtrobique tum ſupereſſe quàm puſillum quiddam frigidum & humidum perſentias? Paucum hoc appellet etiam quiſque licet hac ratione, aquæ nomine merito & cõuenienter. Quod quidem & mole perpuſillum eſſe ſaltem cõparatè animaduertas; maximè autem refrigerato & extincto calore. Semen verò integrum, quia multo ſpiritu perfuſum & calore potens eſt, valde quoque tumet; atque ideo multum & copioſum eſſe ſentiatur (hac quoque ratione ἀφροδίσια Græcis dictæ ſunt res Veneræ) nempe dum agitatum ſuccuſſu coniicitur in vteri cauum. Quod quum ſit, an ex omni parte ipſum ſemen καθ' ὅλου διαπνεῖ deciduum debeat cenſeri, an verò ſpiritus & caloris potiùs perfuſione, nunc iure quæritur. Vt verò partes principes ſunt inter ſe omnes connexæ communione vaſorum, & ad teſtes vſque continuæ ſunt venæ omnes, nerui & arteriæ, & per eos quoque penetrant perreptánrque: ita inter congrediendum ab illis potiſſimum quidem fontibus ſpirituum omnis generis vnà cum calore non ſine impetu quidem & agitatione ſit concurſus, vt & caloris, quemadmodum à reliquis quibuſque partibus, qui non ſine ſubiecto ideam ſecum rapiant & inuehant illarum vniuſcuiuſque. Hinc verò ἐνθουσιῶντα dicebantur Græcis ipſi ſpiritus. Hinc quoque γονὴ διάπνους ab hoc eodem authore antea nuncupabatur; & quòd ab omni parte hæc quidem decidua ſit, præſertim verò è cerebro ſuprema mentis arce, tanquam ab Ioue deſcendat, iure ſic appellabitur. Quæ hæc ſpirituum conturbatio indéque concurſio quãdo ex cerebro præſertim peritur, in quo epilepſia ſedem habere conſueuit; eadem de cauſa Democrito parua epilepſia quondam alias quodam iure dicebatur. Vt enim in cerebro voluptas eſt ſumma ciúſque ſenſio; ita ab eadem magna vis feminis defluit & irrumpit per congreſſum in cauum vteri. Hic idem ſpiritus cum perpuſilla, vti modò explicatum eſt, materia ſtrictè cohærens & copia etiam ſtrenuè potens, ἰσόρροπος αὐτῷ πυρὸς καὶ ὕδατος ξύγκρησιν ἔχουσα· ξύγκρησιν (inquam) μοῖραν σώματος αὐξόμου quum nempe eodem modo ſemen in ſe contineat, vt ſuprà dicebamus, κατ' ἀναλογίαν humani corporis partes vniuerſas. ξύγκρησιν verò dictione materiam notare tunc voluit in ſemine Hippocrates: ſiquidem ex ſolo ſemine partium vnaquæque ortum ducat in omni animante. Namque non ex ſanguine materno, quum quod eſt conceptum, haud ſanè alliciat ad ſe quicquam ſanguinis materni ante typoſin partium corporis deſcriptionem cõformationémque, etſi ſerius quidem in fœmellarum ortu, vt & maturiùs aliàs, nempe in partium corporis maſculi perfecta deſcriptione; quemadmodum clariſſimè expoſitum fuit eodem loco ab Hippocrate. Atque hæc ſuppreſſio ſanguinis materni, quæ fit ſtatim primis à conceptione diebus, eſt omnino cauſa cur purgatio puerperialis proximè ſit conſequens & annexa omni partioni quæ fit duce natura. Iſthanc appellauit Hippocrat. αὐξανόμενον, lib. de puelli nat. Vniuerſas ergo, vt noſtram ſentẽtiam ohiter etiam ſubiiciamus, ſemen partes continet fortaſſe etiam aliter quàm vulgò putatur. Οὔτως γὰρ μὴ ἀπὸ μοῖρα ἐξ ἀρχῆς, οὐκ ἂν αὐξηθείη, οὔτε πολλῆς

lib. de nat. pueri.

οὔτε πηλὸς ἐπιόντος ἔσται, οὔτε ἀνίσης· ἀ γὰρ ἴσχει τὸ ἀρχαῖον. Namque cuiuscunque pars non inerit à principio, nunquam ullo pacto poterit augeri, siue multum & liberale ad id accedat outtimentum, siue etiam parcum; deest illi tunc nempe ad quod accretio fieri possit. Accedit etiam quòd si isthæc ambo priùs notata insint, quæ similium materiæ rationem habeant atque etiam formæ, quid prosit maternus sanguis nisi commutatus in alterutrios horum substantiam? Hoc verò ipsum est quod in scholis nostra disputatione postrema comprobare nuper tentauimus aduersus eos qui sanguinem maternum (menstruum hunc vulgò nuncupant) alterum generationis principium perperam statuerunt; quum ex aduerso his opposita valde mens sit Hippocratis, & ad omnia vbique alterum sufficere vsque ad generationem & conformationem perfectam abunde queat; atque quod conceptum est, tum demum ad se sanguinem maternum pelliciat, quum ad quamque partem corporis adiicere natura aggreditur, hoc est incrementum cuiusque illarum procurare, quæ tamen antè effecta sit. Namque quid aliud hæc sibi volunt verba authoris primo de diæta? πρῶτα δὲ (aut) ξυναμφότερα αὐτάρκεα ἐστὶ, πρῶτα δὲ ἀρξάμενα πρῶτα καὶ τελέσαντα, ἐκάτερον δὲ χωρὶς, ὅτι αὐτοῦ ἑκατέρου, ὅτι δὲν ἕκαστον. Horum verò aliquot locorum Hippocratis depulsa obscuritate & nube tanquam discussa, depulsam eodem modo opinamur ab hoc penè diuino authore turpitudinem inscitiæ, cuius labem nimis fœdè insserat variæ significationis τῆς μοίρας crassa ignorantia. Quis verò tam lenis philosophus ψυχὴν partem corporis opinetur? At μοῖραν, vt diximus, ad σύγκρασιν hic author vetè diuinus voluit referri. Atque nunc eodem modo conuellemus sententiam eorum qui maternum quidem sanguinem generationis principium esse alterum opinati sunt; quum auctionis solummodo cuique propiùs intuenti debeat videri longè verisimilius.

Τῶν δὲ γυναικείων ἀκούω, *senio confecta fere hæc non accidunt*] Ergo dictum suprà ab Hippocrate prognosticum de mulieribus fuit, quæ non sunt vsque adeò ætate prouectæ, vt coöcipiendi spes nulla supersit. Senioribus autem vulgò idem hoc non euenire & meritò quidem, facilè intelliges, si memor eris signatæ nuper huius affectionis vtriusque causæ. Abortus autem prior fuit, qui, quia neque ipse conceptio, nunquam cadit in seniores duce natura. Fluxio quoque per vterum, causa posterior notabatur, acrioris & erodentis humoris, qui nec ipse ortum oec sedem habet in senibus: Aut quidem (ἀ πολύ) rarissimè. An non enim septuagesimum damisellæ cuidam agenti, ex rapida & concitatiore rheda, profundéque quæ nimis eam succuteret, oon ita pridem nosmen psi vidimus id contigisse? Atque hoc idem aliis etiam quamplurimis postea iniuriam fecit, sed inuenculis, vt sic dicam, ferè omnibus. Quæ verò post enumerata isthæc remedia Hippocrates præscribit, ea tu primùm quæque deligas, delecta deinde apparas, & ex vino fragranti nigro aqua temperato offeras eerto quodam modo oportet.

SENTENTIA SECVNDA.

Ἢν αἱ μῆτραι ἕλκωθέωσιν, καὶ αἷμα καὶ πύον ῥέοι καὶ ἰχὼρ (σπομένων γὰρ τῶν μητρέων νόσημα ἀπ' αὐτέων γίνεται) καὶ ἡ γαστὴρ ἡ κάτω ἐπαίρεται, καὶ λεπτὴ γίνεται. 1

Si vlcerosus vterus fuerit, & effluat inde sanguis cum pure & ichore (vbi etenim vterus putrescit, morbus ex eo nascitur) venter infimus modò attollitur, tenuis modò etiam *redditur.*

Καὶ ὠδὴν φαυλότερον ὡς ἕλκος. 2

Etiámque tanquam vlcere læsus dolet ad contactum.

Καὶ πῦρ ἔχει καὶ βρυγμὸς ἀντλεῖ, καὶ ὀδυνὴ ὀξεῖα καὶ αἰεροῦσα ἐς τε τὰ αἰδοῖα, καὶ ἐς ὀπίσω, καὶ ἐς τὰ γαστέρα τὰ κάτω, καὶ ἐς τὰ ἰσχία. 3

Adde quòd mulierem prehendit febris, dentiúmque stridor: irruítque tum in pudenda acutus dolor vrgens & assiduus, tum in partes pudendas, ac in pilosas quidem, adeóque in infimum ventrem, partes inanes, & lumbos.

Ἡ δὲ νοῦσος λαμβάνει μάλιστα μὲν ἐκ τόκου, ἢν ἐν αὐτῇσι τι διαφθαρῇ ἐνεὸν σαπῇ, καὶ ἐκ ῥωσμοῦ, καὶ ἀπὸ ἐκτρώματος. 4

Ortum habet hic morbus ex partu præsertim, si quid putruerit in vtero laceratum: accidit verò & ex abortu, vt & aliàs sua sæpe sponte nascitur.

Τοιούτοισι δὲ ἐκτεταγμένῃσι, λούειν ἐν ὕδατι πολλῷ καὶ θερμῷ, καὶ ὅκου αἱ ἡ ὀδυνὴ ἔχει, τοιαῦτα τὰ χλιάσματα ὑποστρώννυσθαι, καὶ σπογγοῦν ἐξ ὕδατος θερμοῦ· καὶ κλύζειν τὰ 5

Si in sic affectas mulieres incurras, lauandæ erunt aqua calente multa, & qua parte occuparit dolor, huiusmodi fotus supponere oportebit, & spongiam ex aqua

calida: & eluere mulieres *acria vitando & astringentia.*

Emollientia autem admisceto, quomodo videbitur occasio postulare.

Atque etiam lini & sambuci contusa semina, postquam cum melle miscueris & in pharmacum concinnaris, eo vtitor.

Eam *verò aqua calente lauato: & accepta spongia aut lana submolli aqua calēte imbuta, detergeto pudēda & vlcera.*

Rursúsque postea intincta in vinum meracum spongia eodem modo vtitor.

Tertio postea loco isthoc eodem *inunge medicamento, quotiescunque tibi ferre occasio videbitur.*

Deinde aliàs resina & adipe suilla vnà commixtis cum superiori *medicamento inungere sæpenumero oportebit diúque noctúque.*

Post hæc autem lini semen vbi torrefeceris, contuderis, excusserísque cribro, papauer quoque *album farinæ instar contusum cribro similiter excusseris, & de caseo caprino tosto sordem derasam cum amaro miscueris & salsuginem: ac rursus farinæ partem* vnam, *vnam deinde pharmaci, iterémque casei & farina* alterius.

Epotandum hoc dato sub auroram ieiunæ, ex austero vino dilutiore.

Admiscere verò & cyceonem crassum oportebit *exhibendum vesperi, ac quodcunque muliebre maximè admittat* mulier medicamentum, *propinetur.*

Et tantisper dum copiosus fluat sanguis, & acuti sæuiant dolores, etiámque parumper intermittant, ista conuenit vsurpare.

Postquam autem imminutum vlcus fuerit ac longiore temporis interuallo mitiùs aliquāto mulierem *dolores exercuerint, pharmaca exhibeto quibus per inferiora potiùs purgetur quàm per superna, tantundem temporis intermittendo quantum occasio* noua *feret.*

ἁρμία καὶ τὰ τρυφερὰ ἀποχρωμένου.

Τῶν δὲ μαλακτικῶν ἁρμόσει σε ὅπως δοκεῖ σοι καιρὸς εἶναι.

Τοῦ τε λίνου τὸ καρπὸν κόψας, καὶ τῆς ἀκτῆς, συμμίξας δὲ σὺ μέλιτι καὶ ποιήσας φάρμακον, τούτῳ χροῦ.

Λουσον δὲ ὕδατι θερμῷ, καὶ λαβὼν ἀσφόγγον, ἢ ἐρίου μαλθακοῦ βάπτων ἐς θερμὸν ὕδωρ, ἀπόκλυζε τά τε αἰδοῖα καὶ τὰ ἕλκεα.

Εἶτα ἐς οἶνον ἄκρητον ἐμβάπτων πάλιν τὸ ἀσύγκλυτον ἢ ὃ ἐρίου, τὸν αὐτὸν τρόπον χροῦ.

Ἐπὶ τῷ φαρμάκῳ τούτῳ σὺ δὲ ἄχρι, ὁσάκις ἂν δοκῇ σοι καιρὸς εἶναι.

Ἐπὶ ῥητίνῃ καὶ στέαρ ὗος μίξας ὁμοῦ τῷ φαρμάκῳ ἀλείφειν πολλάκις μετ' ἠμέρας καὶ τῆς νυκτός.

Μετὰ δὲ ταῦτα λίνου σπέρμα φρύξας, καὶ κόψας, καὶ σήσας, μήκωνα λευκὴν κόψας σὺ δὲ ψῆσαι καὶ σῆσαι, καὶ τυρὸν αἶγλον ὀπτὸν ἐξυρήσας ὃ ῥύπος καὶ τὴν ἅλμην, καὶ ὃ πικρὸν συμμίξας, καὶ πάλιν ἀλφίτου, εἶτα ἓν τῷ φαρμάκου μέρος, καὶ τῷ τυροῦ, καὶ τῷ ἀλφίτου.

Τοῦτο δίδοναι πίνειν ἐξ ὕδατος πρὸς τὸ οἶνο αὐστηρῷ κεκραμένῳ.

Ἐς δὲ τὴν ἑσπέραν μίσγαν καὶ παχεῖαν κυκεῶνα δίδοναι, καὶ ὃ γυναικεῖον ὅ τι ἂν μάλιστα προσδέχηται, πιπίσκειν.

Καὶ μέχρι μὲν ἂν ὃ αἷμα πολὺ ῥέῃ, καὶ ὀδύναι ὀξεῖαι ἔχωσι, καὶ ὀλίγον χρόνον ἀναλίπωσι, ταῦτα ποιεῖν.

Ἐπὴν δὲ ὃ ἕλκος ἐλάσσων ᾖ, καὶ ὀδύναι βληχραὶ προσλαμβάνωσι, καὶ ἀφὶ πλέονος χρόνου, φάρμακα πιπίσκειν ὑφ' ὧν μάλλον καθαίρεσθαι κάτω μᾶλλον ἢ ἄνω, ἀναλείποντα χρόνον, ὁκόσον ἂν δοκῇ ἐπίνοιαν εἶναι.

Καὶ πολλῷ

Καὶ πυελῶν βληχρῶν πυέλην αἰσχρὴ ἀναπαίζαντα ὑπόδη, ὧν δεῖν ἐκ τοῦ κυήσεως εἶ).

17 Mulierem *præterea in sedicula sedentem sublimi, suffitu molli suffire* oportebit, *si videbitur tibi crebro vsus postulare.*

Ταῦτα ποιέουσα ὑγιὴς ἔσ.

18 *Hæc si præstabit* mulier sedulò, *valetudini* planè *restituitur.*

Ἡ δὲ νοῦσος βληχροτέρη καὶ θανατώδης, καὶ ἀμφιβόλιον αὐτῶν παῦραι.

19 *Atque hic morbus etsi lentior est, attamen* lethalis, *vnde vix dum vllæ effugiunt.*

EXPLICATIO.

De vlceribus vteri alia hypothesis sequitur. Nam quum Hippocrates noster pro quarundam causarum varietate antea curationem adhibuerit (binas autem assignauit tantùm, vt aliquot illæ supersint) nunc ex alia hypothesi reliquas recensetque quas delendas esse demonstrat arte sua. Pendebat superior hypothesis vlcerati vteri ex parte τῆ ἐχομένων, eorum nempe quæ continebantur. (Emortuus autem fœtus erat in vtero putrescens, & humores mordentes & acres qui fundebantur, quemadmodum pluribus suprà explicatum est) Modò quod vlcus in vtero statuitur, ἀπὸ τῆ ἐχόντων, ab iis quæ continent, contrà manat, vt statim expediemus, si nonnulla priùs repetantur ex Aristotele, quæ dilucidiorem faciant autboris sententiam. Quum ipse cap. 3. lib. 7. de historia animalium totus est in explicanda formationis fœtus diuersitate sexus vtriusque, sinæ demonstrationis argumentum petit ex ὑστερικῶν (ἀπὸ γὰρ τῶν ἐκτὸς verò ante eum dixerat 6. Epidem. vt & ἔκτοσθεν vbique locorum vsurpauerat Hippocrates) καμάτων corruptelæ fœtuum discrimine. Cuius modum eodem loco bipartitò cõstituit. Ἔκτοσθεν appellat priorem, quæ fit in maribus, vt longissimùm, intra diem quadragesimum. Quæ autem postea accidit corruptio fœtus, ἀποφυσιὴν abortionis nomine nuncupauit. Atque hæc quasi mancipata Aristoteles transtulit vniuersa ex doctrina Hippocratis, vt ex eo abstrusa sua quæque consueuit. Denique vbi καμάτων corruptionis in maribus ipse meminit, quod argumẽtum certioris hac de re indicij Aristoteles recensuit, erat huiusmodi. Nam si mas est (ait) & id quod ante tempus excussum apparet, in quemuis coniiciatur humorem, diffusum in eo, statim euanescit: si contrà quis τὸ κύημα in frigidâ immittat, consistit id & compactum manet, tanquam in membranula. Τοῦτο δὲ (ait ille) ἀμφιβόλως, φαίνεται τὸ ὑμένιον τὸ μόνον ὑπὸν μύρμηκι τῆ μεγάλων. Qua quidem lacerata membrana, instar apparet ipse fœtus formicæ maioris. Quæ sanè plura iustè videri possent & parum ad rem pertinere, nisi, quum omnia sint argumenti eiusdem, patefacerent quidnam per τὸ ἀμφιβόλιον αὐτῶν intellectum oportuit in oratione Hippocratis: & monimenta scriptorum Hippocratis perlustrasse Aristotelem sedulò, hinc etiam cõstaret apud omnes planissimè. Sed reuocetur (volumus) vnde hinc nostra declinauit oratio. Ergo intus partem aliquam vlcere teneri, testis est excrementum triplex, sangnis nimirum, pus, & sanies effluens. Quod idem & in viris fumi potest ex quacunque parte vlcerata argumentum commune. At quum illud feratur ex vtero, & insiti tumor ventris adsit eiúsque tennitas vicissim recurrat, & locus doloris, & febris, deutiúmque stridor, & discrimen notetur doloris, qui modò in pudendum, modò ἐς τὸ ὀσφύον, partem signatam pubis ab Hippocrate pilisque contectam fuit, cum definitis denique ab eo reliquis partibus malè affectis; fidem faciunt omnia hęc vel plenissimam vteri vlcerati. Quibus connectas licet longè antea reliquas ab hoc eodem explicatas causas illius. Postulat iam igitur locus vt de vlceris partis eiusce causis congruè paulò pluribus philosophemur, atque vt pro more & methodo Hippocratis eas inuestigemus & persecremur. In eo scriptum sequitur, ἃ δὲ νοῦσος καμαῖος μένουσα, vt plurimum vetò ob has causas hic morbus inuadit mulierculas. Non ita pridem quomodo vlcus nascebatur in vtero ex parte τῆ ἐχόντος, nobis receptum fuit commemorare. Quod vt exequamur & conficiamus promissi munus, scitum sit oportet, accidere id aut oppleto vtero semper, aut vacuo eodem ipso. Ad modum priorem partio & abortio debent referri, quam vtramque ipsemet notauit Hippocrates: Etsi partionem hic dicimus non naturalem, sed in qua potiùs vtero vis inferatur, de qua etiam suo loco postea pluribus. In abortione autem quum omnia violenta contingant, minùs mirum debet videri, si sibi consectarium ferè vlcus adnocet & secum ipsa vehat. Quum enim tunc tenaciùs ad corylas constrictæ adhæresant secundæ quàm in partu tempestiuo & naturali; vix tum etiam excuti aut abstrahi, nisi laceræ ex vtero possint & quasi (ἀμφιβόλως) vngue disruptæ. Quamquam τὸ ἀμφιβόλιον ad vteri membranam interiorem, vti iam simus interpretati, referri potiùs nostra quidem sententia oporteat. Atque si quod κύημα retentum vtero priùs continebatur ex hypothesi, siue hoc, siue illo modo per vim excludatur, indéque (τὸ ἀμφιβόλιον αὐτῶν) pars vteri quædam interior aut particula diuellatur, quæ ex vtero pendeat vngue lacerata; eadem ipsa tandem putrescens sua acrimonia vellicando vlcus efficiet & dilatabit. Sed (ὅμως) quoniam alio modo ἀπὸ παντημάτων vlcus aliàs patietur vterus spõte sua, non est vsque adeò intellectu facile. Verumtamen vacuo accidit id semper, notabis, vtero, vti dictum à nobis nuper fuit; externa scilicet nulla molestia, vi illata aliunde nulla, nulla iniuria. Quonam igitur id pacto? Si nimirum, vt sæpe euenire consueuit, depulso tempestiuè in vterum sanguini menstruo exitus negabitur certa de causa; quis in eo sanguinem non vi-

ex lib. de puellis nat. lib. de genit. & aliis eiusdem argumenti libris.

deat & coaceruari & putrere, indéque in ſuppuratum poſſe conuerti, ad quod ſæpenumero vlcus conſequitur? An non in omni corporis parte vlcera hoc modo αὐτομάτως ſoleur ſuboriri?

Sed videamus, ſi placet, quid iam de curatione Hippocrates. Scriptum enim eſt, τοιούτοισι δὲ ἐπιτηδεώτατον, *in hoc modo affectas mulieres ſi fortè incurras*, &c.] In primis tres ergo proponuntur ad curandum lotionis modi. Λουσέειν ἐν ὕδατι] Primum locum aquæ dulcis balueum tenebit, dicatum toti corpori. Καὶ ὄπισθεν ἐν ὑδρώπι ἔχειν] Secundum poſtea occupabunt ſomenta admota foris ad eam partem, in qua ſenſus doloris eſt: eodémque pacto ſpongia ex aqua calida. Tandem etiam tertiò (κελεύειν τὰ δριμέα καὶ σηπτικὰ ἀπεχομένους) de lotione vteri ſuſcipietur cura. Vbi σηπτικὰ, acerba, noſtro quidem iudicio vſurpauit Hippocrates pro adſtringentibus: quibus opponuntur (μαλακτικὰ) quæ vſurpantur emollientia, materia, vt quiſque nouit, ad fouendum maximè accommodata. Hîc cæterum obſeruabis lectot in dictione ἀπεχομένους per terminationem fœmininam, ſignificationem quoque fieri (vt is mulierem quamque decet & ornat) alicuius pudoris ab Hippocrate. Vt hæ nimirum partes, quas idcirco αἰδοῖα dixerunt Græci, & decenter & honeſtè elui poſſint authore Hippocrate, quia cum verecundia & quodam pudore. Nec ſolùm vtendi tempus obſeruandum voluit Hippocrates, ſed (ἁβρώστῃ) miſcendo, præparandi modum quoque ſignificauit, etiámque omnia recenſuit ex quibus (χρὴ) ad vſum vnitas fiat. Quãquam (λοῦσιν δὲ ὕδατι θερμῷ) ad nos hæc correctio videri queat nunc pertinere. Vt quod modò de lotiooe vniuerſi corporis interpretabamur, intelligere queat quiuis de imbuenda aut lana aut ſpongia, idque veriſimiliter, in ſcopum poſitum ab authore.

Διαπλύματα δὲ τῶν αἰδοίων καὶ τῶν ἕλκεων] Vt ad deterſionem nimirum partium pudendarum etiámque vlceris, lotiooem accommodare Hippocrates videatur vtramque. Verumtamen vterum potiùs ſpectant poſteriora: quemadmodum priora toti corpori tribuenda ſunt magis. Sed aqueſcente ſpoogia linteóve tergeantur pudenda quantumuis & vlcera, (οὐκ ἐς οἶνον ἄκρητον ἐμβαπτέον μᾶλλον) cur tunc vino vlcera madeſcent præter vulgarem Chirurgorum vſum & conſuetudinem? An quod prius ad ſedãdum dolorem & vlcus emundandum, ſic & ad toborandum pertineat quod ſequitur ſuſcitandúmque calorem natiuum? Has enim vinum meracum vires habet. Nec verò vlcera vnquam niſi vino madefieri Hippocrates ſuo tempore paſſus eſt.

Ἐκτὸς τοῦ φαρμάκου πάντα, *deinde medicamento*, &c.] Verum enimuero depurgata mundáque omnia ſint fotu, eóque duplici; inungendum cur vlcus eſſe tempeſtiuè medicamento paulo antè præſcripto iubet nunc Hippocrates? An non enim meritò dubium videatur ſi (πάντα) ad illud quod cum melle confici nuper voluit, ſit referendum: ſiquidem melli commiſcebat ſemen lini itémque ſambuci contuſum (πτίσας φλόμιδος) vt in medicamenti formam concinnaret: an verò ad id quod modò parabat Hippocrates ex reſina adipéque ſuillo in diurnum nocturnúmque vſum? ſed tu ipſe iudices, ſi quemadmodum duobus modis foueudo, medicinam ouper inueſtigauit, in hac ita eadem hypotheſi ferre opem duplici moliatur vuguento.

Μετὰ δὲ τοῦτο λίνου, *poſthæc autem lini*, &c.] Sunt de diætæ & nutriendi tatione duo qui ſequuntur pulticulæ modi apud Hippocratem, vtrique ad ſiccandum peropportuni. Victus enim rationem præſcribere cuius ope maximè ſicca mulier enadat, ſcopus eſt Hippocratis, quemadmodum ſequenti capite declarabitur. Quinque potionem priorem, ſi enumerabis, component; quæ ex auſtero meraciori propinetur ſub auroram. Altera parabitur eáque (ἐς δὲ τὸν ἑσπέριον) ſiccioris & craſſioris aliquantò conſiſtentiæ ad veſperam. Ideóque Hippocratem tum potiùs quàm primo diluculo potionis opinamur meminiſſe. Hîc verò ſi penitus animaduertis quonam ordine ſcripta Hippocratis poſita quæque ſunt, per te notatum quoque oportuit hactenus, quiſnam debeat ſimplicium medicamentorum eſſe delectus, vt ex iis vnitas nunc fiat in propoſitum ab eo ſcopum. Vbi & quæ modò dicuntur, ad pharmacopœorum etiam artem pertinent aut potiùs induſtriam. In quibus nihil oou facilè eſt, niſi vbi miſcenda ſimul omnia ſunt, exponere cur (πρῶτα μὲν ἀλείνου) quum principio farinæ partem ad concinnandum aſſumpſerit, ac deinde parem caſei prædictam quoque menſuram, cur, inquam, iteruin farinam tandem etiã velit commiſceri. Quod ſatis arduum cuique poterit videri, niſi priori loco ſemina contundi omnia ipſe inſſerit, coocutique eadem ipſa cribro, pollinis aut farinæ inſtar, hoc eſt ad alterutrius horum tenuitatem. Ad hoc enim ſigillarim ſingula referri oportere opinamur, vt de ſingulis conſequens redditio cuique nota hoc pacto eſſe queat & aperta. Sigillatim enim quæque in puluerem contundi, deinde cribro concuti, vt farinæ modo omnia tenuiſſima reddantur, ante commixtionem; nónne artis eſt pharmacopœiotum & alicuius induſtriæ illorum? Iſthanc porrò præſcriptam & viuendi & medendi rationem cẽſuit Hippocrates teneri oportere tantiſper (μέχρι μὲν τὸ αἷμα) dum hæc tria conſiſtent: multus nempe dum ex vlcere ſanguis fundetur, & doloris manebit acerbitas, iſque paululùm etiam ceſſabit, vt tandem intermittat. Quæ quidem tria vlceris hyſterici amplitudinem arguunt, quemadmodum hypotheſis ſequens de paruitate vlceris, patefaciet. Nam addit ἐπὶλευκὸν δὲ τὸ ἕλκος ἔσεσθαι φῦ. contrà autem ſi medicamentorum ſuperiorum vſu tantopere profectum eſt, vt de amplitudine vlceris cruciatúque doloris aliquid videatur remiſſum, ſiue tu (βλαχρὸν) imminutam ſpectes vlceris magnitudinem, ſiue (ἧσσον πολλοῦ χείρου) diuturnã, vt modò eius perſeuerantiam.

Φάρμακα πιπίσκειν, *medicamenta propinare*] Eſt tunc per inferiora purgatio, non autẽ vomitio, opportuna. Ne quid nimirum vomendo propulſatum excutiatur in affectam partem. Contrà erenim ſic humor in aluum deriuabitur per cathaticum. Sed hîc tamen ita cautè, vt Medicus gerat ſe ſecus quàm antea, vbi ad robur virium omne per dictam ſtudium quantumuis continens referebatur. Nunc verò vt vires eriam recreentur viciſſim inter purgandum, (ἁβρώστῳ χρόνον, ἥσσον) tantum temporis intermitti putat oportere Hippocrates, quantum (ἐπιτήδειος) occaſio noua ferat, (ſic enim ἐπὶ nunc reddimus in compoſito)

compositò) & satisfactum abunde putabitur toti corpori, è quo humor deferri consueuerat in vlcerosam partem. Nam his positis (καὶ πυελῶ βληχῶνι) blandiori quoque suffitu vtero monet prouidendum esse. Quod vt fiat: (summam hîc licet animaduertito industriam Hippocratis) mulierem (ὑποκαθίζοντα) collocat in sede sublimi; vt, si videbitur (ἐπὶ δοκέοντι καιρῷ) vsus frequentior postulare, id perfici facilè & commodè queat. Hæc verò si (πάσχοι) mulier exequatur sedulò, ὑγιὴς γίνεται, vlcere siccato sanescit.

Η ἢ τῶν βληχρότερον] Est quidem vlcus, quum paruum est, quasi minimè mali moris: neglectum tamen (καταπόδης) mulierem ex lento suo progressu tandem sæpe ad exitium præcipitat. Vnde sequitur (ὀλιγάκις αὐτὸν φεύγει) paucas vt plurimùm euadere, nec superesse ex hoc morbo multas.

SENTENTIA TERTIA.

Ην ὑπ' ἐλκωθῇσι σφοδρῶς, αἷμα καὶ πύον καθαίρεται, καὶ ὀδμὴ οὐκ ἄνευ βαρέος. 1

Si vterus valde vlceratus fuerit, sanguis & pus effunditur non sine grauitate odoris.

Καὶ ὀκόταν ἡ ὀδυνὴ παρελθόῃ, ὡς τὰ ὠδῖνος τὰ περὶ τὴν ῥόον γίνῃ· καὶ ὀκότε ὁ ἀχθόνος ᾖ, τὰ σκέλεα καὶ οἱ πόδες οἰδίσκει. 2

Cúmque prehenderit dolor, contingũt tunc ea quasi circa profluuium, quæ aliàs solent sub parturiendi labore: ac temporis progressu crura & pedes tument.

Καὶ ἰῶνται τοῦτο οἱ ἰητροὶ ὡς ὕδρωπα· ὃ δ' οὐκ ἔστι τοιοῦτον. 3

Cui sanè morbo medentur Medici tanquam hydropi, quanquam non sit huiusmodi.

Τοιούτων λαβὼν λούειν πρῶτα θερμῷ, καὶ χλιαίνειν, καὶ κλύζειν δριμέσι, καὶ μαλθακοῖσι, καὶ στρυφνοῖσι, ὕδατί τε καὶ οἴνῳ. 4

Mulieris *hoc modò affectæ si curam susceperis, inprimis calida lauato, deinde foueto, modò acribus, modò emollientibus, aliàs adstringentibus, & ex aqua & vino colluito.*

Καὶ πολύκαρπον, καὶ πολύκνημον, καὶ μέλι ἑψῶν ὁμοῦ· εἶτα εἰρίον εἰς τοῦτο βάπτων, ἀφαιρείτω τὰ αἰδοῖα. 5

Tum etiam cratæogonum & origanum vnà cum melle coquito: quorum decocto posteaquam lanam imbueris, pudenda deinde perfundito.

Καὶ ῥητίνην, καὶ μέλι, καὶ συὸς ἔλαιον εἰσχείτω. 6

Resinam quoque cum melle & adipe suillo inungito.

Καὶ πιπίσκειν λίνου καρπὸν, καὶ σήσαμον φώξας, καὶ βούτυρον, καὶ τυρὸν αἴγλον, καὶ λίφιον ὁκοῖον ἄπασι, πιπίσκειν δὲ οἴνῳ ἥσσονι. 7

Ad potandum præterea exhibe semen lini & sesamum torrefactum, & butyrũ, caseúmque caprinum, vt isthæc omnia reddantur instar pulticulæ dilutioris, quæ ebibat mulier *stomacho ieiuno.*

Ἑσπέρης δὲ μέλι ἐπιχείτω πολύ. 8

In vesperum autem magnam copiam mellis affundito.

Καὶ ἕως μὲν αἱ ὀδῖνες καθαίρωσι, καὶ ὀδυναὶ ὀξέως ἔχωσι, καὶ ὀλίγον χρόνον διαλίπωσι, τοῦτο ποιείτω. 9

Ac quandiu sanguis purgabitur, & qui acerbè dolores vrgebunt paulisper remittent, ista vsurpato.

Ὅταν δὲ οἱ ἕλκωσιν ἴῃ, καὶ ὀδυναὶ βληχρότεραι ἔχωσι διὰ πλείονος χρόνου, φάρμακον πιπίσκειν κάτω, καὶ διαλείπειν. 10

Quum verò parcior sanguis feretur, ac dolores diutiùs aliquantò *mitiores manebunt; pharmacum exhibebis quod per inferna purget, nec quidem id sine intermissione.*

Hæc si faciat mulier, *conualescit: sed spes nulla supereſt propagationis.* 11 Ταῦτα ποιέοντα ὑγιὴς γίνεται ἢν δὲ οὐκ ἔνι.

EXPLICATIO.

VLCERA vteri omnes notæ repetendæ videntur ex hypotheſi ſuperiore. Illæ quidem in vtero vlcus enatum eſſe fidem faciebant. Sed ne id quidem ſatis Hippocrati qui vlcerum diſcrimina Medico quoque nota eſſe cupiebat. Conſilium Hippocratis fuit huiuſmodi de varietate dolorum partis
aph.5.lib.6. cuiuſque in aphoriſmis, τὸ μὲν ἀκριβὲς κατειπεῖν, an inter ſe multùm ipſi diſcrepent, perdiſcendum eſſe. Quem locum vt ſcitè quidem de doloris magnitudine Galenus expoſuit; hîc alienum quoque non videatur, ſi eundem gratia facilitatis aptemus ad vlcerum amplitudinem. Vlceris ergo leuioris in vtero poſiti ſigna præceſſerunt, eius quoque cura, vt & prognoſticum. An verò magnum ſit illud, nec ne; nondum per ſupradicta ſigna ſatis manifeſtum. Sed quod diſcerni ac diiudicari queat ſine negotio, ſi ad pus & exeuntem ſanguinem copioſum accedat grauitas quædam odoris. Ineſt enim in vtroque vlcere ſemper teter & grauis aliquis odor. Eſt res ægrotantis meliori tamen loco ſi exiguus inerit ille & perpuſillus. Quanam enim recta alia ratione pus εὐῶδες quaſi ſine odore vt in bonis duceretur, Hippo-
aph.20.ſect. 2.lib.1.Coac. crates deſiderauit? Eſt tamen puris in ſuo genere, ſi quis penitiùs perpendat, fœtor aliquis; quum ſit particeps caloris vtriuſque, etiámque ſit materia quæque putreſcens in vlcere quantumnis benigna.
aph.vlt.lib.1. prognoſt. Vnde meritò ſanè inter conditiones quas in laudabili pure denotauit Hippocrates ineſſe in prognoſticis, pus eſſe quærebat ὅτι μὴ δριμὺς, non quemadmodum verterunt alij, minimè fœtidum, ſed quàm minimùm; vt valde parum grauem tum odorem ſpiret, Galeno etiam interprete in comment. His poſitis neminem vel in ratione phyſica verſatum leuiter tam tardo ingenio eſſe opinamur, qui ex conſequenti non videat & colligat, (εὐλογὶ γίνεται βαρεῖα) poſita nunc in pure odoris grauitate, quæ alioqui, vt explicatum eſt, quaſi debet eſſe inſenſilis; vlcus magnum in vtero delitescere. Quam explicationem valde con-
comment.in aph.5.lib.6. firmabit hîc hauſtus è fonte phyſico alius Galeni locus quodam commentario in aphoriſmis. Increſcit nimirum (air) cuiuſque opus cauſæ efficientis, ſubſtantia eius adaucta.

Καὶ ὁκόσαι ἢ ἰδίων ἐπιγένωνται, *ac quoties dolor occupat*] Ad certiorem vlcerati vteri dignotionem hæc legi ſigna coniunctim oportet cum antecedentibus. Primum eſt, quòd quoties prehendit dolor in hypotheſi, tum mulier non ſecus affligitur ab iis quæ circa profluuium contingunt, quàm ὑπὸ ὠδίνος, ſi ipſa parturiat. Tunc enim peruadit ſanguis per partes vlceratas, ac prætereundo eas conuellit ac pungit modo aculei aut ſpinæ inſtar, vti aliàs antea pluribus declaratum fuit ab hoc eodem authore.

Καὶ ὁκόταν ὑ χρόνος] Alterum eſt, quòd temporis progreſſu, hoc eſt vergére ægrotantis ſtatu in deterius, aut iam commutato; τὰ σκέλεα καὶ πόδες οἰδίσκει, cum tempore & crura, & pedes intumeſcunt tantopere, & quidem, vt dictum eſt, ſymptomatico; vt (ἰσχίου πὸν οἱ ἰητροὶ ὡς ὕδρωπα) ſignorum decepti ſimilitudine accingant ſeſe Medici ſæpenumero ad curationem huiuſce affectionis, tanquam hydropis. Tument autem explicatæ partes corporis infernæ præ caloris natiui paupertate & in eas prolapſu humoris pituitoſi, aut ſanguinis ex dimidio cocti. Verumenimuero (τὸ δ' οὐκ ἔστι τοῦτον) quum non ſit hydropicus huiuſmodi tumor, ei remedium aliis modis quærendum erit & præter Medicorum eorum conſuetudinem.

Τούτῳ λοῦ λέβης, κοῦσι] Primùm à balneo aquæ dulcis, quæ lotio eſt corporis vniuerſi, initium duces. Pudendorum ſotu ſecundo loco innabis, & in vterum infuſione perutili. Δεσμῶν καὶ μάζαι εἶσι] Nonnunquam verò acrium decocto vterus eluetur, aliàs emollientia incoquentur in eundem vſum, aliàs adſtringentia. In percurandis enim vlceribus vteri & partis cuiuſque, vniuerſalia tempora debent obſeruari deſcripta ab Hippocrate & toties decantata explicatáque à Galeno comment. & omnibus ferè locis. Atque pro iudicio & prudentia Medici, iis aptanda vſurpandáque remedia ſunt captata quæ ſeſe tunc offeret occaſione. Nam non ſemper ſordent vlceta pure & icbore generis vnius, vt nec etiam tabo, nec ſanguine. Τρόπον καὶ ὕδατος, *aquæ & vino*] Modum & ordinem infuſionis repetes, ſi placet, ex capite ſuperiori. Vbi ex aqua lotio eam præcedebat, quæ fieri ſolita erat ex vino. Rationem teddidimus eodem loco.

Καὶ πολύκαρπον, καὶ πολύκνημον, *cratægonum & polycnemum*, &c.] Vterum pudendáque lauit Hippocrates, cui & nunc ex tribus illitum pro ſuo more ſuperinducit appoſita lana ſcilicet imbuta linimento. Cæterùm in ſua exegeſi Galenus πολύκαρπον idem exiſtimauit quod τὸ χρησιμώτατον ὀνομαζόμενον, cuius
cap.122. Dioſcorides meminit lib.3. Id verò haud multùm experiuntur pharmacopœi, maximè qui fructum quærunt. Nec id præſcribunt quoque Medici, quia minùs norunt. Hoc autem vel illo nomine vocitetur, perinde nobis eſt; magnarum id tamen eſſe virium, eius appellatio declarat penitiùs intuenti. Cæterùm quando ipſi memores ſumus, quòd πολὺν origanum Argiui quondam appellabant, partitè hoc loco πολὺ κνημὸν legiſſemus volentes, ſcilicet pro multo origano, hîc ineſſe mendum ſuſpiciosè rati. Sed
cap.91.lib.3. Gal.8.ſimpl. polycnemi meminit Dioſcorides: idque agglutinandis vulneribus aptiſſimum eſſe exiſtimauit, quemadmodum etiam poſtea Galenus ſimplicium octauo. Duo iſta ergo decoquéda putat autbor cum melle ad litum pudendi tantùm. Eáque fortè de cauſa ἰσχίῳ verbum, quod perungere eſt, potiùs vſurpauit: vt quum penitiores vteri partes mox erunt inungendæ, vterut ἐγχείῳ verbo, quo ſimiliter quod in illius cauum infundi & quaſi intrudi oportebit, ſignificetur. Idque vt præcedens linimentum tria conficient in vſum præſcriptum.

Καὶ πτισάνῃ

Καὶ πτίσανον λίπα] Ad victus rationem tandem transit Hippocrates, qua tenuiter vires sustentat. In præparando autem cibo multa instar farinæ conterit, ad pulticulæ dilutioris compositionem. Sic enim πτίσανον placet hoc loco interpretari. Eáque commixta inter se, diluculo priori hortatur exhiberi oportere ex vino. Nec quicquam immutat nec novat ἐφ' ἑσπέρῃ, in vesperam, nisi quòd plus admiscet mellis. Retinet vtrobique tamen notanter tenuitatem diætæ. Nec ab ea recedendum priùs putat (καὶ ἕως μὲν ἂν τὰ αἵματα καθαίρηται, &c.) quàm symptomata quæque imminuta quasi cœperint oblitterari, etiámque res ægrotantis meliori loco constituì. Id etenim sequens sonat oratio Hippocratis, ὅταν δὲ οἱ ἕλκεα ᾖ, καὶ ὑδρώσῃ, &c. Quo quum ventum erit, nec quidem priùs, purgandum mulieris corpus censet per inferna. Abhinc (credimus) Hippocratem metus hic auertebat. Ne nimirum concitatus humor cathartico, diffluereat in vlceratam partem. Καὶ ἐμμανῶς] Atque sæpe intermittendum suadet Hippocrates mixtim purgandum: Ea conditione, vt intermissio hæc non semel tantùm ferat catharticum repeti, sed per vices, hoc est, vt sit purgationis & aliorum medicamentorum opportuna tum quædam vicissitudo. Alioqui quomodo Hippocrati videatur interquiescendum, ingenuè fatemur vix posse nos diùdiu care.

Ταῦτα πινόντα, ὑγιὴς γίνεται, ἢν δὲ οὐκ ἐν, haec si mulier perfecerit, saueſcit: at ſpes nulla superest propagationis] Ad diagnosin aut potiùs prognosin quæ sequuntur, pertinent reliqua. Non quòd semen mulieris sit minùs prolificum quàm priùs: sed quia conjectum id exceptúmque ex omni parte vterus amplecti nequit nec circumplecti. Si deficit sic autem conceptio, quænam spes propagationis & sobolis esse vlla potest? Porrò autem ex persanati vlcetis magnitudine superiùs posita, amplitudo cicatricis resultans & ad eam consectaria instum conceptionis impedimentum ac sufficiens vt plurimùm esse potest. Alioqui si erit id vlcus leue aut exiguum, & ex altera tantùm parte vteri interiore (mirum dictu, attamen cum veritate summè consentiens) quia aliunde semen comprehendi potuit initio conceptionis, poterit & aliqua prolis futuræ spes affulgere & propagationis, eodem ipso hisce verbis Hippocrate teste, ἕλκεος δὲ γενομένου, καὶ ἐξυγιασθέντος, τὸ χωρίον τῆσι λοιπῇσι καὶ σκληρότερον αἰεὶ γίνεσθαι, καὶ ἧσσον διαίνεσθαι ὑπὸ γαστρὸς καμβαίνουσιν· ὧν δὲ μοῦνον ἐν τῶσι ἐστὶ λέπτιστα ὑμένα ὑπὸ γαστρὸς λάβῃ, ὥστε τὸ ἕλκος ἐν ἔχουσα, ὥστε λεπτὸν, &c. Quibus apertè declaratur & propter læuitatem & duritiem minùs quidem aptum esse vterum ab vlcere ad conceptionem, attamen comprehensurum semen parte integra, per quam si sufficiens & copiosum satis alimentum trahatur gratia nutritionis puelli, perferat eum ad destinatum vsque terminum. Prorrh. lib. 2.

SENTENTIA QVARTA.

Ὅσα ἕλκώματα ἐστὶν ἐν τῇσιν ὑστέρῃσιν ἀπὸ ξυσμοῦ, ἢ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς τινὸς, ταῦτα χρὴ ἀποκεκαθάρθαι εἰς ὅλον σῶμα θεραπεύῃ πάντα, ὁκοίης αἰ δοκέῃ δέεσθαι θεραπείης· ἤν τε σοι δοκέῃ ἐξ ἀπόρου τοῦ σώματος ἡ αἰδοῖος θεραπεύεσθαι, ἤν τι ἀπ' αὐτέων.

1 *Quæcunque exulcerationes vtero contingunt ex abortu aut aliis de cauſis, mederi iis oportebit vniuerſis ratione habita totius corporis* circumſpectáque, *quacunque* mulier *egere videatur curatione: ſiue curationem* eius *petendam exiſtimes è toto corpore, ſiue ex vtero* tantùm.

Γνώσῃ δὲ, εἰ ἀπ' αὐτέων τῶν ὑστερέων ἐστί.

2 *Hac verò notione diſcernas an ab ipſo vtero.*

Τὰ μὲν ἀπ' αὐτῆς τῆς ἑλκωμάτων τὸν καθαρὸν παρέχει πυοειδέα τε καὶ ξυνεστηκότα· τὰ δὲ μὴ ἀπ' αὐτέων, λεπτόν τε καὶ ἰχωροειδέα.

3 *Quæ ex eo* quidem *ſunt vlcerationes, purulentam ac compactam* vulgò *reddũt* & fundunt *purgationem: quæ contrà minùs ab eo pendent, & tenuem* ſemper effundunt *& ſanioſam.*

Ὅσα μὲν οὖν ἐστὶ λεπτὰ τὰ ῥεύματα, ταύτας μὲν χρὴ θεραπεύειν ἐν φαρμάκῳ.

4 *Quamobrem quotieſcunque tenuia effluent, huiuſmodi mulierum curationis poſita ſpes eſt in pharmacia.*

Καὶ δοτέον καὶ ἄνω καὶ κάτω· τοῦτον δὲ ἄνω.

5 *Actum exhibendum videtur & quod infernè purget medicamentum, & quod ſupernè* aliud: *ſed priori tamen loco quod ſurſum.*

Quòd si perfecta hac purgatione parcius profluuium fiat, & minùs contumax, aut nonnihil etiam intermittat, purgabis rursus eodem modo.

A purgatione autem eam viuendi rationem constituito, in qua quàm maximè mulier desiccetur.

Id fiet porrò, si suffita fueris ea toto corpore, tertio quoque die quartóue: & à suffitu vomitiones statim cieantur.

Sed & post vomitiones etiámque suffitus sit institutum vitæ huiusmodi, vt permaneat mulier *illota, & aqua & pane victitans, nullo verò opsonio, præterquam vino nigro meraciore, olere quoque nullo.*

Cæterùm quando vomitionem parabis, tum demum tibi opus est mulierem *satiare multis oleribus & acribus, multis item eduliis, opsonióque quodcunque illi libuerit: necnon vino aquoso multo* eam *opplere: & à suffitu* eam *lauare multa calida.*

Atque hæc quidem curationis sit methodus fluxionum huiusmodi.

Præstiterit autem in vtrisque medicamento vti purgante, & vomere, & trahere sursum.

Præstantior quoque diæta siccans erit, quæque sine balneo sit.

Sed in vteri curatione hic modus esto.

In primis fumante foliorum decocto sambuci fouebis.

A suffitu deinde smegmate collues ex fæce vini.

Si quidem putredo insit in vlceribus, & quæ ex iis perpetuò *excrementa stillant, grauem odorem spirent, smegmate lauabis meraciori: sin autem nihil* insit *huiusmodi, dilutiore.*

Etiámque post hanc fæcem aqua eluatur, *sed in qua myrtum incoxeris, etiámque saluiam.*

Ac exinde post lotionem hanc elues mero albo tepente.

Iam verò si quando ab iis lauacris mor-

Καὶ ἰῶ μὲν μὴ τὸν φαρμακεύειν τὰ ῥεύματα ἐλάσσω ἦ, καὶ ὑπιτέρεα, ἢ ἀφαλείποντα, αὖθις φαρμακεύειν τ' αὐτὸν τρόπον.

Μετὰ δὲ τὸν φαρμακεύειν διαξῆν διαίτῃ τοιαύτῃ, ἐν ᾗ ὅτι μάλιστα ξηρασθείη ἡ αἰδοῖος.

Ἐσαι δέ, ἰῶ αὐτὸν πυελίης δὶ ἡμέρης τρίτης ἢ τεταρτης, ὅλον τὸ σῶμα, καὶ ἐμέτους ποιέης ἐκ τῶν πυελέων λύγου.

Μετὰ δὲ τοὺς ἐμέτους καὶ τὰς πυελίας, διαιτῶ δεῖσθαί τι καὶ ὑδροποσίησι, καὶ ἀρτοσιτήσειν, ὄψῳ δὲ μηδενὶ, ἀλλ' ἢ οἴνῳ ἀκρήτῳ μέλανι, λαχάνῳ δὲ μηδενί.

Ὅταν τ' ἔμετον παρασκευάζῃς, τότε χρείων ἔχῃς λαχάνων πολλῶν καὶ δριμέων ἐμπιπλάναι, καὶ σιτίων πολλῶν, ᾧ ὄψου ὁκοίου αἱ βύλωνται· καὶ οἴνου πολλοῦ ἐμπιπλάναι ὑδαρέος· καὶ λούειν ἐκ τ' πυελέων πολλῷ θερμῷ.

Αὕτη μὲν θεραπείη τῶν τοιουτοτρόπων ῥευμάτων.

Ἀμφοτέρῳ δὲ ἄμφω φαρμακεύειν, τῷ ἐμέτῳ, καὶ ἕλκειν.

Διαιτᾶν δὲ ξηραντικὴ χρέουσαν, καὶ ἀνόνητον.

Τὰς δὲ ὑστέρας χρὴ θεραπεύειν ὧδε.

Πρῶτα μὲν πυελίῃ ὕδατι ἀκτῆς ἀφεψήσαντα τὰ φύλλα.

Ἔπειτα μὲν τοῦτον πυελέειν κλύζειν ἐκ τ' ἰλύος τῷ σμήγματι.

Ἢν μὲν σηπεδὼν ἐν τοῖς ἕλκεσι ᾖ, καὶ τὰ ἀπόρροα δριμέα, ἀκρητεστέρῳ τῷ σμήγματι· ἰῶ δὲ μηδὲν τοιοῦτον, ὑδαρεστέρῳ.

Μετὰ δὲ τοῦτ' ἰλὺν ὕδατι, ἐν δὲ τῷ ὕδατι ἐναφεψεῖν μυρσίνην καὶ ἐλελίσφακον.

Μετὰ δὲ τοῦτο οἴνῳ κλύζειν ἀκρήτῳ λευκῷ χλιαρῷ.

Ὁκόταν δὲ διάκηται ἤδη ἐκ τοῦ τῶν

κυημάτων,

κλυσμάτων, τότε ἤδη καθαρά ἐστι τὰ ἕλκεα.

Κλύζειν δὲ χρὴ ὑδαρεστέρῃ τῇ ἰλύϊ καὶ 21
οἴνῳ μέλανι.

Μετὰ δὲ τὸν οἶνον, πιμελὴν ὗος τηκόμενα 22
νεπρὴν, ἔλαιον καταμίζαντα, ἢν μὲν ἡ
χιὼν, ἢν δὲ μὴ, ὀρνίθου του, μάλιστα ὄρνι-
θος.

Εἰ δὲ μὴ, ὃ ἐκ τῶν ἐλαίων παλαιὸν, 23
τούτῳ χλιαρῷ κλύζειν.

Μετὰ δὲ, τὸν οἶνον ἐς ἕτερον κλυστῆρα 24
ἐγχέαντα ἐς ὃ σῶμα.

Καὶ ἢν ἕλκεα, μοτοὺς ποιοῦντα τῶν 25
μαλθακτηρίων παρεστῆναι.

Καὶ ἢν καῦμα παρέχωσι παρεσκευάμε- 26
νοι, ἀφροδισίων τὴν γυναῖκα κελεύειν αὐ-
τὴν νίζασθαι ὕδατι χλιαρῷ τοιούτῳ, οἵῳπερ
ἐκλύζετο.

Ἢν δὲ μὴ τοῖσι διαίτημι τοῖσδε τὰ ῥεύ- 27
ματα μὴ ἀπαλλάσσηται, ἐλάσσω δὲ γίνη-
ται, καὶ δάκνηται σφοδρῶς, καὶ τὰ ἀπορρέ-
οντα χολή τε εἴη καὶ δριμὺ, καὶ μὴ μόνον τὰ
ἔνδον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔξω ἕλκεα, μεταδιαίτη
χρὴ τοῖσι διαίτημι, καὶ ὁλοσχερέϊ πᾶσαν,
ὅκως τὰ ῥεύματα ὡς ὑδαρέστατα ἔσται, καὶ
ἥκιστα δηκτικὰ, λευκοῖσι θερμοῖσι πυυλλοῖ-
σι, μάζῃ, λαχανοισιν ἕψοισι πᾶσι λιπα-
ροῖσιν, ἰχθύσι τοῖσι σιλάχεσιν, ὀπὸ χρομμύ-
οισι καὶ κρομμοῖσιν ἕψουσα ὀπὸ δριμὺ γλυκείῃ,
(ἕψειν δὲ λιπαρῶς) κρέασιν ἕψοισι πᾶσι,
πλὴν βοὸς καὶ αἰγὸς (ταύτοισι γὰρ διέφθοι-
σιν ὀπὸ ἀνήθοισι καὶ μαράθοισιν) οἴνῳ μελι-
κρόῳ, κιρρῷ, ὑδαρεῖ, πλείονι γαλακτοποσίῃ μετ' οἴνου γλυκέος.

Τὰ δὲ ἄλλα περὶ τὰ κλυσμάτων ποιέειν 28
καὶ τὰ ὑφηγημένον λόγον.

Αὕτη μὲν νῦν περὶ τῶν τοιούτων ἡ θερα- 29
πείη.

Ὅσα δὲ πυοειδέα τε καὶ ξυνεστῶτα ἄπτοι 30
τούτων, ὃ μὲν ὅλον σῶμα σεῖσαι δεῖ κινέειν·
κλύζειν δὲ καὶ ἀπὸ τούτων τὴν θεραπείην
πᾶσαν ποιέεσθαι.

deri incipiat, facta iam tum quoque ulcera pura sunt.

His de causis aquosiori face vini eluere oportebit vinóque nigro.

A vino autem adipem suillum recentem liquefactum, admixta anseris pinguedine, si copia tibi sit; si non adsit, alia aliqua, & maximè gallinacea.

Quòd si haec quoque desit, ex aliis alia quadam veteri, eáque tepente colluas.

Sed & postea vinum per alterum clysterem in os vteri infundito.

Quòd si sint vlcerata, linamenta immittes ex emollientibus.

Quae si fortè indita ardorem inducãt, mulieri imperandum erit cuidam vt ipsi detrahat, quò colluatur aqua tepente, quali eluebatur antea.

Enimuero si ad hanc diaetam fluxiones non desierint, sed minuantur, vehementer tamen mordeant; & quae funduntur bilio sa sint & salsa, nec interiora solùm vlcerent, sed & externa; immutanda omnino diaeta erit, & humectanda quoque mulier toto corpore, vt fluxiones euadãt quàm aquosissimae, etiámque mordentes quàm minimùm fiant, multis scilicet calẽtibus balneis, maza, percoctis oleribus iisque pinguibus vniuersis; piscibus cartilagineis, cepa & coriandro medicatis in aqua marina dulci: (coquenda autem sunt cum adipe multo) carnibus etiam omnis generis, praeterquam bouis & caprae (decoquenda enim haec sunt cum aneto & fœniculo) mellito vino, fuluo, aquoso, & largiori potione lactis cum vino dulci.

Quae ad colluliones autẽ spectãt reliqua, perfici ea debẽt iuxta supradictum modũ.

Atque haec esto quidem huiusmodi fluxionum curatio.

Quaecunque contrà & purulenta & compacta fundũtur, totum quidem earum corpus nihil mouere oportebit, sed eluere, & postea totam curandi rationem aggredi & suscipere.

Operæpretium autem est iisdem nunc collutionibus vti quibus antea vtendum diximus, eodem modo. 31 Κλύζειν δὲ τοῖσιν αὐτοῖσιν χλύσμασιν, οἷς πρόσθεν, ὥσπερ καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον.

Describentur verò à nobis & aliæ 32 *postea.* Γεγράψεται δὲ καὶ ἄλλα χλύσματα.

EXPLICATIO.

Quon cum superiori præsens cohæret oratio, consequentia digito quasi demonstrabunt. Sed ante omnia apud se perpendat vnusquisque (rogamus) an ratum hic esse debeat, vlcus non tantùm nomine ἑλκώματος, sed causas quoque quæ vlcus faciunt, significari. Hîc portò etiam nunc statuatur, quòd quemadmodũ varij sunt modi curationis vlcerum quæ in vtero suboriuntur, ita commune esse quiddam, quod in illis percurandis nunquam prætermittendum erit. Adscriptæ sunt causæ apud Hippocratem, vbi pro illarum diuersitate variam instituit curandi rationem. Commune quod dicimus ac vtrobique persimile, est; intentum esse scilicet oportere semper in hypothesi ἐς τὸν ὅλον σῶμα, ad statum totius corporis: vt eius nimirum spectanda habeodaque ratio sit vbique tum continenter. Deinde vt secundo loco præceptum curationis illud quoque præcipuum esse intelligatur in iis vlceribus: spectandum nempe vbique sedulò, an quod est enatum vlcus in vtero, causam habeat colluuiem corporis vniuersi (huius enim cura potiot habenda tunc esset) an ipsemet vterus sentina quidem sit, vt quando vitium inest (ὧν ἀπ' αὐτοῦ) in hoc ipso tantùm, nec aliunde eò defluit & illabitur. Deinde huius quoque vtriusque notas signat oratione facili & cum artificio summo & admirabili. Γνώσει δὲ, εἰ ἀπ' αὐτοῦ, discernes verò (ait ille) sic, an ab vtero: Notas autem discriminis huius vt certissimas tepetit ab excrementi quod ex vtero fertur, substantia vel diffluente vel consistente quidem atque compacta. Siquidem καθαρσιν hîc iustè excrementum vertimus. Ad huius diorismi explicationem priusquam accedamus, videtro, si molestum non est, num iis ipsis signis hoc quoque meritò possit adscribi: siquidem aliquando ex huius eiusdem scriptis haustum sit: quòd quæ funduntur scilicet per vtetum ex toto corpore, copia vincant ea quæ ab ipso vtero tantùm. Iure enim quid non liberalius erit excrementum totius quàm partis? Expendamus ergo qua nunc de causa quod excernitur, consistens esse debuerit ac puris consimile: idémque ipsum diffluet alias & comparebit aquosum. An quia quod hîc eroſum excidit ex affecta parte, dum aliquãtisper in ea manet, cultum subit & quendam pepasmum recipit, ideóque quodam pacto siccescens incrassatur & magis consistit: contrà autem quod fertur ex toto corpore cacochymo in partem, detentum antea venis & per earum tubos diffluens alias decurrénsque, naturæ tandem ope & consuetudine quasi depulsum in eandem partem sensim illabitur, è qua etiam statim propter copiam excidit aut potiùs stillat, tanquam redundans quiddam & excrementitium? Etsi enim ora venarum semper aliquantum dehiscant in vlceribus vteri, vlceratæ tamen partis natura visque eius retentrix dum feret & satis potens erit, sanguinem effundi nunquam permittet, nec quidquam eius elabi, sed vt ipse est familiaris & amicus, eum continebit strictissimè non secus quàm in hydrope. Ichor contrà (siue sanguinis potiùs portio quædam tenuis) quo semper perfusus sangnis diluitur ad motionis fluxionisve facilitatem, ex vlcerata parte primùm effluit tantisper dum (inquam) pars potens erit & dominatrix. Nam vt primùm hæc fatigata fuerit vis retinendi & fracta vlceris morsu, tanto sæpe impetu sanguis prorumpit ab vtero pro ichore, vt nec tum sit modus nec finis vllus ad necem vsque. Inde adeò magnũ vteri vlcus hæmorrhagia exuperans & immoderata, quæ præsentissimum vitæ periculum creet, tandem sæpenumero consequitur. Vbi verò ichor aut tennis pars illa in concretione sanguinis munere suo defuncta est, tractrice vi renum tũc reuellitur & per aquæ ductus fertur in vesicam, vt postea foras propellatur. Vt & eius quædam portiuncula per diaphoresin dissipata, euanescit in auras: aut etiam non vsque adeò exteuuata per sudores ad cutim depellitur & transcolatur. Exbuius seri profusione vlcera sordescunt ferè vbique locorum in corpore.

lib. de nat. hum.

Ὅτι μὲν οὖν τρία πάντα, τὰ *de causis quæ tennes fluxiones erunt*, &c.] Est conclusio ex superioribus per assumptionem, quæ varios io se pharmaciæ modos complectitur. Omnium primus est qui suscipitur per catharticum omnino duplex. Purgationi verò quæ fit nunc per inferiora, eam præmitti instit (προτέρα δὲ αὕτη ait) quæ per vomitionem suscipitur. Quò, credimus, excrementitij humoris untus propensióve ab inferna parte reuocetur, aut si quis inerit eius impetus ab incœpto. Nunc igitur reuulsioni primas tribuit dum ad vlceris curationem aggreditur Hippocrates. Vnde si quis queat fructus percipi, in ea perseuerandum putat oportere, aut saltem (αὖθις) iterare. Ad perceptionis autem fructus tres oortas attendite. Si enim Medicus per vomitionem reuellendo profecerit, (ῥύσιμον ἐκάστου χίνητος) in primis tantundem detrahitur de copia humoris qui in vterum illapsus ex vlcere manabat continenter, quantùm mulier vomitione reiecit. Vode etiam sequens consequatur vtilitas, καὶ ὑπόπτεσις. Ac proinde qui finit humor non ita mordebit postea nec punget, mitioris & boni moris factus & conditionis. Euasit nempe mitior ex accidẽti per purgationem, quum eiusce partem mulier vomuetit, cuius permixtione ferocior molestáque magis fluxio reddebatur. Quæ quum ita sint, vt primùm vomitione copia humoris fluentis minuta sit per reuulsionem: eodémque modo de qualitate & acrimonia humoris detractum quoque sit aliquid (quantitatis enim noxiæ & alienæ qualitatis stimulo susciteri natura solet ad excretionem) mirum ne videatur, si (ἡμαιόνται) fluxiones ipsæ aliquantisper intermittant? Hanc verò tertiam statuimus

tuimus & enumeramus inter ſignatas vtilitates. Alienum ſiquidem opinemur in accuſandi caſu accipere. & veteres vtroſque interpretes imitando ad purgandi munus ἐξαιτίαν referre, hoc eſt ad Medicum. Quandoquidem de fluxionis continuatione intelligi hoc debere apud nos cogitemus cum Hippocrate.

Μετὰ δὲ φαρμακείαν, *ac poſt purgationem*] Conſilium Hippocratis primum fuit in tenui fluxione ad vterum, reuellendo impetum humoris ſurſum reuocare explicato modo. Διαιτᾶν διαίτῃ ξηρῇ] Deſiccans victus ratio occupabit ſecundum locum. Curſus etenim humoris hoc pacto per interceptionem rumpitur permagno ægrotantium commodo valetudinis. Quanti ſit autem momenti victus ratio ad valetudinem, ediſces facilè ex libris de victus ratione acutorum, aphoriſm. primo, quarto de morbis, & lib. de ſalubri diæta, & tribus de diæta libris apud Hippocratem. Si enim copia humoris ſit fluxionis cauſa, quid promptiùs eam deſtruat quàm quod pollet viribus ſiccandi? Exemplis aliquot demonſtrauit Hippocrates contrariorum ope profligari contraria: idque in vniuerſum. Siquidem καὶ τὸν λιμὸν ἰσχναίνοντα dicebat in aphoriſmis.

Διαιτᾶν διαίτῃ ξηρῇ] Mulierem exoptat Hippocrates beneficio diætæ reddi quàm ſiccitſſimam. Εἴη μάλιστα (ait) ξηροτάτη ἡ αἴθριος. Atque vt ſæpenumero eſt hic interpres ſuæ mentis, alia quoque de re hũc exponit locum Hippocrates quàm de eduliis. Ait enim ἴσως δὲ, ἵνα αὐτὴν πυκνῶς, *fiet id porrò*, &c. Siccante quidem cibo per dies ſingulos paulatim perfici poteſt, quod eſt nunc ab eo propoſitum: ſed id etiam per ſuffitum tertio aut quarto cur die tantùm? An quòd ægrotantis vires vix alioqui ſufficiant, nec ſetendo ſatis eſſe poſſint continuando? Medendi quidem & nutriendi eſſe debet quædam viciſſitudo. Remedium & hoc aliud vult (ἐπὶ πλεῖον κάθῃς) ſimul atque deſierit ſuffitus, vſurpari. Ἐμέτου πάσης] Humidum nempe quo ſtomachi ſundũ natat, vomitione reddi. Quanam togamus de cauſa? Ne quod fortè liquefactum calore ſuffitus per gulam è capite in ventriculum irrepſerat, vtero malè habenti negotium faceſſeret & moleſtiam inferret, & quaſi prælum redintegraret. Quartum etiam eſt quòd ab hypocauſti vſu inbet Hippocrates διαιτᾶν ἀφύσιον, vt maneat mulier non obſita quidem pannis, neglecta & in immunda illuuie, & ſqualore, Pythagoreorum more ſcilicet, lib. 4. apud Athenæum, (ſiquidem ſordes ſatis detergeantur ſuffitu in hypotheſi) ſed vt ſeſe à balneo contineat potiùs, & iure quidẽ imperat, vtque maneat illota. Balnei namque repor prætequam quòd humectat nimiopere, multa in eo etiam requiruntur, quæ ſi prætermittas intet medendum, pecces graniter in ægrotantis ſalutem. Verumtamen quum debeant mulieres ex inſtituto Hippocratis diæta vti ſiccante, quonam modo (ὑδροποσίην) eis aquam modò offert in hypotheſi? Credimus te vera abſtemias deſideraſſe noſtrum nunc Hippocratem. Vix enim quum ſine potione mulier degat, ac vinum conſueuerit, vt eſt καρηβαρικὸν, caput non ſolùm opplere & grauare, ſed & fluxiones quoquouerſum concitare; hac de cauſa eàque iuſta mulieres maluit & iuſſit aquæ potiùs vti potione quàm vini: Non diſſimiliter quàm pane veſci ad vitæ tenuitatem (credimus) & ſiccitatem corporis vniuerſi. Ac in eundem ſemper ſcopum (ὄψῳ δ' μηδενὶ) ſine opſonio vllo, præterquam αὐχμηρῷ ἀκράτῳ μέλανι, vino meraciori nigro. Fortaſſe verebatur Hippocrates, ne opſonio opulento quodam inductæ ad epulas ſeſe mulieres liberaliùs inuitarent. Quo ex loco notabitur obiter ad ampliorem dictionis huius Grammatiſtarum ſignificationem, vinum etiam duci in opſoniis ab Hippocrate. Siquidem opſonium omne inter edulia tantùm ipſi hactenus recẽſuerint. Sed quid non etiam nunc Hippocrates, vt ſuprà, vini interdixit vſu? Ἀκράτῳ] Exiſtimamus Hippocratem conceſſiſſe merum mulieribus, vice medicamenti. Qua de re etiam adiunxit eodem loco (μέλανι) vtendum eſſe nigriori. Præterquam enim quòd eas cupiebat modò aquam bibere, vti explicatum eſt, nunc etiam aſſumi meracum volumus oportere: ſed paucum intelligit ſemper in ſcopum eundem, hoc eſt ad deſiccandum. Adde etiam, quòd eſt ſubnigri vis vini vias conſtringere, quibus delapſus humor qui eſt in vitio, ad vterum corrueret partem vlceratam in hypotheſi. Verùm etiam (κεχρῆσθαι δὲ μηδενὶ) omni interdixit olere Hippocrates, eadem (credimus) ratione qua opſonio diximus nuper interdixiſſe. Se ſecus autem longè res habeat (ὅταν ἐμέτων ἀναγκαίως) quoties iuxta Hippocratis inſtitutum medendi, vomitio cienda erit. Huius verò methodum exponit per regreſſionem. Nam tum ſuſque deque ferenda erũt illa quæque præcepta medendi ſuperiora, quorum conuenit nos ſemper eſſe memores, quòd ſit antitheſis cuique aperta magis & nota eorum cum conſequentibus. Inprimis nunc enim olera multa, ſed (ἐμπαίειν) ad ſatietatem, concedit: attamen (ἁρμόσει) quæ ſint acria nempe ad perturbationem. Nec hęc quidem ſaris, ſed intentus perpetuò ad vomendum medicus, (ἐπὶ τὸν πυκνὸν) indulgebit & permittet ciborum omne genus, quippe quia longè plus eorum tunc ingeriſur qui ingentem faciant perturbationem ſtomachi, eóque modo vomitionem faciliorem. Καὶ ὕδρη] Et opſonium quodlibet, ſcilicet gratia vrgentioris plenitudinis. Vini copiam mulieri etiam facit, ſed ὑδαρῆ, aquoſiorĩ; quò magis ſeſe ipſa opplext, & eius copia fluctuet ventriculus, vnde eodem modo maneat paratior ſemper ad vomendum.

Καὶ λοῦσαι] Balneum denique à ſuffitu concedit; vt quod reiici vomendo oportebit, & paratius ad id ſit & promptius ſemper aliquanto: & viæ dilatatæ magis pateant in ſcopum propoſitum. His artibus vtrique fluxioni Hippocrates conſueuerat (αὕτη διεγεῖραι) ita mederi. Sed (ἅμα δὲ ἅμα) communis vtrique is erat modus medendi Hippocratis, vt quinque quæ ſequuntur remedia nunquam prætermitteret. Iſta verò ſunt, purgare, vomere, ad cutim reuellere quaſi ventrem ſuperiorem per ſuffitum proliciendo ſudores, (ſic enim αὖθις ἴλλειν viſum eſt nobis explicari oportere: ſiquidem ſumus memores nos inferiorem & ſuperiorem ventrem pro mente Hippocratis conſtituiſſe ſententia quinta comment. primi) victus ratione (ξηραινούσῃ χρέουσαν) opportuna ſiccare, (καὶ ἀφύσιν) & continere mulierem in illuuie, hoc eſt ſine balneo & vlla lotione. Quæ vniuerſa, ſi placet, pertineant ad antecedentis cauſæ de-

clinationem. Quæ verò coniunctam deſtruunt, communia omnia ſuot tam detergendo vlceri quod in vtero ſupereſt ex fluxione beneficio ſuperiorum remediorum exhauſta, quàm perſanando ei quod cauſas oon longiùs educit quàm ab vtero. Iam verò quæ iſthæc commuoia ſunt, ſi placet, ex Hippocrate recenſeamus, vtero dicara vniuerſa. Vtero nempe ſua remedia adhibere præſens nunc eſt ptopoſitum Hippocratis, cuius verba ſequuntur, *τὰ δὲ ἕλκεα χρὴ τοιαῦτα ἴσθι*, *vlcera autem quod ab vtero, curatio ſit huiuſmodi.* A leuioribus autem & facillimis initium curandi facit. Ergo (*πρῶτα*) in primis fumante ſambuci decocto fouendus vterus eſt. Nunc enim ſic *πρῶτα* verbum vertimus. *κνησμὸν μετὰ τοῦ πρώτου*] Remedium ſecundum erit, quo ea quæ ſotu præparata videri queant, ſmegmate ſcilicet duplici, paulatim abſtergantur. Sic verò dictum eſt Græcis quod deterſioni vtile & aptiſſimum medicamentum. De vario ſmegmatis vſu Aëtius plurimis locis & Dioſcorides. Smegma hic duplex dicimos cum Hippocrate, (*ἀκροτήριον*) meracius ſcilicet vnum notauit, quod detergendi tanta vi pollet, vt quaſi rodat aut radat: ideóque hoc pntat vſurpandum (*ὡς μὴ σπανίζει ἰῶ τῶν ἕλκεων*) vbi putredo qoædam tanta ioeſt in vlceribus, quæ (*ἀπόστασις ἀεώδεα*) graui excrementorum odore detegatur. Quemadmodum vſurpatut aliàs alterum, quãdo ſcilicet nihil eſt huiuſmodi. Facit idem tameo hoc quod prius, ſed paulò aut multò imbecilliùs, quia (*ἀκροτήριον*) oempe dilutius.

Μετὰ δὲ τοῦτο ἐλαίῳ] A ſmegmate quod leuiter radeodo terget, cur myrti & ſaluiæ foliorum decocto fouet vlcera vteri? An ad robur partis & inducendam ei cicatricem potiùs quàm deterſioocm? Myrtus cap. 128. Dioſcoridi lib. 1. veſicæ roſioot & partium extremarum exulcerationi ptodeſt, ſed laboranti fluxione vtero lõgè magis. Etiámque decoctum ſaluiæ vlcera tetra purgat: ſed ſi verum eſt id quod apud Aëtium tradunt, eiuſdem foliorum ſupra carbones caodentes ſuffitu liſtuorur menſes immodici, vt & muliebre ptofluuium. Vnde non niſi poteſt ex vſu eſſe quàm maximè.

Μετὰ δὲ τὸν ὦμὸν κυάθου, postea verò colluere vino] Pet ſupradicta remedia tem ægrotãtis eò veniſſe coofiſus Hippocrates, vt vlcus ſatis detetſum videri poſſit; huius etiuſdem periculum nonc tamen facit ad maiotem fidem & cognitionẽ certiorem. Id quod dum facit, lotione vtitur ex vino albo, vt quod propter tenuitatem partium penetret magis; & meraciote, quod actius longè eſt & mordacins: etiamqoe tepido, ne viam ptæcludens ſuo frigore promptiùs agendi occaſionem præripiat ſibi, inſtar omnis rei frigidioris.

Ὀδύνας δὲ δάκνοντος ἔσται, quum autem mordetur] Iam id exploratum habet Hippocrates, cuius cauſa noper inſtituerat plura lotionis geneta: ſcilicet depurgatum vlcus eſſe ſatis deptebeodit ex morſu. Quo ex loco quidem noſtra primùm interpretatio de ſotu quem vini petfuſione perfici nunc ipſe volebat, confirmabitur. Ac præterea præceptum ad praxin ſtatuirut apprimè vtile, nimirum (*τὸν ὦδε καθαρσίου*) tantiſper vterum conuenienter ſoueri opottere detergenribus, dum morſus aliqois ex ſotu perſentiatur in vlcetata parte. Siquidem faciat hoc pleniſſimam fidem de munditia, vt dicam, & vlceris purgatione ſufficienti. Quo in ſtatu quando tes ægrotantis conſtituta fuerit, (*κυάθου οὖν χρὴ*) pto ſotu lotio erit vſurpanda ex iis quæ minimùm detergeodo partis quoque tobur augeant. Namque gratia huius poſt ſmegma ex vini fæce dilutius, perluit partem vino *μέλανι*, ſubnigro.

Μετὰ δὲ τὸν οἶνον] A lotione quæ vino fit in vtetum infuſo, Hippocrates vlceraram partem oblinit vngueoto, quod cum (*πτιλῶδες*) axuogia ſuilla recenti cõficitur, & quadam parte adipis anſerini. Verum tamen haud nos præterit *πτιλῶδες* & *χὴν* inter ſe diſcrepare pro Ariſtotelis iudicio lib. 3. de hiſt. animal. cap. 17. Quem locum Latinè viſus eſt expreſſiſſe ſibi Plioius pro outu ſuo cap. 37. lib. 11. Notatum attamen exoptamus obiter, *πτιλῶδες* vſurpaſſe hîc Hippocratem de quadrupede: de bipede aotem *ὄνυκα*, ne paulò ſcilicet diutiùs vertendo immoremut. Atque etiam oos à rei veritate deceſſuros minùs arbitramur, ſi quod *ἐλαφρὸν* de oliuis vetus vtrque dixit interpres, nos *ἐλαίου* retinendo, nota ſcilicet accentus commutata eiúſque loco, de adipe interpretemur. Quum enim ſit authoris animus recenti ſuillæ pinguedini miſcere adipem anſerinum aut gallinaceum; huius copia vtriuſque ſi forte deerit, aliquem ipſe ſubſtitui maluit ex vetetibus & vſitatis quàm oullum. *Εὐπεψίαν* enim petſtudioſus Hippocrates noſter perpetuò fuit. Quòd autem ſuillus adeps ſit omnium animantium humidiſſimus, vnde diffluat inſtar olei quàm facillimè: quódque vi præſtet emolliendi maximè, docuit nos Aëtius ſermone 11. tetrabibli primæ cap. 152. Eodémque authote anſerinus tenuitate partium excellit. ideóque iofundi paratiſſimus & vtilis eſt his qui io cotpote penitiori morſum perſenriunt. Siquidem tota corpora peoetrat ſua tenuitate ſumma, vt humoribus ſeroſis mordacibus permixtus, eorum tetundat & hebetet (ait ioterpres) mordacitatem. Inter bonc vtrumque medium locum tenet gallinaceus itémque, vti ſcriptum eſt, gallorum. De iis alia plurima eodem loco, vt & apud Dioſcoridem, etiámque Galenum.

Ἀλλὰ τῶν, ὀρνίθων] De voluctrium geoere huoc locum intellexit Cornarius interpres, quum de gallioaceo intelligi poſſit longè veriſimiliùs; ſiquidem ſit *εὐπεπέστερον* temedium, inuentu perfacile. Tanti ſit autem *εὐπεψία* Hippocrati in remediis, vt ſi quæ excellũt, deſint; alia ipſe in locum capiat, quæ ſimile quid præſtant quàm proximè. Hac ratiooe (*ὡς δὲ μὰ*) ſi gallinacei adipis copia, vt eſt dictum, non erit; *τὸ ἐκ τῶν ἐλαίων παλαιὸν*, eum ex adipum genere Medicus potiùs vſurpet, qui neglectus etiato ſortuitò veruſtatem acceperit, quàm nullum. *Τούτῳ χλιαρῷ κυάθου*] Perfundat hoc verò tepente vterum explicata de cauſa.

Μετὰ δὲ, τὸν οἶνον ἐς ὑπερ, postea autem vinum infundere] Nos hic præmittete quædam neceſſe eſt, vt & ooonulla immutare io Græco Hippocratis ſermooe, priuſquam implicatam eius declaremus ſententiã; vnde vix nos etiam fortaſſe expediamus. Nimirum eſt oratio ſuſpendenda primùm poſt *μετὰ δὲ*, ſiquidem inücere vinum per clyſterem oporteat; ac *μετὰ δὲ* ad ſuperiora referre. Expendendum deinde ſedulò, ſi pro *ἰχῶρα* noo debeat legi *ἰχῶρ*, vt ſit eiuſdem modi atque quod proximè antea, *κυάθου*. Arduum eſt valde de tertio iudicium, vt ſequitur. Ad quid nempe referri *ἐλαιώματα* dictio poſſit, quum *ἐλαιώματος*

κώμασι probabiliùs videatur retinendum & ad ὄμφα vteri pertinere verisimiliter. Postremo loco πυκνῶς sine ς legimus, quanquam fortasse perperam. His positis sic videatur peropportunum exprimere animi sensa Hippocratis. Non secus autem (ni nos opinio fallit) ounc vinum infundi cupit in pudendum, ad os vteri vsque; quàm uoo ita pridem in eius cauum. Quom verò fiot huius partis vlcera quàm illios periculosa magis, & difficilioris multò curationis; iustis quidem de causis, quæ ad vlceratum vterum ex arte præscribi poterat ratio curandi, eam præcessit quæ nunc instituitur ad vlceratum illius oscillum. Iotet prima autem hoc erit remedium, si videbitur, vt ὡς ἔπιπαν πυκνῶσι, in alterum clysterem (ex quibus verbis vnum iam scilicet hystericum præcessisse coniicere & commemorare licet) ὡς ὄμφα, oculi hysterici gratia; vinum infundatur. Ex qua quidem perfusione vini meracioris (Græcum verò nou sequemur exemplar, quin potiùs versionem noo negantem Cornarij interpretis) ἰὼν ἐλκώμενον, si vlceratum vteri os erit: Caluus interpres alter ἐλκώμενα de tractione exposuit, quasi ἐλκόμενα in suis codicibus scriptum habuisset, quod etiam quia vinum colluendo mordebit aut minùs, discernitur certissimè; confectum tunc ex emollientibus linamentum eò immittendum Medicus curabit ad illius scilicet diaguo sin paulò certiorem. Atque etiam tum si fortè καῦμα, ardorem quendam vini vsus induxerit, subtracto inde eodem ipso (ἀφῃρημένου τοῦ χυμοῦτος) perstudiosa sit mulier necesse est, vt ad eam partem proluatur eodem quo antea, repente decocto. Quum enim earum partiom morbus idem tunc fuerit ex hypothesi, earundem ipsarum idem quoque remedium esse quid vetat? Alia si tamen in posterum occurret lectio, aut quoddam Græcum offeretur aliud exemplar; minùs tunc pudebit aliam quoque ex oobis expositioem quæ in meliorem commutata sit, producere & eam explicare.

Ἢ δὲ πρὸς τοῦτο διαιτα, quòd si ne quidem ad hanc diætam, &c.] Magnum hoc Hippocratis artificium est in proposita fluxione exhaorienda, siue diætam, siue remediorum, quorum perplura sunt sanè, genera animaduertas. Conabatur Hippocrates antea omni arte & industria, vt qoàm maximè ἐυπρόσωπος mulier euaderet ficca. Ἢ δὲ πρὸς τοῦτο διαιτα] In qua & tor præscriptis ab eo remediis si nihil quicquam tam efficax est, vt etsi eorum ope omnium (ἐπιόντων δὲ) imminui fluxio possit, nequeat attamen prorsus exhauriri (imminui verò intellexit ita Hippocrates, vt æqualis oou sit humoris copia influenris in vterum, sed aucta vis eius tandem tantopere, vt (διάπυησιν σφοδρὴν) vehementer mordeat) commutanda (μεταστέον καὶ τοῦτο διαιτῆ) ratio victus videatur, quemadmodum exponetur pluribus postea, si priùs dixerimus quid fluxionem mordentem efficiat. Eiusce verò duplex est omnino causa. Καὶ τὸ ἀκηρίωτον καὶ τὸ ἐν τῷ ἐξω ὄμφ] Permixtio scilicet influentis humoris bilioši aut quidem salsi, hoc est pituitæ quæ ex mora putrediuem conceperit per suppressionem. Nec (σφοδρὴν) tantùm ideo morsus vehementioris fluxionem censebimus, quòd actiùs rodat aliquam partem vteri; sed (καὶ μὴ μόνον τὸ ἔνδον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔξω ἐλκοῖ) quia potiùs non vlceret solùm internas partes, sed etiam exteriores. Externas modò appellamus quæ sunt infra oseulum vteri. Atque hic sanè locus nubis interpretationis superne dedit occasionem. Quando nimirum de posteriori clystere facientes verba, os vteri volebamus eo perfundi tantùm, noo vt priori, vteri fundum: & ἐκκώμενον pro ἐλκώμενα legi scilicet in oumero singulorum. Quum uempe etiam (quod suo prætermisimus loco) μυκτὴρ linamenta solus admittat ductus pudendi, uou autem vterus ipse. Supereſt iam ad commutatioom diætæ regressio. Ex vsu esse uon potuit antea quæ exsiccans rario vitæ erat, (siquidem eius vsura humor influens nimis cōcalesceret) quid optatius aliud ergo contingat, quàm vt (ἐξυγραίνεσθαι πᾶσαν) humectetur mulier toto corpore quibuscunque modis? Quorsum etiam (ἵνα τὰ ῥύμματα ὡς ὑδαρέστατα ἦσι) dilutissimæ quærantur fluxiones ac moderatæ, nisi (καὶ ἧκιστα δηκτικὰ) vt hoc pacto minimùm mordeant? Hic est enim nunc potior medendi scopus Hippocraris. Siquidem quum expers fluxio fuerit omnis acrimoniæ & mordacitatis, solis tum exiccantibus sopradictis possit ipsa intercipi & exhauriri.

Sed (κατηρεῖσι γὰρμοῖσι τοιούτοις) iam diluendi humoris, qui in vterum iofluit, modi sequuntur aliquot. In quibus, hortamur, summam animaduertas Medicus antithesin, siue balneum ex præscripto fiat, siue offeratur cibus aut etiam potio exhibeatur. Quæ vniuersa ad popularem & perfacilem intelligentiam accommodatè dicta videamrur, nisi quòd ἐν ὕδατι γλυκεῖ, quum in muria dulci quædam decoqui oportere, non videretur esse alienum ioterpretibus; vertere maluimus & iubere vt decoquantur cum pauciſſimo sale in aqua, quam marinam diximus dulcem, intenti perpetuò in scopum Hippocratis; qui modò est acriores humores aquosissimos reddere & oou mordaces. Quis enim vnquam in muria cibos incoquat ex hypothesi?

Inter potiones alius est quoque scrupus de vino μελιχρῷ. Voluit Cornarius quòd debeat esse mellei coloris: vt & quod dulce sit, Caluus. Sed hac eadem periodo vini γλυκέος dulcis idem ipse meminit. Ergo expendendum opinamur, an dulce vinum intellexerit Hippocrates sub finem periodi, quod suapte natura sit huiusmodi. Mellirum autem dicatur factitium & effectum artificio dulce, oempe per admixtioueм mellis. Quanquam & eius coloris esse, dici verè tum possit. Κιρρῷ namque fului meminit quod est in rubris, quæ æqualiter distant ab extremis. Nigrum & album extrema ducimus. Hæc autem vt suos gradus habent & amplitudinem; ita & rubro est sua quoque latitudo, in cuius medio constitui κιρρὸν oportere iudicamus cum Hippocrate. Dictum ergo sit Latinè fuluum. Namque ex tertio χυμῶν tria tantùm genera vinorum constituerunt veteres, μέλανα, λευκὸν, καὶ κιρρόν. In quibus singulis licet cogitare plurimos gradus inesse; quid non etiam in medio rubrorum integrum erit fuluum reponere? Nam noo secus vina discrepare existimamus, quàm varietate colorum, differentiis & gradibus inter se mulieres diffidere accepimus ab Hippocrate, primo statim initio libri de mulıebri natura. Sic verò & isthunc locum interpretabimur, si placet, obscr. Quum mulieres quasdam voluit Hippocrates esse εὐπρόσωπος, vino si coloris, hoc est, varij gradus coloris rubei; μέσου τε (ait) ἐμφερούσου ἔχουσι, quippe quæ coloris

vtriusque extremi participes illę fiant, sed eius tamen magis à quo propiùs abesse spectantur. Erunt mulieres μέλαιναι uigræ, vnius extremi. Sunt etiam ὑπόλευκοι, candidissimæ, alterius.

Τὰ δ' ἄλλα ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον αὐτῶν κτλ., &c.] Ad diætam formas clysterum addit ex vino temperato aut meraciori, de quibus hoc eodem capite modò diorismus & explicatio præcessit perfacilis.

Αὕτη μὲν οὖν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, atque fluxionum huiusmodi hæc esto posita curatio, scilicet in pharmacia explicato modo, siue fluat humor tenuis ex cauo, hoc est vlcerata penitiori parte veteri: siue infra os eiusdem vlcus ortum sit, vnde idem perpetuò effundatur humor perteuuis.

Οσα δ' παχέα καὶ ξυστατικὰ ἄνευ, quæ autem tum purulenta, tum crassiuscula excluduntur, &c.] Pars est hæc altera superiæ partitionis, in qua de varietate agebatur excrementorum, quæ omnino duplicia fecerat nuper Hippocrates. Aut enim è toto ferebantur corpore, eáque tenuia erant, aut ab vtero. Hæc verò erat puruléta crassáque purgatio, cuius rationem vtriusque suo loco reddidimus. Ergo hic curandi modus alius sit à superiori necesse est, siquidem alia causa morbi huius quoque sit; quam uon altiùs repetendam quàm ab vtero priùs diximus ex Hippocratis sententia, eáque de causa soli huic remedia quælibet adhiberi oportere.

Τὸ μὲν ὅλον σῶμα οὐδὲν δεῖ κινεῖν] Nullo autem pacto corpus tunc mouendum esse, nc quidem alterutra purgatione: uou inferna, noo vomitioue, non denique pharmacia. Nec obseruanda ea methodus est, nc quælibet conditiones diætæ erunt hîc etiam retinendæ, quas Hippocrates enumerauit in oratione. Erunt autem in iis suffitus & vomitionis quædam vicissitudines. Erit illuuies, & aqua, potus: vt & panis, cibos: & quæ eodem loco scribuntur reliqua, eáque sanè plurima.

Κελεύει δὲ, καὶ νῦν πάντων τῶν διηγημένων πεῖραν ποιεῖσθαι] Is ergo solus esto ad perfectam mali huiusce curationem, collucudi vteri modus, eius continuatio ordóque, qui suo quoque loco ab eodem Hippocrate modò dictus fuit. Cætera remedia spernantur nuuc vel hoc monitore Hippocrate, quæ toti corpori eodem loco erant dicata. Itaque iam audiamus alias (si nou erit molestum) colluciones vteri, quæ ad posita vtrobique vlcera conferre queant.

SENTENTIA QVINTA.

Atque hæc etiam ad vlcerum sanationem pertinebunt.

1 Ελκῶν ἴησις.

Recens axungia cerui in pessarij formam supponatur: sed eluere vino decocto priùs oportebit, optimum fuerit tamen ceruſam affundi, *quando vlcus permanebit, & narcißinum* quidem *oleum.*

2 Ελάφου σίαρ χλιερὸν τροχαθετέον· κλύζειν δ' χρὴ αὐτίκα οἴνῳ σιραίῳ, κρατίσῳ δὲ ψιμυθίῳ, ἢν ἕλκεα ᾖ, καὶ ἐλαίῳ ναρκισσίνῳ.

Cibis interea quàm maximè emollientibus vtatur ipsa *semper, & non acribus.*

3 Σιτίοισι δὲ μαλθακωτάτοισι χρῆσθαι, καὶ μὴ δριμέσιν.

Quòd si sorde inquinatum vlcus erit, & serpat, & mordeat vicinam partem; purgare id, & producere carnem recentem, etiámque in cicatricem perducere (etenim ibi tum *non ægrè vlcera relaxantur, ac induunt* sæpe *peruersam naturam) & sæpenumero lauare.*

4 Ἢν δὲ ῥεροπωλύα ᾖ καὶ νενέμηται, καὶ τὸ πλησιαίτατον χαροῦν δακνῇ, καθαίρειν, καὶ σάρκα φύειν, καὶ ἐς οὐτλὰς ἄγειν τὸν ἕλκεα (ῥηιδίως γὰρ αἰσχαλᾶται, καὶ κακοήθεα ἔχει) καὶ λούειν συχνάς.

EXPLICATIO.

PERTINENT hæc, quemadmodum videtur, ex hypothesi superiore, qua pute vlcera sordere & consistente excremento nuper posito est. Eorum verò ἴησις etiam, sanatio, aliis prioribus his tribus remediis poterit procurari: pessario, lotione per clysterem, & cibis qui alium quàm maximè emolliant. Non acribus, oe eorum scilicet vsu incandescat malum vteri. Quia verò perperam fortasse præposuerat pessarium τῇ κλύσει, lotioni quæ instituí, solet per clysterem, ideo addidit, si rectum iudicium est, ea cautione & conditioue indi pessarium oportere, vt αὐτίκα, priùs (sic enim nunc placuit αὐτίκα exponere) eluatur vterus οἴνῳ σιραίῳ, vino decocto, hoc est sapa aut defruto, quippe quæ differant inter se solùm coctionis gradu. Iure autem vino tergetur sordes vlcerum, prinsquam pessarium intromittatur, quemadmodum fieri oportere suprà imperauit frequenter Hippocrates. Quibus si non cedat vlcus remediis,

(κρίσιν

(κράτιστον δέ) conducet quàm maximè ceruſam in vino, quum videbitur ex vſu, diſſoluere; aut vnguentum confectum ex narciſſi radice. Eorum quippe vis eſt ſiccando quàm tergendo magis prodeſſe. Vnde ſi fortè vlcera ῥυπτικώτερα ἦ, tantopere ſordeſcant, (καὶ πυϊμώτερα) vt ſerpant longiùs & depaſcantur quæ ſunt in propinquo partes; (καθαίρῃ) tunc opus iis ſit quæ vehementiuſculè detergeant. In quorum vſu tantiſper erit perſeuerandum, dum (νέαν σάρκα φύωσι) caro ſub naſcatur recens: (καὶ ὑγιὲς ἀπεργάσῃ) cui, ſi modò ipſa erit laudabilis, induci cicatrix facilè queat.

Καὶ λίην σχολῇ] Ac tum lanare mulierem ſæpe oportebit, ad tempetiem ſcilicet. Alioquii enim verendum eſſet, ne quoddã in parte incõmodum cõmuni corporis vitio foueretur. Cæterę namq;, per patentheſin, ſcripta debent legi, nempe (ῥᾳδίως δὲ αἰσχαίνεται καὶ κακοήθεα γίνεται) quia, ait, vlcera facilè relaxantur. Vt ratio ſit, cur quaſi ſtatim carni renaſcenti debeat induci cicatrix paulatim in hypotheſi; quòd pars hæc alioqui leui admodum de cauſa denuo diſſoluatur. Nam euenire vulgo ſolet, quoties vlcera ſunt ὑπὸ ἀπαλῷ, in loco teneriori; vt, quod poſtea dicetur (ἕλκος αὔξεται) augeantur breui, hîc nunc ſit αἰσχαλᾶται, expandantur & relaxentur: quódque hic (κακοήθεα γίνεται) maligna fiant ſcilicet ex putredine; illic omnino idem hæc ſignificabunt, καὶ ἐπὶ τοῦ ἕλκος γίνεται, quemadmodum ſtatim ſequenti capite ſcriptum legetur apud Hippocratem. Sed vt ad curationem redeamus, compertum non eſt quidquam de adipe cerui mandatum memoriæ veteribus: attamen ſi Rhaſi lib. 60. animalibus dicato, ceruinus ſanguis clyſteribus infuſus inteſtinorum vlcera ſanat, cohibétque fluxiones alui diuturniores; an quis præter rem dicat fore, ſi aduerſus fluxionem & vlcera veteri, ſæuum cerui nunc præſcribetur ab Hippocrate? Ex eo autem peſſarium conficere ſolitus ipſe fuit. Ceruſam variis modis confecit Dioſcorides, aduſſit & repoſuit: Quódque hyeme poſſit parari etiam voluit, ſiquidem idem quod Sol, præſtet aſcendens calor, ait. Præter quas multas tribuit ille dotes eodem loco; quæ enim (ait) excreſcunt in vlcere, ea reprimit, & perducit id ad cicatricem. Magna ergo ex arte Hippocrates poſt vlcus deterſum ὕδατι τραφέντι, ex cocto vino, per clyſterem; (κράτιστον ῥυσθέν) ex vſu fore duxit partes vlceratas colluì ſiccante ceruſa; aut narciſſo, cuius vis eſt vlcerum ſordes tergere & expurgare, & glutinare quidem præciſos neruos, Dioſcoridi, itémque Galeno in ſimplicibus lib. 6. Ac quod ad rationem attinet vitæ, vti cibis mulier tum debet μαλθακωτέροισι, aluum emollientibus, quò educatur nimirum ex ea ſemper id, cuius præſentia fieri poſſent omnia grauiora & vlcera magis ſordeſcere. Eadémque ratione (μὴ δριμέσι) acriorum eſu interdixit Hippocrates hoc eodem quoque loco. Dioſc. 155. lib. 4.

SENTENTIA SEXTA.

Ἢν δὲ γυνὴ ἐκ ῥωσιηνοῦ ἕλκεα λάβῃ, ἢ πεσσοθέτιον δριμέσιν ἐλκωθῇ τὴν μήτρας (οἷα πολλὰ γυναῖκες ἀεὶ πρόσθετα καὶ ἰητρίνοισι) καὶ τὸ ἔμβρυον φθαρῇ, καὶ μὴ καθαίρηται ἡ γυνὴ, ἀλλά οἱ αἱ μῆτραι φλεγμαίνωσιν ἰσχυρῶς, καὶ μεμύκωσι, καὶ τὼ κάθαρσιν ἐκ οἷά τε ὦσι πρόσθεμεναι, εἰ μὴ τὸ πρῶτον αἷμα τὸ ἐκ τοῦ ἐμβρύου· αὕτη ὧν μάλ' ἰητρίνηται, ἐκ τοῦτο ὑγιὴς ἔσται, ἄφορος δέ. 1

Quòd ſi mulier ex abortu vulnus accipiat, aut acrioribus peſſarijs fuerit vlceratus vterus (qualia in ſe multa mulieres experiuntur ſemper dum ſibi mederi ſtudent) & fœtus corruptus fuerit, & mulier non expurgetur, ſed ipſi vehementem vterus inflammationem crearit, vnde & ipſe conniueat & purgationem nequeat tranſmittere niſi præmiſſo ſanguine qui eſt in fœtu: hæc ſi curetur mulier, *reſtituetur ſtatim valetudini, ſterilis erit ipſa tamen.*

Ἢν δέ οἱ ῥαγῇ αὐτόματα τὰ λοχέα, καὶ τὰ ἕλκεα ὑγιαθῇ, καὶ ὧδι ἄφορος ἔσται. 2

Si contrà ei ſuopte nutu lochia largiori manu vacuentur, etiámque perſanata fuerint vlcera, ſic quoque permanebit ipſa *ſterilis.*

Ἢν δέ οἱ ἡ μὴ καθαρσις γένηται, τὰ δ' ἕλκεα μὴ μελεδαίνηται, κίνδυνος σπεδυνώδεα ἔῃ· ἐὰν δέ οἱ κάθαρσις ἴῃ τεθυγμένη, σῶσα. 3

Si præterea mulieri purgatio fiat, nec vlla diligẽs cura de vlceribus ſuſcipiatur, verendum eſt omnino ne hæc putredinem concipiant: at ſi eidem ipſi attritæ morbo & extenuatæ purgatio continenter fetatur; actum eſt, ipſa perijt.

Κἢν ἐν τῷ τόκῳ κάρτα ἑλκωθέωσι αἱ 4

Quin etiam ſi in partu valde vlceretur

vterus, non ſecundum naturam iacente fœtu, perpetietur eadem quæ illa cui vlceratus ipſe fuit ex abortu.

μήτραι, τὸ ἐμβρύου μὴ κατὰ φύσιν ἐόντος, πάσχουσι τὰ αὐτὰ τῇ ἐκ ἀβορτοῦς ἑλκωθείσῃ τὰς μήτρας.

Etiámque eaſdem *commutationes, eoſdem quoque exitus* tum *morbus habet, ſiue vlcus ortum habuerit ex abortu, ſiue è partu.*

Καὶ μεταβολὰς καὶ τελευτὰς τὰς αὐτὰς ἡ νοῦσος ἴσχει, ἢν τε ἐκ ἀβορτοῦς, ἢν τε ἐκ τόκου αἱ μήτραι ἑλκωθῶσι.

Si lochia tamen tota tranſmiſerit vterus, *minùs dolebit, niſi prægrandia vlcera fuerint.*

Καὶ εἰ τὰ λοχία πάντα παρέπεσεν, ἧσσον πονήσει, ἢν μὴ μεγάλα ἕλκεα εἴη.

Etiámque ſaneſcit illa breui, ſi eius cura ſedulò ſuſcipitur.

Καὶ μελεδαινομένη, τὸ τάχα ὑγιαίνει.

Quoties autem vterum vlcera occupabũt, omnem eò quamprimùm operam ſtudiúmque conferre oportebit.

Χρὴ δὲ τῷ μελεδοῦ παρεσκέφθαι τὸ τάχα, ἢν ἕλκεα τὸ τῆς μήτρης ἔνῃ.

Quia nimirum quæcũque ſunt in molli parte & teneriuſcula, *citiùs incremento augeſcunt, breuíque putreſcunt.*

Ἅτε γὰρ ἐόντα τὸ ἁπαλῷ, τάχ' ἂν αὔξεται, καὶ σαπρὰ τάχ' ἂν γένοιτο.

Iiſce tamen vlceribus vt aliis ſimiliter reliquarum partium corporis medendum erit, arcendo inflammationem, vlcera *repurgando, replendóque, ac* demum *inducendo cicatricem.*

Ἰητέον δὲ τὰ ἕλκεα, ὡς καὶ τὰ ἐν ἄλλῳ σώματι ἀφλέγμαντα χρὴ ποιέειν, καὶ καθαίρειν, καὶ ἀναπιμπλάναι, καὶ ἐς οὐτειλάς ἄγειν.

Aquam verò dare potui operæpretium eſt, non vinum: ſint *rara* quoque *edulia, non attamen multa.*

Διδόναι δὲ ὕδωρ εἰς πόσιν, οἶνον δὲ μή· σιτία παῦρα, πολλὰ δὲ μή.

EXPLICATIO.

Est hæc hypotheſis de vulnerato vtero, cuius duas tantùm cauſas Hippocrates ponit & reponit hoc loco. Actum antea pluribus fuit de priori, quemadmodum repeti mox poterit breuiter: alteram acriora peſſaria inducunt, quæ ſibi mulieres efformant & indunt in ſcopum à ſe propoſitum, dum mederi ſtudent ipſæ ſibi & fœtum corruptum excludere. Nam (ἔμβρυον φθαρὲν) iſthunc emortuum eſſe audimus ex Hippocratis oratione, ideóque non niſi magno parentis incommodo intus diu detentum coerceri. Nunc igitur cum Hippocrate τραῦμα, vulnus vteri, ἀπὸ τοῦ ἕλκους, ab vlcere, ſi placet, diſtinguatur. Etſi ſæpenumero vt initio libri de vlceribus, confundantur inter ſe, quemadmodum & τραῦμα etiámque τρῶμα eiuſdem quoque ſint ſignificationis comment. ad ſent. 36. ſect. 3. lib. 1. prorrhet. hæc enim leuiuſcula quæſtio ridiculáque caprinam lanam ſpectat potiùs quàm grauitatem ſententiarum. Sed & externa vi vtero τρῶμα infertur: concitatur ἕλκος contrà ferè ex interiore cauſa. ἢν μὲν τρῶμα γένηται, ait Hippocrates lib. 4. de morbis, δῆλον ἐν τῷ αὐτίκα δηλοῦται, καὶ ἕλκος ἐγίνετο. Vbi tamen vulnus factum fuerit, fit quoque manifeſtum, quòd caro (ait Hippocrates) etiam diſſecta fuerit, & vlcus enatum. Vnde compertum exinde ſit ab externis etiam ſæpe creari vlcus. Detur ergo ex hypotheſi & mulier abortiens vulnus acceperit, idque in vteri cauo. Hoc enim euenire ex abortu poteſt, membrana nempe vteri vnguę lacerata, vti antè notatum fuit ab Hippocrate; quando emortuus fœtus nimirum obſtetricis manu vi vellebatur nuper: ſed nunc etiam ex hypotheſi, caſu aut lapſu, fracto & impacto pueri oſſiculo in tunicam, verbi gratia, vteri interiorem, quæ tunc temporis quidem admodum tennis eſt, grandioribus maximè puellis propter diſtentionem ſummam eiuſdem ipſius. Poſterior ſit ergo pars hypotheſeos (τοιαύτην ὑποθέσιν) peſſaria ſupponi acriora, quorum ope embryo vita priuatus extrahatur, aut per acria quidem vellicatione facta ſuſciretur vteri ad excretionem.

Οἷα πολλὰ γυναῖκες αὐτὰ ἁμῶσι] Neque verò hoc tempore innouatum videtur, quòd mulieres ſibi mederi pro ſuo conatu conſueſcant. De honeſtis loquimur quæ ſignificationem pudoris & ſpeciem probitatis quandam præ ſe ferunt. Verumtamen ſi ſuis & muliebribus præſidiis lochia ſaltem profunderentur in hypotheſi, poſſet ſic quadam ex parte mulier leuari: ſed (μὴ καθαίρηται ἡ γυνὴ) ne ſtillam lochiorum vl-

rum vllam effundit in hypothesi. Ad quod quid omnino videri queat consequens? Μᾶλλον φλεγμαίνειν ἰχῶρας, nisi vt in ingêtem inflammationẽ vteri ipsa incurrat scilicet, geminata atq; duplicata oppletione & oppressione tum ex puelli corrupti præsentia, tũ copia suppressi sanguinis materni & lochialis; vnde tantopere vterus tumescat, (καὶ μαίνεσθαι) vt eius conniuens osculum concludatur? Quæ causa & hæc quoq; sit cur (πάσχειν τὸ ἀναγκαιότατον, quod verbum sonat Hippocratismum) nequeat vterus foras excludere sanguinem lochialem, nisi is antè effundatur qui est in puero, qnique est eidem ipsi circumfusus, πλείονας esse apud Aristotelem idem quod neglectim emittere & quasi sinere elabi, Budæus existimauit. Sed quum mens sit Hippocratis, vtrumque hic coeffundi & simul propulsari foras, maternum dicimus lochialem, & eum qui in puero est, aut transmitti maternum significare, intacto puerili; isthac de causa asserere maluimus, quemadmodum consequuti videmur, ἀναγκαιότατον idem esse quod foras emittere aliquid per aliud, aut cum alio proücere. Vt & esse duo intelligatur, & alterum transuersum agi per aliud, hoc est vt vnum alterius substantiam traiiciat & penetret viribus naturæ foras depulsum. Quod quia (ἐκ δυοῖν ἓν ὄντοιν) fieri prorsus non potest, idcirco adiunxit, εἰ μὴ τὸ πρότερον αἷμα τὸ ἐν τῇ ὑστέρῃ, præmitti priùs oportere sanguinem, quem puero proximè alendo Natura destinarat. Siquidem mulier simul depellere non possit vtrumque, puerilem hoc est & lochialem. Sed quænam huiusce causa, quæso, excogitari poterit? Viam obturat qui in puero sanguis est, quia extrorsum priorem locum corpus puerile cepit, eúmque occupat, potissimùm verò posita vteri phlegmone. Ergo si via munienda parandaque erit materno sanguini detento & residenti in loco quodam penitiori; nónne qui circum pueri corpus saltem continetur sanguis, foras eiiciendus quoque erit loco priore? Quod sanè deinceps Medicum esse statuatur præceptum oportet ad curationem consequentem. Nam (αὖτη δὲ ἡ ἰατρεύσις) curationem recipit mulier & valetudinem, vt breui saneſcat; si probè & ex arte ipsa quidẽ curatio instituitur: id demum damni passa, (ἄφορος δὲ) quòd non geret vtero: nimirum propter summam quæ illi ferenda fuit, ex abortu molestiam, & propter vlcus vteri coniunctum cum inflammatione. Curatio autem sit huiusmodi, vt sanguis vterque ille educatur, & tutò obducatur vlcus cicatrice.

Ηι δὲ αἱ μετὰ καθάρσιος τῶν λοχίων] Quæ lochialis purgatio si sunpte nutu erit liberalis, etiámque (ἰχωρίδη) vlcera saneſcant, qnæ contraria proximè superiùs hypothesis est; (καὶ οὐδὲ ἄφορος ἔσται) nihilomiuus tamen ipsa sterileſcet, vt non inde minor superſit quàm ex priore posteritati calamitas. Pendebit hoc damnum (credimus) ex amplitudine vlceris etiámque ab vteri ad comprehendendum infirmitate. Vterus nuper rtansfundere lochia non poterat, nunc ipsa quidem erumpunt sponte sua; ac vlcera etiam saneſcunt. Ita sanè sit. Sed non proinde tamen mulier fœcunda superent explicata de causa, etsi etit tum quidem à periculo vitæ secura. Secus se res contrà habebit alùs currentibus lochiis, & spretis interea vlceribus. Ait enim, τὰ δὲ ἕλκεα μὴ ὑγιάσειεν. In qua hypothesi (κίνδυνος ἐπιπολάζει) periculum impendebit à summa quæ ineſt in vlceribus putredine. Tandémque ex perenni eorum profluuio & etosione ita contabeſcens mulier renuabitur; vt (διὰ τὸ πάντοτε ἐπιρρυήμειν, δύσιν) superueniens purgatio lochialis mulieri mortis periculum tandem ereet. Nempe quia tum impar mulier redditur tanto nimirum oneri ferendo continenter. Ne quis verò putet aliam medendi rationem seruari opurtere vtetis vlceratis ex partu, aliam ex abortu; (ἀλλὰ τὰ αὐτὰ καὶ) eodem modo latam nunc ratámque esse voluit Hippocrates suam sententiam de vtrisque. Mulier etsi (πάσχει τὰ αὐτὰ) incurret priùs nimirum in eadem incommoda (quanquam ad vterum πάσχειν verbum referendum sit) atque ea cui vlcerabatur nuper vterus ex corruptione. De quibus non ita pridem actum fuit copioſiùs ab Hippocrate. Quo loco ex eius quidem doctrina declarabamus quomodo ant ex abortu vlcus nascebatur, aut ex profluuiis iſsq; acribus. Quódque dolur acurus & mordax vagus tũc erat per corpus vniuersum. Vbi & capitis adetat dolor & delitiũ, & corporis totius tumor, deliquium animi, febris, refrigeratio, & quòd etiam tum maximè cruta tumebant. Paria ergo omnia ferè sunt vtrobique posita. Niſi quòd in posito vlcere ex partu naturali, καίπερ additum fuit ab Hippocrate; vt magnum tunc vlcus sit ex hypothesi. Quũ enim hic omnia geranrur natura duce magistráque, niſi vlcus vinceretur ab alio ex abortu, magnitudine: in vtriſq; longè foret dispar omnis quidem & commutatio & finis omuis. Huiusmodi nempe morburum Natura consueuit esse medicatrix, Epid. 6. Galeno interprete. Id discriminis tamen continget, sicut obseruari poterit; quòd tantisper dum medela fiet vlceribus quæ ex partu orta sunt, si (λοχία πάντα παρῇ, ἕλκεα πάντα, διὰ μὴ μαχέσασθαι ἕλκεα οὕτω) nihil ex lochiorum purgatione relinquatur, non etiam tanta tum perſentiatur doloris acerbitas: maximè verò si vlcus in vtero erit puſillum. Alioqui ex affectionis (vt ferè fit) magnitudine pendebit periculum. Noſtra itaque superior de magnitudinis vlcerum diſſimilitudine expoſitio vera fuit. Ex qua Hippocratis oratione præſenti, ad prognoſin ergo hoc statuatur præceptum. Quòd vlceribus vteri ex partu enatis, si minora hæc erunt, poterit priſtinæ restitui mulier valetudini. In hypothesi enim sequitur, καὶ μὴ ὑγιάσειεν, ὡς ἔοικε ὑγιάσει. Sed nundum satis quidem declaratum est, quomodo καὶ μετάστασις καὶ πλύσεις τὰς αὐτὰς ἢ τοιάσδε ἴσχει, ὧν οὐκ ἀμφίβολος, ὧν οὐκ ἄνευ αἱ μέτρια ἐλαχίσθων, & mutationes eaſdem, & exitus (etenim neſcimus an πλύσεις in deteriorem partem interpretati, dicamus murtes significare) morbus qui est in hypotheſi, habere possit, & eoſdem quoque progreſſus. At sanè etsi enatum sit vlcus in vtero antegreſſis differentibus cauſis, quid tamen verat & progreſſus & commutationes & exitus eoſdem esse? Quæcunque prægreſſa causa principium fecerit vlceris in vtero, semel cœptum vlcus fluxio superueniens poterit tunc fouere & adaugere; vt conſimiles inde enentus & iidem fines in eo ferè consequantur. Sit autem huius generis lochiorum suppreſſio ex hypotheſi, aut parſimonia etiam eorum. Nam & iſtud vtrumque euenire poteſt, si in deterius res ægrotantis mutabitur. E contrario quemadmodum expoſitum iam fuit, εἰ τὰ λοχία πάντα παρῇ, si tota lochia prodierint, num iuſta nunc quoque de causa ἕλκεα πάντα, omnia imminnentur ſymptomata; vt tunc cæteris paribus

salus meritò videri possit sperabilis? Ideo nimirum consequens hæc fuit ab Hippocrate posita exceptio, ἐὰν μὴ μεγάλα ἕλκεα ᾖ, nisi prægrandia vlcera fuerint in hypothesi. Quæ per abundantem lochiorum profusionem imminutio doloris leuamentúmque si euenerit, in vtero vlcere enato minori, sperandum est omnino (μηδεπαμφάνως ἐν ἕξει ὑγιαίνειν) fore breui vt mulier restituatur pristinæ valetudini, suscepta oimirum de re ægrotantis cura diligenti tempestiuè. Atque suum ὡς ἕξει, hoc est statum, ipsemet declarat apertiùs per admonitionem, in consilio dando apprimè vtilem. Ex quo quidem superiori sermone ne quis occasione oblata tamen, vlcerum paruitate confisus nimiopere, diuturniori sua cunctatione rem ægrotantis vergere io deterius permittat; (quod non sine permagno huius periculo, nedum incommodo contingat) quæ Græca sunt verba Hippocratis, attendite. Ab eo præceptum ex iis esse quiuis intelligat, Quòd simulatqoe vteri vel vlcerati leuiter signa lucebout, summo studio tunc sit incumbendũ, imò verò conuertendum studium omne, vel à primordiis quidem continenter ad curationem vlceris vsque perfectam. In scripto causa est posita ab Hippocrate, eodem loco: Αἱ γὰρ ἕλκεα ἐν ἀκαλύφῳ, ἔχοι οὕτως. Vlcera nimirum quæ sunt in parte teneriori & molliuscula, non tantùm ea parua causa, sed & breuissimo quoque temporis interuallo increscere, quod χειρῶται verbo priùs esse voluit significatum: at etiam καὶ σαπρὰ ἔχοι γίνεσθαι, (ouper dicebat σηπεδόνα, vt & paulò superiùs κακοήθεα) & breui admodum putrescere; vt & deteriorem & pernicioſam nimis sæpe naturam subeant in hypothesi. Præstet ergo se diligentem Medicus operæpretium quidem est, tempestiuè. Sed quomodo? Audiatis μηδέπω, si molestum oon est, descriptam hic ab Hippocrate. Ait enim οὐδὲν δὲ ἧσσον τὰ ἕλκεα, ὡς καὶ, &c. sanare verò vlcera, vt &c. &c. Ergo ad curationem vlcerum quibus vterus hic obsessus est ex hypothesi, expostulat Hippocrates instructum Medicum saltem vulgari methodo quadam medendi, in qua nihil omnino insit muliebre, quod sit dictatum scilicet mulieribus singulariter, sed præscribuntur omnia in vniuersum. Abunde nimirum iisce vlceribus (ὡς καὶ τὰ ἐν ἄλλῳ σώματι similiter medendum monet ac aliis aliarum partium corporis humani. His tamen oon dicam persimilia licet repetere, sed catholica eadem omnino præcepta medendi ea proximo capite superiori. Nimirum si his (ἀφλέγμαντα παντάπασι) impedimentum inflammationis adferatur (hinc enim modò vitæ discrimen dependebat) & (πάσῃ σχέσει) lotionem adieceris frequentiorem: etiámque quæ singularia remedia huic morbo omnia recensuit eodem loco. Huius classis fuerunt seuum cerui, excoctum vinum, ceruſa atque narcissus. Obseruandum quoque videtur αἱματωμάτων, quod nunc replere est in percurandis vlceribus communiter, idem nuper fuisse Hippocrati, quod νῦν σάρκα φυῶσαι, producere carnem recentem. In cuius generatione vt est dicta magni momenti tum propter se, tum ratione symptomatum quæ solent interuenire; nunc, & quidem iuitè, vini interdixit vsu, quamuis vinum etiam sit hystericum. Exposita verò datáque eius proximo etiam superiori capite à nobis ratio fuit. Διδόναι δὲ ὕδωρ ὡς πόσιν, aquamque in potum exhiberi dixit oportere. Ac priùs etiam (σιτίων μαλακωτάτων χρῆσθαι) cibis vtendum iussit quæ aloum emolliant; hoc est si interpretari audemus, quæ parui siut outrimeoti. Sunt siquidem huiusmodi μαλακώτατα quæque & in percurandis vlceribus quibusuis pernecessaria, quemadmodum etiam nosmetipsi ex doctrina Hippocratis collegimus & io chirurgia exercenda obseruauimus. Indéque adeò Hippocrati ouoc non satis fuit σίτια παῦσαι, raros exhiberi cibos, sed addidit μικρὰ δὲ καὶ, de industria; etiamsi ex longioribus interuallis offerantur. Ne nimirum copia eorum facta confertim, frequentiam compenset eóque modo oppressionem faciat, ac parem alioqui pariat molestiam, & oegotium naturæ quoddam. Ex multo oempe cibo & nimis copioso liberaliores ac multæ semper excrementorum reliquiæ solent superesse cuique Physico.

SENTENTIA SEPTIMA.

Qui præterea ab abortu fœtus discedere nequeunt, nimirum quòd grandiores toti embryones sint, párs ve eorum quædam: aut quia minores ipsi quidem, *sed transuersi infirmíq; (siquidé sint huiusmodi secundũ naturã) eorũ quæ à nobis recẽsebũtur, aliquod tũ debes offerre* mulieri, *sed posteaquam prolueris aqua quamplurima.*

1 Ὁκόσα δὲ ξωσμῷ γινομένων, μὴ ἀπαλλάσσεσθαι δύνατα μεζόνων ὅλων τε ἢ τῶν μελέων τῶν ἐμβρύων ἐόντων, ἢ ἐλασσόνων καὶ πλαγίων καὶ ἀδυνάτων (τὰ δὲ τοιαῦτα ἐὼν μὴ χρὴ φύσιν εἴη) δίδοναι τῶν φαρμάκων τι, ὧν ἐγὼ φράσω, προλούσαντα ὑγρῷ πολλῷ.

Quòd si nitentes ipsimet *ad exitum minùs expeditè abeant, quum sint secundum naturam; sic affectis* mulieribus *sternutatorium tunc offerẽdum censemus: tum verò etiam apprehẽdere nares* oportebit *ad sternutandum, & os comprimere quò q̃ maximè efficax sternutatio fiat.*

2 Κὠ ἐθέλοντα προσιέναι μὴ δύνωνται ἀπὸ ἑωυτῶν, χρὴ φύσιν ἔοντα, τῇσι τοιαύτῃσι τῶν φαρμάκων προσφέρειν· ὑποτιλωσάσῃ δὲ τὸν μυκτῆρα, καὶ ἁπτομένῃ, καὶ τύπτειν, ὅκως ὁ πταρμὸς ὡς ὅτι μάλιστα ἰσχυρὸς ἔσται.

Χρῆσθαι

Χρῆσθαι δὲ καὶ σείσει· σείοις δ' ἂν ὧδε.

Quassatio quoque fuerit ex vsu: concutere autem hoc modo possis.

Κλίνειν λεκτὸν ὑψηλὸν ῥωμαλεόν, καὶ ὑποστρώσαντα αἰακλίνῃ τὴν γυναῖκα ὑπτίαν.

Deligendus primùm lectus est editior ísque firmus, & in quo, quum substraueris, mulierem decumbere iubeas supinam.

Τὰ δὲ γλουτία, καὶ τὰς μασχάλας, καὶ τὰς χεῖρας ἀναπαλαμβάνειν ταινίῃ, ἢ ἱμάντι πλατεῖ μαλθακῷ πρὸς τὴν κλίνην, καὶ ζωννύειν, καὶ τὰ σκέλεα ξυνάμφω, καὶ κατέχειν οἷον σφυρῶν.

Tum verò pectus & axillas etiámque brachia antrorsum comprehendere fascijs, aut lato quidem molliori loro ad lectum alligare & cingere, eodémque modo crura simul recuruare, & sic continere iniecto in malleolos vinculo.

Ὅταν δὲ ὑπερέπῃσιν, φρυγάνων φάκελον μαλθακῶν, ἢ τι τοιόνδε ἔοικὸς ὑπερέπιζειν, ὅσον τὴν κλίνην οὐ κεκόψεται ὑπὸ τοῦ γλουτοῦ ῥιπτουμένου, ὥστε φαῦσαι οἷσι πρὸς κεφαλῆς πόσι τῆς γυνός.

Quæ cùm aptè composueris, ex tenerioribus virgultis fasciculum conficies, aut huic persimile aliquid tam bellè eatenus adornabis, vt qui humi lectus consternitur, nulla ex parte conspicuus esse queat; vt ipse pedibus tamen qui sub capite sunt, humo adhuc inhærens sit ac contiguus.

Καὶ κλιθέντι αὐτὴν λαβέσθαι τῇσι χερσὶ τοῦ κλίνεος, καὶ μετέωρον πρὸς κεφαλὴν τοῦ κλίνεος ἔχειν, ὡς κατάρροπος ἢ ὑπὸ πόδας, φυλασσομένους ὅκως μὴ προπετὴς ἔσται ἡ ἀνάθεσις.

Ac postea tum mulieri præcipiendum erit, vt manibus lectum prehendat, ac etiam edito ad caput cubili ita statuatur, vt videri possit in pedes ipsa propendere; attamen ea cautione & industria, vt mulier non corruat.

Ὅταν δὲ ζωῦται ἐπεργῆται, καὶ μεταφέρηται ἢ ἡ κλίνη, ἐκ τοῦ ὅπισθεν ὑποθεῖναι τὰ φρύγανα, καταρραδαῖσθαι δὲ ὡς μάλιστα.

Iisce peractis & ita constitutis, ac elato in sublime lectulo, exinde supponenda erunt à postico phrygana, quæ quàm maximè fieri poterit, erectũ lectile cõtineant.

Ὅκως δὲ οἱ πόδες μὴ ψαύωσι τῆς γῆς, ῥιπτουμένης τῆς κλίνης καὶ τῶν φρυγάνων ἔσωθεν ἔσεσθαι.

Vt verò etiam mulieris pedes terram non contingant, illi intus in constrato lecto & phryganis farti tecti conseruentur oportet.

Ἀνὴρ δὲ ἰσχυρὸς ἑκατέρωθεν τοῦ ποδὸς αἴρειν τῇδε καὶ τῇδε, ὡς κατ' ἰθὺ πίπτειν ἡ κλίνη ὁμαλῶς καὶ ἴσως, καὶ μὴ ἀπορρώξ ᾖ.

Vir autẽ robustus eum attollat hinc & illinc scilicet ex vtroq; pede, vt ad perpendiculum lectus decidat plano & æquabili modo, ne quid in eo rumpatur diuulsum.

Σείειν δὲ ἅμα τῇ ὠδῖνι μάλιστα.

Concutere tum verò maximè oportebit, simulatque pariendi vrgebũt dolores.

Καὶ ἢν μὴ ἀπαλλάσσηται αὐτίκα, πειρᾶσθαι· ἐπὶ δὲ μὴ, ἀφιστέον σφίν, καὶ αἰωρέειν ὑπὸ κλίνης φερομένου.

Quòd si embryones statim exciderint, cessandum prorsus: sin minùs, decet ex interuallis concutere, & in lecto suspensam continere.

Ταῦτα μὲν δεῖ οὕτως ποιέεσθαι, ἢν ὀρθά τε καὶ κατὰ φύσιν ἀπαλλάσσηται.

Itaque explicato modo ista peragenda videntur, si ipsi decedant & rectè & natura duce.

Sed liquidiore cerato inungere priùs oportet, (in omnibus nempe huiusmodi quæ sunt circa vterum affectionibus optimum id quidem) etiámque maluæ decocto perfundere & fœnugræci, aut quidem *ptisanæ triticeæ potiùs cremore.*

14 Χρὴ δὲ κηρωτῇ ὑγρῇ προεγχρίψαι (ὅτι πάντων δὲ τῶν ἀμφὶ τὴν ὑστέρην διαθέσεων παντὶ ἄριστον πάντως) καὶ μαλάχης ὕδωρ καταμοναῖον, καὶ βουκέρας, ἢ τῶν ἁπλουστέρων πυρίης μᾶλλον χυλόν.

Fouere autem tum *sedem pudendáque oportebit etiam ad inguina vsque; quum autem vehementes quàm maximè dolores vrgebunt parturiendi, tum etiam maximè insessus fiant: vel aliud nihil in mente agitando* nec exquirendo.

15 Χρὴ δὲ ἄχρι βουβώνος ἕδρην καὶ αἰδοῖον πυριᾶν, καὶ ἐπίζεσθαι δὲ, ὅταν αἱ ὠδῖνες σφόδρα ὀχλέωσι μάλιστα, καὶ μηδὲν ἐπὶ νοῦν ἕτερον ἔχῃ.

Sed mulier quæ ista adhibet & curat, emollientibus oscula dilatet & aperiat, idque sensim præstet & agat, quo tandem *vna cum fœtu vmbilicum educat.*

16 Τῶν δὲ ἐμβλώσαι τὰ στόματα μαλθακτῶν ἐπαοιγόντα, καὶ ἡρέμα τοῦτο ἐργάζεσθαι· ὁμοῦ δὲ ξυνεφέλκεσθαι τὸ ἔμβρυον.

EXPLICATIO.

Ex occasione præsens hæc est hypothesis de abortu, sed in qua etsi fœtus infirmus sit, io viuis tamen adhuc esse existimetur. Nam aliæ sunt artes præter eas quæ hoc loco scribuntur, quibus quum ipse vita priuatus est, foras protrudi possit. Ex Hippocratis ergo oratione expendamus, si gratum erit, quam ob causam in abortu haud semper decedunt etiam viui embryones. Aut enim possent illi quidem, si adesset libertas viarum: aut via etiam patente, si iis exeundi noo deesset potestas. Prioris ordinis sunt (μείζονες) ij qui præ corporis sui magnitudine exitu prohibentur. Hic autem est magnitudo aut in toto spectanda, aut in parte. Aliàs nempe etsi erunt embryooes (οὐ ἐλασσόνες) minores, quia tamen aguntur in transuersum, aut sunt imbecilles: oec produci nec educi possunt facilè. Qui vtrique si abortu perfecto erunt propellendi, quis modum hîc inueoiat?

Διδόναι τῇ φαρμάκων] Ex iis vult Hippocrates medicamentorum aliquid exhiberi oportere, quorum & copia & varietate totus hic ferè liber postea circũfluet. Vnde ooo temere pollicetur se (ὅτι ἐγὼ ποιέω) scripto postea mandaturum ad finem scilicet libri huius. Libello etiam de exectione fœtus obiter quorundam meminit, vt dictamni & testium fibri, quæ ex vioo Chio propinat. Quæ qoum medicameota ab internis foras propellant, magna miráque admodum arte vias muniri priùs cupit Hippocrates & apparari, (προεπιστήσας ὕδατι πολλῷ) antecedente permulta lotiooe ex aqoa calente, cuius vires noſſe debet quisquis ad therapiam vsúmque præsentem aggredietur. Frustra oimirum aut ooo sanè sine vi magna ac molestia quicquam cieri queat ex corpore interiori, si id locorum angustia non foret mentuúmque. Hi verò arte præscripta si poterunt aliquantò magis dilatari, ooo tamen sic iustè, boc est noo satis: itaque fœtus oouo cuneo excutiendus ruoc erit, qui postea adigetur ex Hippocratis quoque præscripto. Educendi quendam modum explanauit Actius. Sed cuius verba noo adscripsimus, quando ad rem conferre quidem queant, attamen quæ nullatenus authoris mentem explicent.

Σπεύσας ποιῆσαι] Affectare siquidem viam foras possit fœtus videri, qoom (κατὰ φύσιν ἰόντα) pro sotibus est & in caput vergit (sic enim κατὰ φύσιν ἰόντα visum est nobis explicãdum esse cum Aristot. cap. 8. lib. 7. de historia anim. quem quidem locũ desumpserat ex lib. de oat. puelli, qui Hippocratis est) μὴ ἰθύνοντος ἀπὸ, nec tamen facilè egredi possit. Quis verò tum cuoeus ioserri, quódve remedium debeat adhiberi huic malo, declarauit euentus apud Hippocratem, vbi pariendi difficultas se obrulit, aphor. 35. lib. 5. Quòd si sternutamentum mulieri quæ difficulter partum edit, bonis Naturæ & ægrotantis rebus sponte adueniat; nónne vt ad secundarum depulsionem naribus admoueri sternutatorium, indéque statim circumprimi postea nares cum oscuio iussit: eadem omnino ratiooe eáque iostissima ad fœtum excutiendum idem tempestiuè poterit vsurpari? Sic enim inspirando attractus aër & expiratiooe negata coostrictus, per arterias maximè ad inferna cogitur & embryonis excretionem reddit faciliorem ex accidenti. Noonulli sanè perperam diiudicant sternutationem ex capite semper concitari, oixi scilicet authoritate Hippocratis io aphorismis. Sed illi euoluant perdoctum commentarium Galeni, priusquam hac de re iudicium suum ferant. Cogitent apud se etiam (siue ex pulmooe ducantur principia sternutationis, siue ex capite; siue alienus humor faciat sternutationem, siue acris aut hostilis alia quædam qualitas) ounquam nisi præcedente aëris valde copiosi inspiratiooe, coocitari sternutationem posse. Cui si ore coocluso naribúsque pressis exitus oegabitur, quidnoo consentaneum, vt spiritus repens gratiâ exitus ad inferna, id ex accidenti quod contra naturam ibi retinetur, pellat; aut vim suscitet ad excretionem?

aph. 52. lib. 7.

tionem? Etsi enim vtroque patefacto meatu, hoc est minùs compresso, & apposito pipere, helleboro, aut euphorbio, aut persimili quadam re ad nares admota perbrì non desinat concitata sternutatio; non tamen ἀσφυκτι, præstabit potenter satis quod speramus, nisi præclusis quoque supernarum partium tubis modo descripto ab Hippocrate. Qui & idem omnino descriptus locus est ab authore ad extremum sect. 5. lib. 2. Epid. vt ab vtero secundas depulset. Alter nũc describitur modus excussionis ab Hippocrate in eundem finem. At hic à consuetudine quotidiana abhorrere videtur quàm longissimè.

Σεῖσις δ' αὖ ὧδε, *concutere autem hoc modo possis*.] Hìc suspicaremur volentes idem quod est præfatus Hippocrates, quum de spina reformanda sermonem instituit libro de articulis, Hoc esse nimirum μαχανικὸν, & quod eorum inuentum possit videri qui inanem consectantur gloriolam, quique rumuscu-
10 los imperiti aucupantur vulgi, dum quid exoticum illi excogitant & insolens aliquod, remedium proponunt. Insolens inquam adhuc dicemus audacter Chirurgis, quippe quum nunquam hoc hactenus ipsi in vsum vocauerint. Eodémque loco tunc puduit Hippocratem his machinis cuiquam (ait eodem loco) facere medicinam, (ἀλλ' οὐ τοῦτο μᾶλλον μηχανὴν ποιέεσθαι ἰητροῖσι.) præterea quòd huius generis modus curationis ad impostores pertineat potiùs quàm artifices. At adiecit (nostro quidem iudicio) ipse tamen hanc excutiendi formam, ne, quod posset alioqui quoddam leuamen adferre sic excruciatis mulieribus, rumor esset se Hippocratem præteriisse. Magno nostra hæc est comparata labore interpretatio, quæ sequitur. Quæ si vera est, dissidebat ea à veritate rei quàm longissimè, quæ fuit quondam data à veteribus. Id autem vt dignoscatur, legitote vtramque explicationem interpretum. Viderant illi fortasse, Cornarius saltem, plurimi faciendus tamen interpres, pectus & axillas, itémque
20 brachia (sic enim τὰ χεῖρας reddimus hoc loco more maiorum & interprete Aristotele, post hunc ipsum authorem attamen diutissimè) Hippocratem enumerasse, & partes eas esse supernas omnes. Post has factũ progressu ad inferiores, si ὑπόκαιμα, crura, itémque (τὰ σκέλεα) malleolos nominatim recensuit Hippocrates eodem loco, quæ vniuersa parturientẽ spectant; quidnon verisimiliter visi sint sibi etiam interpretes exposuisse, si consequenter post dictas tunc propriè manus, (τὰς χεῖρας) pedes eadem ratione præuntatis malleolis annexos ad decumbentem retulerint? Cautior aliquantò interpres alter fuit Caluus, quum siquidem istæc vniuersa prætermiserit in expositione Latina. At quum de celebris huius loci ad æquales aliquot temptassemus, monebat nos quidam isque non vulgaris doctrinæ Medicus, vt sunt plerique in immutando Hippocratis sermone parum religiosi, quemadmodum & alij nimis audaces; μεταγλωττίζειν expungi oportere, eóque pacto orationem Hippocratis fore faciliorem. Cui priusquam hac in re assentiremur, diu multúmque apud nos cogitauimus anxiè, & expendimus id quidem
30 diligenter. Sed sanè hoc idem ipsum μὴ μεταγλωττίζειν solum induxit & direxit tandem nos ad comprehendẽdum paulò veriorem sententiam authoris & sinceram magis, ni nos fallimur ipsimet magnopere. Non enim vsquequaque, etsi fortè maiori ex parte; hic nobismetipsis satisfactum vbique adhuc ingenuè confitebamur. Euoluimus attamen quæ lib. de superfœtatione scripto mandata author reliquerat de partu excutiendo. Perlegimus etiam quæ idem ipse libello de exectione fœtus, quæque Celsus alias obiter eadem de re lib. 7. cap. 29. vbi qua curatione partus emortuus excuti possit, quæritur. Iam enim etiam partum appellat ipse, etiamsi vero adhuc puerulus contineatur in hypothesi. Ac ex sedula inter se omnium collatione ad scopum authoris attenti assiduè meditãdo, id sumus saltem consequuti quod sequitur. Instructam nunc nimirum quòd sibi anquirit Hippocrates machinam, cuius ope pro animi
40 sententia fœtum excutiat. Quam fabricam vt fingat adstruátque ipse artificio maiori, lectum postulat imprimis (hìc enim apparatus plures sunt) editiorem, quò à ministris prehendi posset negotio faciliori, sicuti statim fusiùs exponetur postea. Editior autem fiet, si quum suis pedibus fulcitur sustentatúrque, binos anteriores & posteriores totidem habere lectum cogitemus & humi stratum esse. Hos notauit his verbis, vt nonnulli obseruauimus, τῶν ποδῶν τοὺς ὀπισθίους τοῖσι χερσί. pedes nempe qui ad caput, dicito etiam, si voles, qui sub capite sunt: vt & alios, quum à viro apprehendi (ἐξ ὑπερτέρου τοῦ ἀνδρὸς) pedem iussit vtrumque in scopum à se propositũ. Priori eum loco pedes tam sublunè attollì voluit posteriores, vt terram non contingerent omnino, ac supra anteriores insistentem lectum manere sublatum & erectum quàm fieri posset maximè. Locum quoque ἀνάπτωσιν, qui non cederet cadenti, sed reniteretur, quique cogeret resultare, postulauit lib. de articulis, vt & alias quoque conditiones quas hic de industria omittimus.
50 Ergo lectum sic editum habere ægrotantem, vt à ministris ex omni parte prehendi possit tempestiuè, statuatur nunc in hypothesi. Antequam verò lectus attollatur sursum, certo modo corpus mulieris voluit in eo constitui & colligari; sed vbi nihil insit, quod lectorem remoretur (quemadmodum animaduerti paulò ante etiam consequenter) Secundo loco lectum ἰσοπαλῆ esse desiderat, quò fortis firmúsque sit támq; compactus bene & accuratè, vt ei quum vis excutiendo fœtum inferetur; tunc ruptionis metus omnis absit, vt ad extremum quoque exponetur. Quanquam tunc etiam præcipiet, vt ὁμαλῶς, æquabili modo excutiatur, ne quid vinlentiùs scilicet concussum, frangatur. Tertium est, quòd (ὑποστορέσαντα) substerni censet lectum oportere, sua nimirum culcitra aut tomento, quò suspicio quoque desit omnis molestiæ & iniuriæ futuræ. Quæ ad eximendum quoque metum pertinent vniuersa. Huic ergo cubili molliter substrato parturiens apponitur, & cum eo aut fascia aut loro submolli quodam constringitur.
60 Hìc ζωστῆρα dixit, quod ἀνεκτικὸν lib. de articulis. Ea scilicet arte, vt supra pectus succingatur mulier ad axillas promissis brachiis, isdémque postea vinculo etiam circumstrictis: apertis interim contrà manibus & liberis de industria. Cuius quippe rationem modò audies ab Hippocrate. Nec non crura ζυγοκάμπτειν tunc huius quoque iussu reduruari debent. Quia quemadmodum perbellè Celsus exposuit, fe- cap. 29 lib. 7.
minibus eius ipsius illa sic comprimantur. Atque adeò vt imus venter sit in conspectu Medici, & infans ad os vulvæ propiùs compellatur. In qua figura tantisper continebitur mulier (si quidem ait κατέχειν τὴν

φρυγῶν) vinculis in malleolos nimirum conjectis, dum succussus fiet. Protensa crura aliquoi uteri oscu-
lib. de nat. mulier. lum comprimerent, sicuti esse accepimus aliquando præceptum ab hoc authore, quando imperauit conjecto in uteri fundum semine, demitti oportere crura ad conceptionem nempe facilioré, atque in eo etiam statu mulieri diutiùs manendum esse. Nec id quidem satis. Sed φρόμια fulces vilioris cuius-
dam etiam rei & pretij (quorum multitudine antea ferè obruebatur parturiens ægrota) vndique ad lectum circumsternere etiam desiderat, vt ipsa (ὑπὸ ἀδινέων) eorum qui circunstant, effugiat quidem con-
spectum. Minùs verò conspicuum lectum esse intelliges cum Hippocrate, quamdiu sic apparatus stra-
túsque ipse iacebit homi. His namque de causis esse debuerunt in promptu phrygana. Vt se in tuto pri-
mùm mulier esse animadnertat, si quando sublatam se in sublime intuebitur, velut exponetur posteæ
ex sententia authoris. Præterea vt non desint quibus lectus, quum erectus fuerit in pedes, nempe ante- 18
riores; eo ipso statu firmissimè contineri possit. Ad id enim percommoda quoque erút phrygana sub-
iecta & circumiecta, (Sic nempe φρυγάνων ἔνεκα ἔστρωται hoc loco placeat interpretari, ne videlicet huius
misellæ pedes in terram impacti duriòs lædantur) nobis nunc essent & circumponerentur puluini aut
stipulæ pro phryganis. Est vt quid huic simile Georgicón tertio apud Vergilium:

Et multa duram stipula filicumque manipli
Sternere subter humum.

Verùm nequid ex Hippocratis oratione præteruolet quod non sit à nobis expositum satis aperte, cui
manus pendulas ipse reliquit, hóc est quare non iussit eas expressis verbis constringendas, quemadmo-
dum hoc loco cæteras partes in muliere sic affecta & colligata toto corpore reliquo. Vt si lecto in pe-
des sublato anteriores parum se securam mulier iudicet inter vincula (κλιδὸς γὰρ χρεὼ ἐπιβῆναι) lecto ve- 20
trinq; sua manu prehenso aduersus casum magis obniteretur. Sic illa sibi omnium magis deuincta con-
státer videbitur, & adhærescens tunc quoq; firmiori nexu. Lectũ igitur apparauit, eiq; ita firmis vinculis
mulierẽ cõstrinxit Hipp. nõ laxis, quẽadmodum lib. de articulis, vt nulla periculi suspicio de casu subsit,
etiãsi, sed suppositis tamẽ phryganis, q̃ rectissimus in anteriores pedes lectus tunc cõstituatur. Quid tũ
Obseruet Medicus monet Hipp. noster, (ἅμα τῇ ὠδῖνι) quo rempore parturienti sæuient dolores. Tum
scilicet opitulatricem is qui lectum excutiet aut puerpella potiùs, nãcisceturnaturam. Ad obeundũ mu-
nus huic persimile desiderauit Hipp. σωφρόνους, instructos & eruditos ἐμπείρους, vt id
lib. de artic. æqualiter, probẽ, & ad æquilibrium perficerẽt, quiq; viderentne (μὴν ἡ κλιμὰξ ἐπιβήσεται ἐς χεῖρα δικήν) in-
æqualiter scala ad terram appelleret & inclinãs in alterutrã partem summo nempe decumbentis incom-
modo. Hoc autem loco, qui lecti pedes attollat viriliter, & dirigat vti sorer necesse, hominem quærit,
Nec solùm enim hominem, sed virum, hoc est non mollem & effœminatum, sed strenuum, fortem &
robustum, hîc per ἄνδρα volumus significari, siue corpus quidem spectes, siue etiam animum Nam sub-
laris erectisq; posterioribus pedibus lecti per phrygana suppositas fulcémq; constituris in sublimi vt di-
ctum est; quidnon ei qui anteriores tentabit attollere, viribus omnino opus sit corporeis? Sic enim nõ
tantùm lecti partem eleuabit, sed totum vnà cum corpore parturientis ægrotæ, Vt autem dirigat lectũ
mann & rectiotem statuat, & planam & æquabilem faciat cõcussionem, quis in eo similiter iudicium
non requirat acre; vt & industriam? Ἄνδρα porrò dixit singulariter Hipp. de industria, vni viro forti id
negotij committens, non anrem duobus ex vtroq; pede, sicuti putauit Cornarius interpres; qui lectum
elenet & in bonum demittat ad Medici nutum eodem prorsus nimirum temporis articulo. Id quod
præstare vix duo æqualitet queant, quum in eorum actione, siue lectum attollant ipsi, siue demittant, 40
sæpe prius aliquid, vt & quid posterius signari possit.

Hîc verò sequitur κατ' ἰδὸ πάσας ὠδῖνας, quod est ita loquutus de scalis aliàs lib. de articulis; μὴν ἡ κλιμὰξ
ἐπιβήσεται ὡς χρεὼ, &c. In scripto hæc ratio est apud Hippocratem, καὶ μὴ σκαμνὸς ἦ, ne quid alioqui vi
miore diuulsum rumperetur. Spasmum enim ad fabricam lecti hoc loco potiùs quàm ad corpus mu-
liebre referendum opinamur. Superest vt quid ὁμαλὲς in planum sit cadere versúrique vt quid in coltrũ,
repetatur, si placet, ex Vitruuio, vel monitore Budæo. Quanquam eo possimus carere facilè. Nam
nihil hîc nunc aliud ab Hippocrate præcipitur, quàm vt æquabili ita motione pedes ferantur lecti in
terram delapsi; vt in neutram partem inclinent & propendeant; ne quid nimirum rumperetur diuul-
sum. Quæ minutula quæque eo quidem animo nunc explanauimus, ne vereris alterutrius Interpretis
vestigia sequutus lector, in quiddam asperum errando nunc inducerctur incautus. 50

Σεῖσι δὲ ἅμα τῇ ὠδῖνι] Pendent consequentia hæc ex supradictis, quibuscum legi debent coniunctim.
Tempus verò deligit Hippocrates (vt diximus sæpiscule) accommodatissimum, quemadmodum
videtur, ad cõcussionem; ἅμα τῇ ὠδῖνι, vt id nempe fiat in dolorum parturiendi acerbitate, quò opem
nunc natura ferat, sicuti proximè antea notauimus. Ideóque magna quidem cum ratione quæ sunt mu-
lieres eruditæ & ad hanc rem instructæ obstetrices magis, dum animaduertunt parturientes suas dolo-
rum cruciatu premi acerbiore; hortantur hæ tum eas, vt bono animo sint & alacri, & ad fœtus
expulsionem toto conatu & integris viribus ad id quidem aggrediantur; quod faciunt sic felicissimè.
Siquidem cũ temporis ἅμα τῇ ὠδῖνι simul coniuncta duo foras onus propulsent præter insitum eiusdem
gratia puelli motum. Et enim ad exclusionem ἀναγκαίης & fœtus & natura commonetur, cui animosè
succurrit omnis omni conatu voluntarius parturientis conatus. Id verò prorsus negotij committe- 60
bat Hippocrates mulierculis lib. de exectioone fœtus. Quæ nimirum per sindonas in crura brachiáque
conjectas parturientem firmè & tenaciter prehensam continerent ad concutiendum. Crebro autem
concussu puellum commoueri hîc oportere existimamus. Quòd si ἀναπαύοιντο, αὐτὴν, excutiatur ipse
ad aliquot concussus priores; (πάσας) abstinendum deinde erit omnino ab omni commotione. Εἰ δὲ
μὴ, ὀξυτόκιον παῖδα καὶ αὐτὴν ἔστι ταῦτα ῥᾳδίως, cõtrà verò, si ita non exciderit, ex interuallis cõcutienda vi-
detur,

detur, & sublata appensaque quasi lecto continenda quietè. Vt sit concussionis hîc nimirum & quietis quædam vicissitudo. Mulieres autem ita affectas μὴ ὀλιγάκις ἢ δεκάκις, non minùs quàm decies concutere quondam solitæ erant libello præcitato apud Hippocratem. Quæ si nè sic quidem votis prohibentur, quid tum ipsæ moliebantur meritò, audieris iamiam postea. Correctio enim sequitur, πῶς μὲν οὖν ἔτι παίδων μὴ ὀρθὴ ἡ καὶ κεφαλὴ φύσει ἀποκύσσοιεν. Vt non perpetuò his machinis, sed tum demum vterentur veteres, quum vtui embryones sua sponte decedere non poterant, nec facilius aliter; etiamsi ὀρθὴ ἡ καὶ κεφαλὴ φύσει, rectà & secundum naturam, hoc est in caput (& hîc & libro de puelli natura eo ipso interprete & ratione data explicantur) ad exitum conarentur ipsique prodirent. Frustra enim idipsum attentes hoc modo, ne si millies quidem & infinitè concutias; si non duce natura prodit puer, vt quum transuersus pro foribus vteri iacet, quemadmodum longè apertius intelliges ex sequentibus proximè.

Χρὴ δὲ κατατρῖψαι ὑγρῷ, *oportet autem cerato humidiore*] Quæ sequuntur, ad curationem & exitus facilitatem referenda putauimus. In quibus axioma per parenthesin legitur apprimè commodum ad praxin cuique Medico. Siquidem διὰ παντὸς τοῦ, &c. in omnibus quæ circa vterum contingunt & huiusmodi sunt, semper habeat locum. Potrò remedia proponit aliquot, quibus quum (μηδὲν ὁκότε νέον ἔτι ἔχῃ) quiddam adiungere aliud non integrum, saltem non necesse sit; confisus est ista fore satis Hippocrates ad parandum iter, vtpote quorum nec puellus facilè tum, aut nunquam in lucem prodeat. Remedia sunt autem (ἀλείμματα) linimentum, etiamque (κατάπλασις) infusum; sed hoc quidem vsurpandum primo loco. Siquidem ordo tenendus hic sit Medico cuique Medicinam agenti arte & ratione duce. Tertium quoque erit (ὑπόθεμα) fotus, quem postremò (ἐπιθεῖναι) insessus consequetur. Ἔστω δὲ ὁδὸς οὐδὲν ἧσσον ἰσχνὸς μέσου, præsertim verò quoties valde erunt anxiæ & graviores parturiendi molestiæ. Sed præter remediorum formas præscriptas ab authore, licet hîc quoque vtendi modum obstetrare & tempus definitum, quo singula vsurpanda erunt. Deinde verò partes numerantur quibus, &, explicatur quoque, quatenus ex vsu erit remedia adhibere. Ista hæc enim insunt apud Hippocratem vniuersa. Cæterùm quod viro tribuit nunc sucurrendi munus, idem ac decorè multò magis mandatum cupiebat, vti nuper dicebamus, mulierculis libello de exectione fœtus. Quibus has eisdem nùc attribuit simúlque & Medici partes, quemadmodum (τοῦτο δὲ ἐπιστώσεται) illius verba demonstrant. Nnn est ipse immemor pudoris tantùm, sed & decori perstudiosum & pudicitiæ claustris conclusum omnem Medicum vsque semper desiderat Hippocrates; præsertim verò quoties partibus pudendis admouenda manus est, quæ & aliàs alia perficiat, & nunc (τὸ σφιγκτῆρα μαλθακώτερον ἐόντα) vias amplificet non fœtu solùm insessúque & linimento emollien-
te ad exitum pnelli facilinrem & expeditum; sed etiam digito primùm adacto vno, deinde binis trinísque, tandémque & tota manu. Nam eius ope (ἐπίπαν τὸν ὀμφαλὸν) sensim etiam præstari id nportere approbamus cum Hippocrate, hoc est oscula dilatari, scilicet ob consequentes causas, & spectatos & sperabiles fructus.

Ὁμοίως δὲ ξυντρέπτεσθαι τὸν ὀμφαλὸν] Extrahendus quippe vmbilicus est turò vnà cum fœtu, & quidem industria manu & erudita. Sed ξυντρέπτειν nunc vmbilicum dicimus chnrinn videlicet, & appendices qnas vulgus appellat secundinas ex vmbilico protensas & propendentes. Ne quid intus nimirum relinquatur, quod tandem puerperæ exitio esse possit, quemadmodum plurimis solet euenire, vti declarabitur postea longè pluribus.

SENTENTIA OCTAVA.

Ὅσα δὲ δίπυρα φύσεται καὶ ἔμπλεκτα ἐς τὴν γαστέρα τῶν ὑστερέων, ζωῦτα δὲ ἢ τὸ ζώοντα, ἢ τι τεθνεῶτα ἦ, ἀναστρέψασα ὀπίσω πάλιν χρεὼν ἐστὶν, ὅκως κατὰ φύσιν ἴῃ ὀρθὴ κεφαλή.

1 *Quotquot embryones in duplum plicantur, & in foribus iam vteri iacent, siue viui fuerint, siue emortui; protrusos retro, iterum eos versare* oportebit, *vt in caput prodeant natura duce.*

Ὁκόταν δὲ ἀπωθέειν βούλῃ ἢ στρέφειν, ἀναπτύξαντα χρὴ κατακλίναι ἐπὶ κλισίου ἐπὶ τὸ ἰσχίον ἐπαναστρέψαντα τι μαλθακόν.

2 *Quum autem repellere* eos *tentabis, aut* quidem *conuertere; posteaquam iusseris supinam decumbere, coxis substerni molle quiddam* oportebit.

Καὶ ἐπὶ τοὺς πόδας τῆς κλίνης, ὅκως ὑψηλότεροι ἔσονται οἱ τοῖς ποδῶν πόδες, συχνὸς ἐπικεῖσθαι χρή τι.

3 *Atque etiam sub pedibus lecti, quò altiores* nimirum *parturienti pedes à pedibus esse queant, suppositum semper aliquid esse* sic *oportet.*

Καὶ αἰεὶ τῶν δὲ τὰ ἰσχία τῆς κεφαλῆς ἔχω· τοῖσι κεφάλαιον δὲ μηδὲν ὑπέχω τῇ κεφαλῇ, τοῖσι μηδὲ ὀμφαλὸς ζωῦται.

4 *Sed & coxæ capite superiores sunto, contrà nullum esto cerui cal sub capite: hæc* enim *ante omnia præmitti debent.*

Quum verò repulsus fuerit ipse embryo, & hinc inde circumactus, tum lectus restituatur secúndum naturam, etiámque coxæ, ademptis iis quæ lecti pedibus suppositæ priùs fuerãt, adeóque lapidibus, & eo quod sub coxis.

5 Ὅταν δὲ ἀπωσθῇ τὸ ἔμβρυον καὶ περιενεχθῇ τῇδε κἀκεῖσε, φύσιν λαβίσας, καὶ τὴν κλίνην καὶ τὰ ἰσχία, ἀνενεχθέντων τῶν τοῦ τοὺς πόδας τῆς κλίνης καὶ τοὺς λίθους, καὶ τὸ ὑπὸ τῆς ἰσχίου.

Capiti contrà puluinar supponito.

6 Τῇσι κεφαλῇσι δὲ ὑποθήκην ὑποκεφάλαιον.

Procuranda nempe *talia hæc sunt eo pacto.*

7 Τὰ τοιαῦτα οὕτω τῷ ἔργῳ παρασκευάζειν.

EXPLICATIO.

LATTVA hæc diffusa hypothesis ad embryonem vioum pertinet & iam vltra quoque defunctum. Quæ prima eius est quidem conditio. Altera fert quoque isthunc embryonem complicatum esse. Quod quidem euenire tribus omnino modis patebit ei apertissimè, qui diligẽter ad Hippocratis verba attendet, vti sequitur. Aut enim in latus alterutrum foras vergit, aut in nates, aut in vmbilicum. Sed ita sanè διπλοῦν, duplicatum embryonem esse concedamus. Ita is affectus puer quomodo διπλοῦν πλώνεται, io duplum plicari posse intelligetur? Διπλοῦν πλώνεται, duplicatum plicari dixit nunc Hippocrates de industria, ne quis nimirum in hypothesi suspicetur multis modis embryonem simul & semel complicari. Alias enim quæcunque plicando voluuntur & aptantur, vt sindones, panni, lintea, papyrus, & id genus alia; in multas formas & plicaturas, vt ita dicam, eáque multis modis duplicatas solent complicari. Quanquam vix id ac ne vix quidem eueniat puello tantisper, dum vtero continetur. Attamen nihil nõe voluit Hippocrates esse indefinitum, nihil dubium; ideóque, quemadmodum initio huius explicationis dixi mus, de industria est ita loquutus διπλοῦν πλώνεται, duplicati embryones plicantur. Ergo sic plicari duplicatum intelligamus in hypothesi. Si nimirum quintus alioqui complicatus embryo esse ponitur, ἐγκεκυφὼς τῷ σώματι τῷ ὑστέρῃ, incumbit & instat in vteri osculo, vt ferè & id operiat & obstruat; ita quasi prominet foras. Nostro quippe iudicio Hippocratis sententia huiusmodi esse potest. Huic verò incommodo quodnam in promptu excogitetur remedium facile? περιενεγκεῖν ἔσω πάλιν ὀπίσω, si postquam affectum sic embryonem introrsum statim retruseris, hoc est si secus ipsum coneris inuertere, vt repulsus ad cauum vteri, in caput obuertas ad exitum, vt sequitur.

Ὅπως τῇ φύσει ἡ ὁδὸς παρέξει, *vt duce natura in caput ex vtero prodeat*] Exposuimus verò antea, quomodo quum ex vmbilico propendeant embryones, & supernæ sint grauiores partes infernis, propterea que etiam natura duce in caput foras prodeunt; præsertim verò si ad egressum ipsi aggrediantur. Siquidem ad hoc natiuum momentum aliquid addat & augeat.

Ὅταν δὲ ἀπωθῇς βύσι, *quum autem introp ellere, aut* versare attentabis] Iam nunc obstetricem aut etiam Medicum instructum cupit ad opus & scopum propositum, antè tamen etiam erudit parturientem, vt sequitur. Ἀνακλίνασθαι χρή] Recumbat scilicet in lecto mulier, præcipiendum inprimis est. Altera deinde conditio est, vt sit resupina, quia nimirum (ὑπὸ τὰ ἰσχία ὑποκείσεται) substerni quippiam coxis quoque oporteat molliusculum. Quæ sequuntur, potiùs ad lectile spectabunt. Namque contrario prorsus ordine, vt res quoque est diuersa omnino, lecti pedes anteriores attolli iubet per quædam illis supposita. Anteriores dicimus qui decumbentium pedibus supposiri sunt, vt propiores. Gratia exempli attollantur per saxa. λίθους enim remoueri non posse, nisi priùs subiectos, non est qui non arctè defendat. At verò imperabit postea vt auferantur.

Ὅκως ὑψηλότερα ἔσονται αἱ τοῦ κάτω πόδες, *vt sublimiores mulieris hoc modo quæ sint esse pedes lecti à pedibus decumbentis scilicet*] Sic fore nimirum repulsam retrorsum faciliorem; quemadmodum non ita pridem ipse voluit, quò extrorsum magis ferretur embryo, (ὡς τῆσι ἔσωθεν ἐπιτάσιος τὸ ὀρθρίσκα) phrygana supponi posticis pedibus lecti. Eas autem partes posticas lecti intellexit per τοὺς ἄνω παρὰ τοὺς κάτω πόδας, pedes qui sub capite sunt quoque decumbentis. Quo autem quod intendit Medicus nunc, faciliùs consequatur; eodem modo (καὶ αἰωρήσῃ δὲ τὰ ἰσχία τῆς κατωμάδος ὅσω) & vt editiori sint loco coxæ quàm caput, præcipit: nullum contrà ceruical subsit sub capite. Ait enim περιενεγκόμενος δὲ μαλθακὸν ὑπόκειται τὸ κεφαλῆς. Quæ sic omnia apparari debent constituique, ex præmeditato; ad conuersionis puelli facilitatem. Itaque addidit etiam artificiosè προμηθούμενος ταῦτα, vt quæ nimirum præmeditari & præmittere vniuersa prudentem Chirurgum pro officio oporteat. Hoc nempe modo eruditus ceruical remouebit. Vnde coxæ etiam capite appareant valde superiores, eodémque pacto vergat puer in caput parturientis deuolutus, vt longiùs tunc ipse absit ab osculo vteri, embryo repulsus introrsum, quasi in gyrum. Quo quum res venerit misellæ parturientis (sic enim ἐξελίσσεται τῇδε καὶ τῇδε vertimus, vt tum instat turbinis embryo circumactus referatur in partes vteri penitiores) τῇ φύσει καταδόσθαι καὶ τὴν κλίνην καὶ τὰ ἰσχία, lectum testitui oporteat in pristinum & planum locum, & coxas quoque vt antè promitti, aut saltem relaxari. Id verò euenier, si à pedibus lecti saxa fortasse aut simile aliquid aliud quod suppositum antè fuerat, remouebitur, itémque

quod

quod sub coxis. Hypothesis etenim quiddam supposuerat iisce vtrisque, quò sublimiores pedes essent quàm caput in destinatum finem. Atque his ita testitutis, iuxta nimirum consuetudinem; (sic quoque ὡς φύσιν hoc loco acceptum sit) vt similiter etiam pro consuetudine positum iaceat caput; ὑποθέντας ὑπτιοφόρως, tunc necesse est puluinum reponi supponique scilicet sub capite. hinc enim dictum est ὑπτιοφόρως. Namque ex hac collocatione quod vacuum apparet post humerum versus superiora secundum caput, oppletur; & caput decumbentis erectum continetur suo loco. Inclinaret caput alioqui inferius aliquantò quàm humerus est, quod esset præter naturam, & quod præsens præpediret iúceptum. Τὰ πεσσὰ τούτῳ τῷ τρόπῳ κατευθύνειν] Hac via vnicuique sigillatim cautum fuerit ad vtriusque valetudinem.

SENTENTIA NONA.

Ὁσα δ' ζώοντα τῶν ἐμβρύων, τὸ χεῖρα ἢ ὃ σκέλος ἔξω προβάλλεται, ἢ ἀμφω, ζῶντα χρὴ ὅτῳ πάχιστα προσημαίνῃ τὴν ἔξοδον, εἴσω ἀπωθέειν τῷ προσφυεστάτῳ τρόπῳ, καὶ τρέφειν ὀπὶ κεφαλὴν, ἢ ἐς ὁδὸν ἄγειν.

1 *Quicunque præterea brachium, aut crus, aut vtrumque, viui embryones foras promittunt, hæc simul atque exitum sui præmonstrarint, intrò retrudere oportet supradicto modo, & in caput conuertere, etiámque (si fieri poterit) in viam inducere.*

Καὶ ὅσα σφύονται τῶν ἐμβρύων πεπτώτα ἢ ἐς τὴν κατεαφίην, ἢ ἐς ἰσχίον· ἐς τῷ τόπῳ, χρὴ ζῶντα ἀποτροῦσθαι καὶ τρέφειν.

2 *Nec non quicunque in partu complicantur embryones, illapsi tamen in lateris mollitudinem, aut in ischium; eos similiter isthinc dirigere oportebit & conuertere.*

Καὶ προκαθήσθαι ἐς ὕδωρ θερμὸν, ἄχρις αὖ ἰήσηται.

3 *Sed mulierculas priùs collocabis sedentes in aqua calida, donec dissoluantur & emolleſcant.*

EXPLICATIO.

DVPLICATI modò appellebant ad osculum vteri fœtus exeundi gratia, præter naturam, iisque aut vita defuncti, aut ea nondum etiam priuati. Alterutrum enim certò designare ex perspicientia notarum quæ sunt in hypothesi, impossibile est nunc iudicatu nedum peraduum. Aliàs verò dabuntur signa eaque splendidissima, quibus vtrorumque discrimen innotescat certissimè.

Ὅσα δὲ ζῶντα τῶν ἐμβρύων] Si autem embryones viui, quæ hypotheseos tantùm altera pars est, aut brachium, aut crus præmittant fotas; aut vtrumque etiam, demus ex hypothesi: ζῶντα autem viuos dixit notanter. Siquidem dictum sit aliàs, quòd aut brachium aut pedem foras eminere, mortuum esse embryonem significat. Sed expendendum tamen diligentet quomodo cum ea Hippocratis sententia consentiant, quæ scripsit Galenus eadem de re cap. 3. lib. 3. de natur. facult. Hæc verò simulatque eminere cœperint aut deptomere potiùs sese, vt rem aliquanto faciliùs, si placet, exponamus; τοῦτα χρὴ ὅτῳ πάχιστα προσημαίνῃ τὴν ἔξοδον, atque quamprimum sic exitum instare præsignificauerint, εἴσω ἀπωθέειν τῷ προσφυεστάτῳ τρόπῳ, intrò embryones, hoc est illorum partes prominétes, repellere oportebit explicato modo. Sed τρέφειν ὀπὶ κεφαλὴν quorsum? Vt vertatur nimirum in caput foras proditurus embryo, sicuti nuper ab Hippocrate explicabatur: etiámque, si poterit fieri, quò promoueatur magis negotium naturæ, vel quidem acceleretur, ἐς ὁδὸν ἄγειν, caput extra vteri osculum scilicet in ductum pudẽdi inducere necesse tum erit, quod ad exitum foret multò maioris momenti. Quòd si quis inquirat in causas huiusmodi præmissionis membrorum, apud se cogiret ipse, easdem eius statui posse atque cut in pedes aut etiam transuersi occurrant embryones in partu: sub finem libri de puelli natura apud Hippocratem. In iis verò sunt ὑπερκύειν, amplitudo vteri, & (ὡς μετὰ τὸ τὴν ὠδῖνα μὴ ἐπιγένεσθαι) quòd mater parturiendo tumultuari quàm quiescere malit, sicuti explicuisse nobis visus fuit Hippocrates præcitato loco. Quæ nos aliquando aliàs quum ad propositum magis pertinerent, voluimus commemorare. Nunc verò obiter, ne quid extra rem.

lib. de excellentia fœtus Hippocr.

Καὶ ὅσα σφύονται τῶν ἐμβρύων, & quicunque duplicati embryones illapsi in lateris mollitudinem, &c.] Est & hæc alia hypothesis, conditionibus aliquot pluribus quàm superiot circumscripta. Si parturiendo nempe in lateris mollitudinem aut in ischium decubuerit puer, quod ferè nõ fit sine dolotis aut saltem grauitatis sensu & aduersa parturientis valetudine; anditote quid nunc, vt aliàs, sequens ab eo præscripta ratio curandi demonstrabit. Libro de natura puelli, ad exitum conuertit se puer natura duce aliquot ante partum diebus. Quod quum facit, si trãsuersus ad osculum adpellit vteri, libello de interna lectio-

ne fœtus; (καὶ ἐπέχῃ τὸν ἕδρον) & exitum reprimit, & (ἐς τὸ ἦτρον ἐπιμελέως τὸν κεφαλὴν) caput iſchio ſuperiniicit, &c. Quid tum? χρὴ πάντα ἀναπτύσσειν καὶ σκοπεῖν. Hæc tum ſoli puello deſtinata & meritò quidem nou eſt hæc ratio curandi; ſed & eodem modo bene conſultum cupit parturienti Hippocrates. Decubuiſſe verò puellum in hanc vel illam partem, præterquam quòd explorari tactu poteſt; diſcernetur quoq; ſenſu doloris, qua parte nimirum afficitur. Vnde huic miſellæ parturienti priùs bene conſultum oportet quàm moliatur manus Medica dirigere puellum & eius inducere caput in oſculũ uteri. Id verò tempeſtiuè præſtabit encathiſma ſiue inſeſſus in aqua tepente aut potiùs calida. Quod verbo ἀναστενάζειν in Hippocratis oratione ſignificatur. In aqua autem mulier inſidens, tantiſper (inquam) illa quaſi parturiens morabitur, ἄχρις ἂν ἱᾶται, dum muliebria pudenda tepeſcant, molleſcant, & diſſoluantur. ἱᾶσθαι enim hoc loco idem, ſi placet, ſignificabit quod πίεσθαι καὶ ἁβρύνεσθαι. His ergo artibus primùm in caput poet conuertetur, deinde & via explicabitur & aquæ leuiter calentis infuſo amplificabitur ad exitus facilitatem.

SENTENTIA DECIMA.

Quicunque mortui in utero embryones aut crus habent foris, aut brachium, operæpretium fuerit hæc (ſiquidem fieri poteſt) introrſum repellere, indéque utraque ea in caput conuertere.

1 Οκόσα δὲ πεπτώκασι τῶν ἐμβρύων, ἢ ὁ σκέλος, ἢ τὸν χεῖρα ἔξω ἔχῃ, ταῦτα ἄξιον μᾶλλον, ἢν οἷόν τε, ἀπώσασθαι εἴσω, καὶ ἄμφω ταῦτα ὁκότερα κεφαλὴν τρέφῃ.

Quòd ſi minùs fieri poſſit, quia intumeſcant; licet hoc modo diuidere.

2 Εἰ δὲ μὴ οἷόν τε ἦ, διαιρέεσθαι δὲ, πάμπαν τῶν δὲ τρόπῳ.

Poſteaquam in partes comminueris caput ſcalpello, has molliter atterere oportebit, ne quid volſella dilaceres: deinde oſſicula paulatim extrahere: aut helcyſtere ad clauiculam immiſſo, quoquo ſe habuerit modo, euellere: non uniuerſa ſimul, ſed ſingula foras eiiciendo, identidémque eadem de re annitendo.

3 Σχίσαντα τὸν κεφαλὴν μαχαιρίῳ ξυμφλάσαι, ἵνα μὴ θραύσῃ τῷ πίεσρῳ· ἢν τὰ ὀστέα ἕλκειν ὥστε ὀλίγῳ· ἢ τῷ ἕλκυστῆρι τῷδε τὸν κλεῖδα καταβάντα, ὡς αὐ ἔχοντα ἕλκῃ, μὴ κατὰ πουλύ, ἀλλὰ κατ' ὀλίγον ἐξαπίνης, καὶ αὖθις βιώμενον.

Verùm poſteaquam hæc foras extraxeris, ventum autem fuerit ad humeros; abſcindere utraque brachia cum humeris oportebit ad articulos.

4 Οτὰν δὲ ταῦτα ἔξω εἰρύσῃς, ἐν δὲ τοῖσιν ὤμοισιν ᾖσῃ, πάμπαν τὰς χεῖρας ἄμφω ἐν τοῖσιν ἁρθρώσι μετὰ τῶν ὤμων.

Ac ubi hæc abſtuleris, ſiquidem fieri id poteſt, euellenda etiam erunt prompte reliqua.

5 Καὶ ὅταν ταῦτα κομίσῃς, ἢν μὲν οἷόν τε ἦ, ἑῆναι καὶ τ' ἄλλα διπετῶς ἕλκειν.

Quòd ſi nihil obſequatur eorum, pectus totũ iugulo tenus findito: ea cautione tamen ut non in ventrem diſſeces, nec dilanies quicquam extorum embryonis.

6 Ην δὲ μηδὲν ἀκούσῃ, ὁ στῆθος πᾶν μέχρι τῶν σφαγίων σχίζειν· φυλάσσεσθαι δὲ ὡς μὴ κατὰ τὸν γαστέρα πάμπαν, καὶ φιλοῦσης τὰ τοῦ ἐμβρύου.

Exibit alioqui venter, & inteſtina, etiámque ſtercus.

7 Ἐξέσι γὰρ ἡ γαστὴρ, καὶ τὰ ἔντερα, καὶ κόπρος.

Quòd ſi quiddam excidat horum, operoſius iſtud iam euadet inde negotium.

8 Ην δὲ τι τούτων ἐκπέσῃ, πολυπραγμονέστερον ἤδη τοῦτο.

Atterenda quoque ſunt latera educendáque ſimul cum humeris: ac poſt eas partes quæ ſupererũt embryonis reliquiæ, prodibunt facilè, niſi iã illi intumeſcat uter.

9 Ξυμφλάσαι δὲ τὰ πλευρὰ, καὶ τὰς ὠμοπλάτας ξυμάγλη· καὶ ῥηϊδίως μετὰ ταῦτα χωρήσῃ ὃ λοιπὸν ἔμβρυον, ἢν μὴ ἤδη οἰδαλέον ἦ τὸν χοιλίην.

Ην δὲ ἦ τι

Ην γὰρ ἤ τι τοιοῦτον, ἄμεινον τὴν γαστέρα τῦ ἐμβρύε ῥῆσαι ἁπαλῶς.

Si etenim huiusmodi euenerit aliquid, præstiterit embryonis ventrem perpungere leniter.

Ἐξίσι γὰρ φῦσα μόνον ἀπὸ τῆς γαστρὸς, καὶ ὑπαιτίως ὅτω χαρίσῃ.

Etenim tum erumpet solummodo flatus è ventre, eóque modo hinc *exiliet facilè* puer.

Ην δὲ ἐκπεσοῦσα ἡ χεὶρ ἢ ὁ σκέλος τεθνεῶτος τῦ ἐμβρύε, λῦσαι χρὴ δυνατὸν ἦ, εἴσω ἀπῶσαι ἄμφω, καὶ διορθῶσαι τὸ ἔμβρυον.

Si verò brachium exciderit aut crus embryonis vita defuncti, vtraque (siquidem poterit fieri) intrò retrudere oportebit; deinde embryonem rectè constituere.

Ταῦτα αἱρέσια.

Quæ nobis hæc visa *sunt præstantissima.*

Εἰ δὲ μὴ οἷόν τε ἦ τοῦτο ποιῆσαι, ἀποτάμνειν ὅ τι αὐ ἔξω ἦ, ὡς αὖ δυνήται αἰσιώτατα, καὶ τὐπίλοιπον ἐσμασάμενος προθεῖναι καὶ γρέψαι τὸ ἔμβρυον ὀπὶ κεφαλήν.

Quòd si fieri nequeat hoc, quidquid eminebit foris, resecandum id erit quàm poterit fieri penitissimè, ac reliquum reponens debebis *protrudere, & embryonem in caput conuertere.*

Ὅταν δὲ γρέφειν ἢ καταπέμπειν μέλλῃς τὸ παιδίον, τὰς ἰδίας χεῖρας χρὴ ἀπονυχίσασθαι.

Quum autem ad inuertendum embryonem aut excindendum tete accinges, è propriis manibus oportet vngues resecari.

Τὸ δὲ μαχαίριον ᾧ αὖ καταξάμῃς, καμπυλώτερον ἔστω ἢ εὐθύτερον.

Scalpellum verò, quo excindes, incuruum esto magis quàm rectum.

Καὶ τοῦτο χρὴ κεφαλὴν ἀμφικαλύπτειν, τῷ λιχανῷ δακτύλῳ ἐσματύλιον, καὶ ὁδηγοῦντα, καὶ ὀρρωδέοντα, ὅπως μὴ ψαύσῃς τῆς ὑστέρης.

Idque ipsum ad caput indice tuo *circumteges, etiámque idipsum impones & manu duees in via, & formidabis ne contactu vterum* lædas.

EXPLICATIO.

VT hypothesis postrema de viuis embryonibus fuit, quibus tribuebat antea verbum actionis προηγοῦνται, *præmittunt*. sic quòd per hæc verba ἔξω ἔχει, embryones simpliciter crus & brachium foris habeant, uos nunc notasse non debet pudere magis. De embryonibus mortuis est hæc modò hypothesis, quibus est denegata iam vis agendi mouendique. Habeant ergo foris embryones crus aut bracbium ex hypothesi, etiamsi sunt adhuc in vtero, volumus; quò huic malo remedium adferri possit, varium est consilium Hippocratis, quemadmodum & ad extrahēdum embryones, modi quoque ab eo instituuntur varij. Si attamen poterit fieri, κράτιστον primum & quàm optimum est, quódque attentari debet in primis; vt intrò repellantur, & conuertantur in caput ad naturalem exitum, ideóque tantò faciliorem. Sin autem retrudi non poterunt, eo quòd iam σαπίζονται, per putredinem intumescant; eos dissecandi modum deinde præscribit Hippocr. qui non magnopere ab eo dissimilis est, cuius posita iam breuis descriptio antè fuit ex libello de superfœtatione. Sine negotio vllo illos locos conferre licet inter se. Quò verò præsens consilium Hippocratis ex vsu esse queat, aliquot hic proponuntur organa, quibus Chirurgum instructum esse cupit, & hunc eorum ope officium suum perficere. Notauit autem primùm μαχαίριον, quod scalpellum diximus siue cultellum. Alterum quoque signauit τὸ πίεσμα, quæ varia quidem sunt, vt sunt hic diuersa quoque Chirurgorum munera. Priori enim caput vult mollitere comminui & in partes minutiores. Sic hoc quidem loco ξυμπιέσαι vertimus volentes. Erit autem posterioris apprehendere (credimus) constringēdo. Siquidem καὶ τὸ πιέζειν, quod premere siue stringere est, agnoscamus πίεσμον dictum esse. Quanquam in Lexico Hippocrateo illud destinarum esse opinetur Galenus cōfringendo fœtui organum. Quum namque scriptū reliquerit: διαίρεσιν, ἢ ἐμβρυουλκίαν, ὅταν καὶ πίεσμον καλῶσι. τοῦτο μὲν ἐστὶ γυναικεῖον. hoc est, Instrumentum confringendo embryoni commodum, quod & πίεσμον appellatur. Quod nomen legitur priori libro de muliebribus (ait) apud Hippocr. Vt attamen nosmetipsos

cõciliemus Galeno proximè, duplex ſtatuamus oportet ὀλκεῖον genus. Etit eorum ptius, qui punctim impacti iu rem obiectam, in ea maneut, incurui ſcilicet, ſimplices & ſoli, ſibi toti per ſe cobærentes, hoc eſt ſine aliorum & interiectione & fabrica; vt tum ὀλκοῖς ooo conſteut pluribus partibus, quæ ſeceruni ſaltem queant ſine fractione. ὀλκοῖς contrà alij obtuſa habent extrema, quibus Chirurgi obiectum corpus embryonis aut quiduis aliud preheudãt: recti ſunt, aut incurui: non ſimplices, ſed ſuis partibus per quaudam copulam coniunctis inter ſe cohærentes & coagmentati; in quas poſſint diſiungi diuidique facilè & ſine fractione. In horum numero μόγιον recenſemus. Alterius verò generis ὄνυξ, vnguis ſiue hamus erit, cuius meminit Hippocrates, & quem voluit ipſe v ſurpari ad hanc rem, boc eſt ad extrahendum embryouem mortuum, lib. de ſuperfœtatione. Vnde etiam in ſua exegeſi Galenus quoque ὀλκοῖς eſſe interpretabatur ὑμένιον, ſcilicet orgauum embryoni extrahendo aptum eſſe. Nam ſi ſic affectus embryo uequeat ſola ſponte ſua nec vi medicamenti excidere, ad id etiam ſumetipſius nutu coadiuuante; Chirurgi manum aut obſtetricis oblini cerato ſcribit liquidiore & intromitti oportere, quæ à cernice digiti maioris nimirum ope humeros auellat. Quod vt faciat negotio faciliori & ſine damno quidem, ὄνυξ iuſſit ἴσχει δὲ τὸ δακτύλου τὸ μεγάλου, vngue organo aut vnco magnum digitum armandum eſſe. Ferreus nempe vncus eſt ille, iſque recuruus; ſua, vt ita dicam, curuitate aduncis recuruiſque volucrium vnguibus perſimilis. Hic verò inter ὀλκοῖς cur nou debeat recenſeri? Noo ſunt ὀλκοῖς vniuſmodi nec figuræ ſemper eiuſdem, vti explicatum modò fuit. Quo quid trahitur mann inter medendum, in genere poteſt ὀλκεῖον appellati iure. Eius igiuur amplitudine & ὄνυξ & μόγιον putamus contiueri, quemadmodum antea (inquam) nuper dictum fuit. Sed oon ita latè ὑμενιαῖος nec ὑμενιώδης, quum ſoli ſit dicatum vtrumque extrahendo fœtui organſum, diffunditur. Ac eorum Hippocrates hoc negotium voluit attentari primùm μόγιον, quo quod vteri cauo comprehenſum ſtringendo tenetur, eximi facilius poſtea vellique poſſit. Io hac autem hypotheſi appreheoſiouem capitis oſſiculorum, eorundem commiuutio præceſſit, quam exiſtimaſſemus perfici μαχαιρίῳ, qui veteribus culter fuit, vt mens Hippocratis eſſe videbatur; niſi Galenus noſter ſenſiſſet ſecus in ſuo lexico. Dum enim hunc locum interpretatur, inſtrumentrum ad confringendum embryonem ſcripſit aprum eſſe, vti iam notauimus. Atque omnino ſi ſtringit μόγιον, quidquid capit, & tam vehementer premit, vt inde fractio rei couceptæ conſequatur; hæc quidem vera conſentaneáque Galeni ioterpretatio iuſtè iudicabitur. Manet vſque adhuc noſtra tamen ſententia, qua modò videbatur voluiſſe nobis Hippocrates μαχαιρίῳ miuutim confringi, atteriique caput molliter in cauo vteri oportere; manu iotromiſſa, ac vngue, ſi voles, aduuco priùs inſtructa. Vnguis ſit verò nuuc licet aut vucus, aut, ſi mauis, cultellus, etiámque ſcalpellum, aut potiùs vtrumque. Abuudè hic ſatis fuerit nubis caput in particulas diuidi molliores, (de oſſibus capitis autem eſt tum Hippocrates loquutus) quas quum Chirurgus voler, immiſſo introrſum μόγιον capere (volſellam nunc vertimus attenti ſemper ad ſcopum conſequentem) τὰ ὀστέα ὅλκιον ἄττι ὀλίγον, quò lingulas trahat eodem organo, ipſe præcepit de induſtria, vt eas partes diſſectas priùs attritu poſtea Chirurgus emolliat aut potiùs commiouat. ἵνα μὴ θραύσῃ τῷ μόγιῳ, oe quoddam nimirum vulnus iniuriáve alioquin, ſi partes oſſis grandiores eſſent ideóque rudes, matri inferretur in via.

Ἡ τῷ ὀλκοῖς ἄνωθεν τὰ κλεῖδα πατάσσειν, aut vnco ad clauiculas immiſſo] Per diſiunctiouem alter extrahendi modus ab Hippocrate ounc ſubiungitur. Quum hic ſiquidem extractio puelli ſcopus ſit ſuſcepti negotij præcipuus. Quaſi Hippocrates veller, quòd ſi non poſſit Cbirurgus ſingula oſſicula pro dicto imperio eximere, roties & ſigillatim μόγιῳ intromiſſo; (τῷ ὀλκοῖς ἄνωθεν τὰ κλεῖδα) apprehenſa per hamum clauicula puelli, (ὡς αὖ ἔχοιτο, ὅλκιον) quocunque fieri poterit modo, ea capitis oſſicula detraher. Ea tamen cautione prudentiáque (μὴ ἅπ' ἄκρου, ἀλλὰ κατ' ὀλίγον ἑξαιρῶν) vt oon omnia ſimul euellat, ſed eiiciat ſingula identidémque idipſum attentando & iterando. Sic enim ὥσπερ βούλομαι modò explicamus. Vt hæc ſcilicet viciſſim omnia protrudantur foras, uec reliuquatur intus quidquam eorum, quod negotium poſtea faceſſere queat vllo pacto.

Ὅταν δὲ πάντα ἔξω ὑμένος] Adempta ſint ex Hippocratis præſcripto oſſicula capitis modo explicato. Simulatque ea foras detruſeris, ventrum fuerit autem ad ſcapulas, eſt quoque quod tum facias, præſcriptum ab Hippocrate. Atque hæc quidem dependeot vniuerſa ex anatomes dignotione. Clauibus parte ſuperna thorax clauditur, etiámque ab vtroque latere humeris terminatur. Quibus quum ſint appenſa brachia vtraque, (ſic enim continuamus vertere παὶ χεῖρας ἄμφω) reſcindi quoque hæc vtraque cenſet Hippocrates oportere, loco ad diuiſionem aptiſſimo ſcilicet iu articulis, μετὰ τὸ ὦμον, vnà cum omoplatis. Nam boc pacto aliquid etiam maiuſculum & effatu diguum à lateribus detrahetur de puelli corporis latitudine, vnde ex vtero auulſa faciliùs reliqua conſequantur. Quum ſiquidem has poſtremò enumeratas partes euellere videatur laboriоſum, ἐὰν μὲν οὖν τι ὑγιὲς, ſi poterit fieri vt abſciſſæ, vti eſt ab Hippocrate præceptum, exeaut; καὶ τὰ ὀπίσω ὠμοπλάτας ὅλκιον, certum quoque ſit quòd citra vllum ferè negotium reliquæ educi poſſint. Quia nimirum, vt diximus, ſuperni corporis latitudo puelli per ſectionem modò explicatam valde fuerit imminuta; quæ alioquin exeunti eſſe poterat maioti impedimento. Attamen valde expedit non ignorari qua quis iuduſtria reliquas partes extrahere queat aptè, (ἐὰν δὲ μὴ ἀκούσῃ) ſi ne ſic quidem trabenti earum fortè vlla obſequatur. Iam igitur Hippocrates imperat coràm quid opus eſt facto, vt eſt apud Terentium, puerperæ.

in Andria 3. 2.

Τὸ στῆθος πᾶν μέχρι τοῦ φρενίου χάλα] Qua ouper arte euellebat Hippocrates capitis oſſicula, eadem nunc trahit thoracica, ἀπὸ τῆς χάλα, à diuiſione totius thoracis exurſus. Totum igitur à clauiculis diſſecat thoracem ſecundum ſternum ad diaphragma vſque. Etenim definiti ſunt bi fines ſectiouis ab Hippocrate. Supernos quidem (μέχρι τοῦ φρενίου) ſcilicet iugulo terminauit: deinde verò (μὲ κατ' ἰσχίων) ventre aut

tre aut diaphragmate potiùs, infernos.

in interiectis inter illa venis voluatur & circulari modo moueatur, vt dictũ est, dum ipse quidem lactis colorem induat atque naturam. Quum siquidem ascensus eiusce principia per se commotus puer in vtero dederit & quasi (vt modò dicebamus cum Hippocrate) sursum lac expressent tanquam è corio. Quod tam ineptum, tam incredibile & absurdum, quemadmodum ipsi quidem auditumus, visum nuper fuit cuidam Hippocrateæ disciplinæ perdocto professori; vt opinatus sit ipse hac sola ratione ductus, authorem huius prioris libri fabulam incœptasse, eodémque modo censuerit quæ scripta nunc sunt ab eo, Polybi phratin referre potiùs quàm diuini veteris huius magistri Ionismum redolere. Bella verò isthæc censura quidem est de operibus Hippocrateis. At illi responsum, vt & longè planibus aliis cumulatè satisfactum initio putamus, scilicet in præfatione. Quum siquidem penitius animaduertenti omnis quæ nunc conscripta legitur de muliebribus disputatio, siue sit περὶ ἀφύης, siue etiam de muliebri natura; primi huius magistri artis sermonem & antiquitatem redolent, etiámque præ se ferat vbique Hippocratismum. Hic verò pletuisimus dubitationis, quia difficultatis, locus est tamen. Qua de causa in eo diu multúmque is hæsitabit meritò, qui ad eius artẽder sensum & penitiùs secum cogitabit. Medirando siquid sumus ex Hippoc. lectione consequuti, quiuis iudicabit lector. Sic enim sensa mẽtis exprimere scribendo visum fuit oobis cum Hippocrate. Nemo oon fatetur naturæ motiones & diuersas esse & terminatas, maximè verò, si phylicorũ trutina quæq; expẽderit. Atq, vt alus aliquot, sic varietate nutrimenti in vtero fœtum, tẽporibus diuersis oblectari, & differre natura duce distinguiq, persuasum habebit facilè quiuis Hippocrateæ disciplinæ æquus amator. Id qui nescit, ediscat, si vulet, ab Hipp. Expositũ antea fuit quomodo quum sit ὑφιγρὸν semẽ, sorte contentũ sua, dies septem priores portione sui minùs exculta & humidiore & fouetur & enutritur. Indéq; constat id ipsum spiritus sui opeias tandé anquirere quib⁹ cũ materno sanguine societatẽ ineat, & ex eo aliquid alliciat gratiã & nutrimenti & augmenti. Quod quidé tantisper facit dũ plantarũ instar vitã agit. Omnis generis organa fiũt formãtúrq; interea. Id verò natura qnę nunquã otiosa est, dispensat & facit certo temporis & dierũ numero, vt explicatũ eodé loco fuit ab Hipp. At quũ satis dignè & vti animantẽ decet, affectum corpus est efformarómq; ac suis instructũ mbis & organis perneceſſariis ad vitã secundariã, quæ animantium est; vis tũc animalis vigere incipit, & eiusce alterius facultatis dominatus cũcta moderatur & regit; & quod prius erat nutrimentũ, nimirum sanguis, tunc etiam in lac conuertitur, in mãmas scilicet eius gratia viã affectans, vt est expositum, aut potiùs expressum. Quod quia fit vnà cum prima quæ est per se animãtis, motione; (qua sola animantiũ vita in hypothesi dignoscitor & discernitur) lac ideo simul cũ motu fieri primùm dicitur Hipp. Siquidẽ etiam lacte tunc animans nutriẽdum fuit ex hypothesi, quando morum subire eodem debuit quasi temporis articulo. Iis adeò de causis in vtero motionem puelli generare lac vsque adhuc receptum fuit in schola Hippocratea: sed attentè parum oec satis intelligenter. Alia est ergo tum quum fœtus mouetur, eius ipsius vita à superiori: alia quoque vis & eius nutrimentum longè tum etiam est, vt decet, à priori. Quum enim incipit moueri, fieri tum quoque demum incipit inferioris veteri consensus cum mammis, partibus supernis. Namque quemadmodum in cõcretione sanguinis qui vtero continetur, habilior est eius portio quædam, quia pinguior, vt caloris particeps promptiùs suapte natura fiat & albens: sic τὸ γαλακτώδεσ, quæ portio eadem dulcis reddimr vteri calore nativo, κινηθέισαν tanquam mutua partium societate cogitur, aut potiùs sic communicatur, vt (ἔρχεται) veniat ad mammas (καὶ ἐς τὰ μάστια δὶ οὐδὲν ἔρχεται ἄλλῃ ἢ διὰ τούτων φλεβῶν) ac deinde fœdere quasi percusso nõnihil eiùs ad vterum etiam redeat per easdem vias, ad fœtus qui iam euasit animans ex hypothesi, secundæ sortis & vitæ beneficio, nutritionem quoq, secundam. Diebus primis ac etiam mẽsibus ne vlla quidem lactis stilla cõparuit. Totus nempe sanguis propriis vteri tùm adhuc venis retinebatur. At quum cœpit puer viuere vitam secundã, portio eiusdem sanguinis tanquam cbymico modo, hoc est circulari, cœpit, vt expositimus, sursum ad pnelli motum cõmoueri. Quod ipsum quidem an his verbis velit Hipp. significatum, quando hæc quæ sequuntur, libro de alimento describit, cuique iudicandum relinquitur: γάλα καὶ αἷμα ἔρχεται πανταχοῦ, ἀεὶ δὲ τὸ καθαρώτατον, ἐς ἕλκωσιν καὶ ἐς τὸν τόκον ἕρπει. αὖτις δὲ ἀὖ ῥέπει ἐς γάλα, καὶ ἐς ἕρπει, καὶ ἐς βρίσιν. Reliquiæ alimenti redundantiave sunt lac & sanguis. Ad multa ἀεὶ δὲ circuitus conuoiunt, ad embryonem & illius nutrimentum. Rursus verò sursum repit ad lactis generationẽ, & nutritionẽ, & ad infantem. Quem βρίσιν dictum esse opinatus est quidam ex πρίσις, π mutato in β, quadã verisimili ductus coniectura. Quanquã alij etiam aliter. Refertur ergo ex Hipp. sententia quædã portio lactis in vterum à mãmis per easdem vias quasi motione circulari. Quũ verò ad vterum relapsus lacteus ille humor peruertat, ἰδίωμα ἕλκωσις; verè tum iam lactis obtinet naturam. Ne quis nimirum hoc loco ἰδίωμα speciem perperam conuertat, Καὶ τὸ παχὺ ἀεὶ ἀπὸ ἰσχνείσης λίπῃ, ac mm ex superno lacte, vt & priùs ex sanguine loco inferiori detento puellus aliquantùm fruitur. Assuescẽdum quippe etiam antea puerulo fuit lacti, dum ergastulo adhuc contineretur, vt secundario cuidam postea fotis futuro sibi nutrimento. Deinde eodem loco scribuntur, οἱ δὲ μαζοὶ δεχόμενοι τὸ γάλα, αἴρονται πιμπλάμενοι· καὶ οὐδὲν πίνει, ἀλλὰ μένουσι ὑπερπλησθέντες, χωρὶς τὸ γάλα, &c. Ex quibus facilè intelligas ab vtero mãmas capere lac ac eo illas oppleri: atq; etiam post partũ se eodẽ lac recipere, principio motionis (ὑπερπλησθέντες) subministrato à puelli cõmotione scilicet, vti explicatum antea fuit à nobis facillimè. Vbi profectò sigillatim licet multa obseruare, quæ diutiùs paulo q̃ nos nũc decet & locus postulat, retineant. Sufficere quiuis poterit qui Asclepiadeæ scholæ, hoc est rationis physicæ, perstudiosus est. Sed nĩ nos magnopere fallimur, qui huic dissimilis alter sensus elici poterit ex oratione Hipp. excogitarive, vix nisi labore maiori & sedulitate, diuturnioriq; meditatione vnquam cõquiretur. Quæ vniuersa etsi lõgè sunt plura q̃ à re videbatur: exoptandum etiam nobis visum fuit sanè, vt nõ cuiquã isthęc nauseæ molestiã pariant. Quũ siquidẽ in pauciora cõtrahere in nobis situ nõ erat, quibus ab initio propositũ fuit, quomodo lac in mãmis nõ succre-

scere, mulieri grauiditatem denegat necessariò, modò explicare. Adde etiam quòd omnia hęc cumulasse valde profuerit, vt intelligatur ecquo modo quonámque loco lac in muliere grauida & vacua verè generatur. Namque de eius modo generationis, libello de natura pueli; ad quem delegat ipse lectorem, se ex professo dixisse commemorabit postea Hippocrates.

Reliqua quæ supersunt, expeditiouem à mola spectant formæ posterioris. Eaque ratione Hippocrates modò hortabatur, τούτου μάλιστα χρὴ ἔνεκα, suscipere de hac potissimùm curam oportere, cui plurescumirum in vtero molæ enatæ per signa lucebant, quæ descripta superiùs ponuntur ab Hippocrate. Atque vt ad vsum omnia semper referantur, eius methodica curatio erit huiusmodi. Ordinem enim dictiones πρῶτον & ἔπειτα apud eum connotant. Vt primùm quidem (μείζονα ὄντα τὰ σώματα) sex remediorum modos author propouat ad therapiam. In iis verò est quid primum, vt nunc nuper notabamus, quid secundum tertiúmque. Curatiouem aggreditur autem ab hypocaustis Græcorum, quæ dicta sunt assa Marco Tullio, vt Senecæ sudatoria. Communi quidem omnium consensu in iis sicco calore sudor eliciebatur. cap. 17. Vide quid Celsus libro 2. Sed credidetim facilè quòd eo modo fluxiles redduntur humores magis, quódque sanguis sic incalescens fusúsque ad exitum euadit promptior paratiórque. Educendus quippe sanguis modò proponitur è toto corpore & in vterum deriuandus priori loco ad molæ depulsionem, aut embryonis qui in eo latitat, commotionem primam; quippe quæ Medicum certiorem de eó saltem reddat, quod continetur vtero.

Ἔπειτα κατὰ τὰ ἕδρα] Deinde propiùs aliquanto accedens ad affectam partem inter medendum sanguinem commouet vehementiusculè per sedem, ἵνα αἷμα καταθέρμῃ πολύ, quò multus confertim sanguis, si fieri possit, euacuetur. Quibus autem clyster nunc conficiatur, plurimis postea exemplis demonstrabitur. Sed is edocatur licet quantumuis per sedem, quid sic Medicus promoüerit? Veteri tantus est & alui consensus propter viciniam, vt hac ratione vi scilicet medicamenti præscripti & immodico eius calore, embryon fortasse commoueatur, qui quid esse compactum alioqui possit videri. Alia tamen est sanè, quæque verisimilior fortè videatur, veteris vtriusq; interpretis & lectio & expositio. Iudicium facilè, si gratum erit, dum properamus aliò. Obseruarote interea tamen (ἡδυπαθοῦσας) mulierem incalescere medicamentorum vsu quæ sanguinem nata sunt ciere foras. Cæterùm perpusillum hoc notare non pudebit, κατὰ τὰ ἕδρα καλοῦσι hæc scilicet quia periphrasticè, dixisse cõunctim, quo nunc aluinus quidam clyster intelligatur, vt vterinus proximè dicetur, & aliàs auricularis: Quum liquidem iu quidam cauũ collutio iniici quædã possit accõmodato ad eam rẽ organo. Ex propositis sex remediorum formis tertia ergo est, apta collutio per metrãchytam, eiusdem cum superiori virtutis & scopi, quò (ἵνα αὖ αἷμα ἐκλύσῃς) nimirum continuando sanguis elici possit. Quòd si ne sic quidem fructus quicquam reportetur, suadet Hippocrates ad vehementiora transeundum esse. In iis sunt porrò (πεσσόντων) pessaria ex bupreste. cap. 55. lib. 2. Hincne verò didicit Dioscorides, si commisceantur buprestes cum pessis emollientibus, menses cieri? Sed modò iubet Hippocrates (ἐμποιοῦντα) buprestium vim retundi non oportere, quum tunciure quidem debeant esse vehementissima huiusmodi medicamenta. Est porrò quartum, idque duplex, quum à leui potione transitus fit ad potentiorem. Dictamo componitur prior Cretico. cap. 31. lib. 3. Altera verò ad id præstantior est longè quę testem capit fibri. Diluitur attamen vtrumque vino in potum. Ex quo hoc loco fortasse factus eruditior etiam Dioscorides, dum cum pulegio dictamum confert, censuit hoc efficaciùs multo omnia præstare quæ pulegium satiuum. Etiamque addit, non potum modò, sed appositum aut quidem suffitum dictamum eiicere partus defunctos: tantæ virtutis ei visum cap. 23. lib. 2. fuit. Quid nou etiam hinc didicerit vsu restis fibri & mensés & partus moueri? quemnam verò etiam Medicorum percelebrium iu admirationem nõ coniiciat, quod est in his postremũ apud Hippocratem? Apud quem si locus & ordo tulit, vt à leuioribus ad ea quæ sunt momenti maioris progressio fiat, hoc sanè sit omniuo & efficacissimum & medicatissimum medicamentum, vt est ἀεὶ κυρίως aliquando idem ad finem epist. 16. ipse loquutus. Scitum est illud sanè de admouenda sub mammis prægrandi cucurbita, gratia reuulsionis apud Hippocratem. Cuius meminit etiam hic ipse Epidem. 2. & methodi quinto Galenus cap. 3. At epb. 50. lib. 5. nunc hic σικύου μεγεθώσῃ, cucurbitam apponere loco ab Hippocrate designato, res est quàm maximè diuersa. Etsi id enim reuellendo fiat, vlterior longè est qui nunc nobis aut Hippocrati potiùs scopus proponitur. Non ita pridem dicebamus molam in vtero animam vegetatricem contentam, instar stirpium vitam agere. Hæc si genio defraudabitur, alimentóque, apposita nempe μεγεθυντικὰ ad partes posticas inanes cucurbita cum multo & frequenti scarificatu (sic enim ἀφαιρεῖν πολὺν αἷμα placitum Hippocrati fuit, sanguinem auferri copiosum) ea cautione tamen res hæc debet geri, vt ratio eorum habeatur quæ ad mulieres spectant, quæq; ad earum statum & valetudinem. Hoc pacto siquidem τὸ κατ' αὐτὰ visum nobis est reddi oportere pro mente Hippocratis & eius sententia. Quamuis nempe ex hypothesi præsente mens Hippocratis est, alimento molam fraudare, is tamen sanguinem detrahendo modus prudenter teneatur, vt res ægrotantis perpetuò inspectetur mulierculæ, hoc est virium seruetur robur, quarum ope & ministerio molam ea foras propulset. Perpetuum enim id esse & spectari seruarique oportere asserimus in muneribus naturæ.

SENTENTIA DVODECIMA.

Atque hactenus quidem dictum sit de morbis qui ratione eueniũt puerperiorum.

Καὶ τοῦτον μὲν περὶ τῶν νουσημάτων τῶν ἀπὸ λοχείων ἡμιμορίων εἰρήσθω.

Εἰσὶ δὲ

Εἰσὶ δὲ οἱ κίνδυνοι ἐν ἀΐσσοσιν ὑ σμικροί. 2

In quibus quæ insunt, levia vix esse possunt pericula.

Ὀξέα γὰρ ἔστι καὶ ταχὺ μεθιστάμενα, καὶ μᾶλλον πονοῦντα αἱ τιτθοῦχοι, ἢ αἱ ἄλλως εἰσὶν ἔμπυρα ἔχουσαι. 3

Acuta sunt enim & quæ transmutari citò queant: atque etiam quæ primùm pariunt, grauiùs ægrotant quàm quæ expertæ sunt partum læpiuscule.

Χωρὶς δὲ τὰ λοχεύματα τῇ ὑγιηρῇ γυναικὶ, ἰκμὸν ὅσον Ἀττικὴ κοτύλη καὶ ἡμίσεια ὃ τιτθοῦται, ἢ ὀλίγῳ πλέονα, ἔπειτα ἔστι ἐλάσσονα κατὰ λόγον τούτου, μέχρις αὖ παύσηται. 4

Cæterùm mulieri quæ prospera perfruitur valetudine, lochia feruntur satis abunde, si quantum capit Attica cotyle, & ad mediam eius *mensuram primùm aut paulò plus, deinde pro huius ratione sensim per imminutionem, donec desierint.*

Χωρέει δὲ οἷ αἷμα ἀπὸ ἱερείων, ὡς ὑγιηρὴ, ὡς ἔφλω, ἢ γυνὴ ἢ καὶ μέλλη ὑγιαίνειν· καὶ ταχὺ πήγνυται καὶ καθαίρεται. 5

Hæc fluunt autem tanquam sanguis è victima; sana si est, vt diximus, & in eo statu permansura: ac citò etiam concrescit, & expurgatur..

Καὶ μὴν τὸν ἔχοντα ὡς ἔστι τὸ πλέον τῇ ὑγιηρῇ ξυμβαίνει· ἔστι μὲν τῇ κούρῃ ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ δύο τῶν χρονιωτάτων καθαρσιν· ἀκίνδυνος δὲ ἔστι ἢ εἴκοσι πρὸς τὰς πέντε ἡμέρας καθαιρομένη. 6

Etiámq; mulieri sanæ à partu accidit vt plurimùm, enata scilicet puella diuturnissimã fieri purgationem per dies duos & quadraginta: piculi tamẽ ea est omnis *expers, quę dies viginti quinq; expurgata est.*

Ἐπὶ δὲ τῷ κούρῳ ἡμέρας τεσσαράκοντα ἡ καθαρσις ἔστι ἡ χρονιωτάτη· ἀκίνδυνος δὲ ἔστι καὶ εἴκοσιν ἡμέρας γενομένη. 7

In puello autem purgatio fit vt longissimè dies triginta: extra aleã omnem *hęc quoque fuerit, cui fluxerint dies viginti.*

Καὶ τῶν διαφθαρσῶν τὰ ἔμβρυα κατὰ λόγον ἡ καθαρσις ἔστι τούτων τῶν ἡμερέων· καὶ ἔστι τῆσι νεωτέρῃσι φθαρσιν ἐλάσσονας ἡμέρας, ἔστι δὲ τῆσι πρεσβυτέρῃσι πλέονας. 8

Ac iuxta hanc proportionem purgatio fieri solita est in ijs quæ abortum fecerunt: vt in iunioribus quæ abortiunt, purgatio fiat per pauciores dies; prouectioris ætatis autem per aliquot plures.

Παθήματα δὲ ταὐτὰ ἔστι τὰς λοχείων φθαρείσῃ τε ὃ ἔμβρυον καὶ τεκούσῃ, ὡς μιαιφονῆσαι φθείρῃ ὃ παιδίον. 9

Eædem porrò occurrunt affectiones ratione puerperiorum ei quæ fœtum corrupit, & quæ edidit partum, modò menstrui fœtus corruptio sit.

Καὶ κινδυνεύουσιν αἱ φθείρασαι μᾶλλον. 10

Quæ fœtum *tamen corrumpunt, magis periclitantur.*

Αἱ γὰρ φθοραὶ τῶν τόκων χαλεπώτεραί εἰσιν. 11

Graviores quippe esse solent abortiones quàm partus.

Οὐ γὰρ ἔστι μὴ οὐ βιαίως φθαρῆναι ὃ ἔμβρυον, ἢ φαρμάκῳ, ἢ ποτῷ, ἢ βρωτῷ, ἢ προσθέτῳσιν, ἢ ἄλλῳ τῳνί. 12

Namque non fieri potest quin tum *violenter intereat embryo, siue id fiat medicamento, siue potione, aut cibo, siue pessarijs, aut quopiam alio.*

Βίη δὲ πονηρόν ἔστιν. 13

Violentia in malis autem semper *est.*

Ἐν γὰρ τῷ τοιούτῳ κινδυνός ἔστι τὰς μήτρας ἑλκωθῆναι ἢ φλεγμῆναι. 14

In huiusmodi nempe metus est, ne vlceretur vterus, aut hic quidem *contipiat inflammationem.*

Hæc verò vtraque res est periculi plenissima. Τοῦτο δ' ἐστὶν ἑκάτερον.

EXPLICATIO.

Ex qua Hippocratis oratione intelligi facilè potest, hunc caput quod de calamitatibus puerperarum proposuit antè fuit, nunc definitum terminari: atque Hippocratem quû hactenus deesset quod alioquin initio dicendi dictum oportuit, id modò subûcere quasi per anacephalæosin. Vt enim prima statim perindo totius huius libri, quum ibi tum actarus esset de menstruis, mulieres inter se conferit, eas inquam quibus primùm menstrua fluunt cum iis quibus pluries iam effluxerant, eóque modo à collatione earum inter se exordium duxit; vt & acerbitatem doloris qui ex profluuio menstruorum excitatur, in iis examinarit quæ nunquam peperierunt, altisque etiam quæ partum frequenter iam sunt expertæ: ita quoque nunc, quum hoc capite instituisset Hippocrates molestias periculosas recensere, in quas vulgò incurrunt puerperæ, ratione puerperiorum; quod prætermissum principio fuerat, addit & monet ad extremum. Eas scilicet periculosius multò agere quibus lochia prima feruntur, quàm quæ secunda aut tertia quartáve. Magnitudinis verò periculi rationem reperit (ὀξέα γὰρ τὰ καὶ βαχέα) ex acumine morborum & celeri eorum qui hinc ortum ducunt, transmutationis promptitudine. Quod quia his est commune cum virilibus, volentes hoc loco prætermittimus. Tantam porrò vim consuetudinis illic tum explicuimus, vt quæ sunt dicta περὶ ἀνάγκων, de iis quæ nondum peperierunt; hîc quoq; locum habere queant pari omnino ratione. An verò qui ex parte puerperiorum morbi ortum ducunt, eueniant ipsi propter lochiorum mensuram aut eorundem vitium, lector quisq; sententiam ferat. Cæterùm singulas orationis Hippocrateæ partes recensere, esset laboriosum valde; potissimùm verò quando tam longa eáq; perfacili oratione exposita sint ab eodem Hippocrate libello de pueruli natura. Cuius verba huc transferre cupimus quidem exoptamúsque, quando id notatum prius fuerit tantùm obiter; Quòd si quædam corruptio aut quoddam virium aliud in lochiis inerit, dignosci discernique id possit vberiore cognitum. Ideo namque adscriptum fuit ab Hippocrate, χωρὶς δὲ ἢν αἷμα κάτω ἰφιέναι, &c. Quòd nimirum mulieri quæ prosperà diu perfruetur valetudine, effluet sanguis tanquam à victima, hoc est integer & sincerus, rubens & floridus, roseí coloris & nulla in re vitiosus. Sic enim perdoctus doctor Gorræus. Rationem hic quoque reddidit, quia deligi victimæ solebant veteribus optima sanitate præditæ & ætate florentes, à quibus non nisi optimus sanguis promanat: proinde nec nimiùm citò, nec nimiùm serò concrescit. Illud enim (ait) crassioris, hoc verò humidioris magisque serosi sanguinis indicium est. Verba autem Hippocratis his explicandis sufficient, si adiunxeris annotationes Doctoris Gorræi. De diuturniori autem duorum scilicet & quadraginta dierû cõsuetudinis spatio, aut breuioris triginta dierum inquiuus Hippocrates, hinc isthincq; diuturnioris breuioris q; profluuij puerperalis causas repetit idem ipse hoc modo. ἐς γὰρ ἑπτακαὶ ξυμβαίνει ἐν πόνῳ, &c. Quę sic Doctor Gorræus reddidit: Accidit frequentissimè isto temporis spatio aut paulo maiori minorive fœtum effœtmari. Siquidem post partum vt plurimùm etiam purgantur mulieres. Quæ quidem filiam peperere, diebus duobus & quadraginta, quæ certè purgatio vt maximè est diuturna, sic perfecta est. Attamen periculo vacauerit, si viginti quinque diebus peragatur. Verùm quæ marem genuerunt, triginta diebus purgantur, éstque longissima eiusmodi purgatio, plena perfectáque. Quæ tamen si viginti modò dies durer, nihil prorsus habet periculi. Sed postremi temporis minima purgatio est. Cæterùm iuniores diebus paucioribus: seniores autem pluribus repurgantur. Laborant verò in partu puerperióque vehementissimè quæ primùm pariunt, nunquam aliàs fœtum enixæ. Quæque minùs sæpe vterum tulerunt, iis quæ frequentiùs peperere, multo grauiùs discruciantur. Purgantur autem à partu mulieres eam ob causam, quòd antè ad secũdum & quadragesimum vsque diem, si vtero puella gestaretur, aut vsque ad trigesimum, si masculus, paucissimus sanguis ad incrementum fœtus delabitur, deinde verò copiosior, donec in lucem infans prodeat. Quamobrem purgationem à partu manare forásque ferri ad portionem dierum necesse est. Quúmq; autem mulier parturit, incipit sanguis commoueri & incalescere, fœtu vehementer sese mouente. Deinde verbis aliquot interiectis, de quibus antè hæc verba leguntur: Purgatio sequitur initio quidem quãtum hemina & dimidia capit, aut paulò plus minúsve, ac deinceps ad eius portionẽ, donec purgari desinat. Exit autem sanguis, siquidem mulier valeat aut valere debeat, qualis è victima, & citò concrescit. Quòd si mulier nec sana sit, nec sanitatem consequutura; purgatio tum paucior fit, tum specie deteriot, nec citò concrescit. Hoc autem habet in hunc modum. Si mulier quo tempore gerit vterum, morbo aliquo non congenito laboret; quum à puerperio purgatur, perit. Sin autem ipsa grauida primis diebus non repurgetur, siue sana sit, siue non; & repentè postea vel à medicamento vel etiam sponte purgatio erumpat, ad portionem dierum, quibus nihil profluxit penitus, erumpet. Siquidem nisi mulier à puerperio repurgetur, in grauem morbum incidet, magnóque in periculo versabitur, nisi protinus purgatio adhibeatur, & purgationem aliquis conueuientem inducat. Hæc quidem à me hoc loco adducta sunt quo demonstrarem distingui discerniique puerorum artus; fœminæ quidẽ intra duos & quadraginta dies vt longissimùm, maris verò intra dies triginta. Cuius rei fidem facit purgatio quæ post partum accidit per dies quidem duos & quadraginta, si puella nata est: per triginta verò, si mater masculum peperit. Quæ sanè sunt purgationis spatia longissima. Repetam ista verò denuò quò clariùs intelligantur. Ain quidem pauciissimum illum sanguinem qui ab vniuerso mulieris corpore puellam gerentis, in vterum, concepto iam semine, secedit; diebus duobus & quadraginta regeri atque

annot. 28. in lib. de nat. puer.

atque vacuari. (Nos ἀντικένωσιν reddi vicissim dicimus, hoc est vacuari per compensationem. Vt sanguis qui statim vacuatur à partu, refundatur & ex proportione respondeat ei qui paucus ad vterum affluxit, conceptionis principio. Sic ergo menstruorum fluoris aut potiùs, nunc puerperiorum fiat modò ἀντικένωσις & compensatio per profluuium puerperiale.) Posteà sequitur: Namque hoc dierum numero puerorum membra articulantur. Deiode verò plus multò sanguinis affluit. Fiunt verò eadem, parsque modo etiam in masculo per spatia triginta dierum. Quòd autem hæc ita se habeant, hoc tibi aliud argumentum esto. Posteaquam in vterum mulieris genitura demissa fuerit, primis quidem diebus paucus sanguis à muliere in vterum delabitur, deinde verò copiosior accedit. Nam si repentè simúlque multus decumberet, genitora spiritum trahere difficilque non posset, sed immodica sanguinis irruentis copia suffocaretur. At verò is contrà in purgatione redditur retribuitúrque. Quæ enim à puerperio porgantur, primis quidem diebus plurimum sanguinis profundunt, deinde sensim minus, quousque purgatio penitus suppressa fuerit. Porrò autem multæ iam mulieres puerum abortiuum paulo ante trigesimum diem edidere, sed eum prorsus indistinctum atque inarticulatum. Qui verò post eum diem, aut eo ipso die eiecti essent; visi suot omoes compositis membris articulatisq;. Sic verò res habet etiam in puella ad portionem duorũ & qoadragiota dierum, si quãdo aborto perierit. Siquidem vt ante istud tempus aut postea vtero fœtus excident, sic membra distiocta & composita meritò necessariòque habet, puella quidem die secundo & qoadragesimo; puer verò trigesimo. Namque argumeoto sunt abortus & purgationes à partu. Quòd autem fœmina tardiùs coocrescat atque articuletur, id efficit ipsius genitura imbecillior & humidior quàm maris. Eámque ob causam fœminam tardiùs quàm marem conformari necesse est, atque etiam purgationem genita fœmina quàm masculo esse diuturniorem. Sed iam (ait Hippocrates) eò reuertar, vnde digressus sum. Quæ vniuersa Doctor Gorræus ita Hippocrateè exposuit, vt non sine iniuria interpretationem alterius desideres. Quemadmodum autem is non planè ausus est Hippocratem reprehendere sua annotatione 24. ita non nisi audacter nimis sortasse ab iis dicemur dissidere, quæ scriptis mandauit ipse scholio consequenti. E re sunt ipsa tamen vtraque præsenti. Ergo posteaquam Hippocrates recensuit quomodo quæ fit postremis puerperiorum diebus purgatio, ἀκαθαρσία, minima est parcissimàqoe, vt fieri quidem iure debet eiusmodi; Græca hæc sequuntur verba eodem loco, ἐπὶ δὲ τῇσι τεσσαρεσσι, ἐλαχίστη ἡμέρῃσι καθαίρονται. Ex quibus facilè conficias mulieres quæ iuniores fœtus corruperunt, exiode reputgari per pauciores dies: quæ verò seniores per multò plures, ac eadem hac omnino de causa qua fieri expositum fuit antea ab eodem Hipp. Δεῖ δὲ καθαρσιν ἀντιδιδόναι ὑπὸ θύρην κοίλην, καὶ ἐξίστασθαι ἴσον τῷ τόκῳ τὸν ἀριθμὸν: necesse esse nimirũ purgationem refundi à partu quasi per compensationem, & sanguinẽ ferri foras ad portionẽ & numerũ dierum post conceptionem. Vt quo plus inueterarit conceptio fœtus, qui abortum passus est ex hypothesi, hac de causa dies aliquantò plures purgatio post abortum feratur. Quò autem eiusdem cooceptio recentior erit, per pauciores contrà purgatio foras sequatur. Iuuentutem namque eriámque senium ad quæ diuturnitas purgationis breuitásque coosectaria est, ooo referri eogitamus oportere ad numerum eius aoootum quæ prægnãs erat, quin potiùs ad embryonis ætatem pro ratione dierum, scilicet eiusdem ipsius conceptionis. Est ioregrum cuique tameò sentire (si voler ipse) secus. Ei verò petitioni nondum per nos est satisfactum quæ antea poterat obtrudi super numero dierum purgationis lochialis definito ab Hippocrate in ortu puellæ discrepaote ab eo qui est puelli, hoc est maris. Cui sic, si placet, responsum volumus. Vtrobique voloisse Hippocratem id sæpenumero euenire. Quippe quia quod libro de natura pueli dictum fuit εἰς ὀλιγονὺν, libro hoc ptiore quiuis dixisse animadnertat, εἰς ὀλίγα τὸν. Est tamen, seotentia quidem nostra, verisimilius affirmare, ita natura principio esse compatatum: atque quemque ordinem in humaoo corpore manare ab ea oon præpedita, vt & errorem & ordinis perturbationem à materiæ contumacia pendere, & eiusdem anomalia: Intelligunt physicæ rationis cultores perstudioli satis quod volumus. Expedit autem, air Galenus eodem loco, Medicum qui Hippocratis arte dignus vult haberi, si quid aliud, hoc certè persuasum habere, atque sic ad expetientiam progredi iudiçandam; Naturam nimirum, rem quandam esse ordinatam: & quum materiam superarit, proportiohibus quibusdam definitis & ordinatis periodis eiusdem motiones perfici. At quæ præter rationem acciduot aliquando, & ordinem confundunt; tunc ipsi obueniuot, quum ipsa non planè materiam vicerit, sed impeditur ab ea, ac prohibetur proportionibus suis dimoueri. De iis est hæc effatus quidem ipse quæ criticis accidunt; sed quæ locum tamen vbiuis habeant, quando reguntur omnia dominatu oaturæ per septenarios. Adde etiam quòd vt ferebant, ante natum Hippocratem & post eius vitam, diuturnissima secula; regola & præscriptio naturæ (quæ tum erat mediocritatis optima) eadem postea fuit, in more institutóque maiorum. Non fuit enim, Galenus ait, aliud ex natura temporibus Hippocratis, & in coosuetudine aliud. Optimæ tantùm deni que tribuit naturæ Galenus, vt aliàs existimarit eam non plura apperere quàm quæ coquendo queat superare etiam sioe præsidé. Sic tum ergo eam quæ esse coosueuerat in vacua muliere excretio, compensabit iure puerperialis descripta ab Hippocrate euacuatio, ac semper quidem Natura duce, quam antea veterem ipse aliquoties appellauit.

tom. in sent. 11. lib. 2. prognost. de somno. cap. 84. in aph. parua.

Παθήματα δὲ ἑωυτῶν φὴ] At quomodo eadem possuot dici pathemata ratione puerperiorum, ei solita oboriri quæ dedit perfectum partum, atqoe illi quæ abortiuit; noo potest non esse arduum diiudicare. Hic esse mendum quidem iure suspicaremur, sed est religiosum nobis valde in oratione Hippocratis quidquam innouare. Reponeremus verò & quidem ex animo, πεμπταῖον, vt trimestris dicatur embryon pro eo quod ibi μηνιαῖον menstruus est. Id verò indicasse sit, si placet, satis. Namque effluuium seminis quod alioqui retentum fuerit dies quadraginta, non φθορὴν corruptionem, sed ἔκρυσιν vulgus

solet appellare. Aristoteles tamen aliter septimo de historia animal. ἐκβάσεις enim ei sunt corruptiones ad diem quadragesimum : ῥύσεις autem per primos septem tantùm conceptionis dies. Sed quod desumpsisse dissimularit ex libro de septimestri partu Hippocratis. Nempe effluxionem tantisper dici, dum nihil ex semine efformatum est. Quo sanè tempore vixdum potest adhuc copia & magnitudine profluuij, euacuatio lochiorum eam superare, quæ menstrua est solùm ; hoc est quæ sanguinis est meostrui & vnius mensis tantùm.

Καὶ κινδυνώδεα, *in periculo versantur maiore*] Correctio nunc possit videri. Eadem modò dicebantur Hippocrati vtrarumque pathemata. Nunc in discrimine versantur multo maiore quæ abortiunt. Quia oimirum grauiores sunt abortiones quàm partus. Deinde ab enumeratione eorum quæ vim solent inferre parenti, statim ratio redditur. Siue enim pharmaco, aut potione abortio procuretur, siue cibo pessariisve ad eam rem accommodatis, siue ἄλλῳ τῳ, alio etiam quouis modo. Has enim iniurias molestiasque saltus oonnunquam adfert, adfert & casus & clamor, & in partem posticam recuruatio & iracundia sæpenumero.

Διὰ δὲ πυρῶν ῥέειν] Esse quid malum violentiam norunt quidem omnes. Sed ad superiora quæque ratio hæc apta sit eáque sufficiens : quia metus est, ne in eiusmodi euentu omni violento, vterus (ἰκανοῦται δ' ἑλκώσεσι) vlceretur aut hinc etiam concipiat inflammationem. Quæ effectiones non possunt non esse cum imminente aut præsenti periculo coniunctissimæ. Præter ea autem quæ de vtrisque iis dicta sunt superiùs, illustrabuntur eadem ipsa, vbi de vlceribus vteri plura dicentur postea & eius inflammatione

SENTENTIA DECIMATERTIA.

Ecquo autem pacto lac generatur, dictum à nobis est in natura pueri eius qui est in partu.

Τὸ δὲ γάλα ὅκως γίγν, εἴρηταί μοι ἐν τῇ φύσι τοῦ παιδίου τοῦ ἐν ἔχῳ.

Posteaquam mulier grauida facta est, ei non sæpe prodeunt menses præterquam pauci.

Ἐπὴν δὲ κύσηται ἡ γυνὴ, κάθαρσις οὐ μάλα χωρέει, πλὴν ὀλίγοισιν.

Quod namque ex cibo ac potione dulcissimum est in sanguine, ad mammas vertitur, ac ex ijs sugendo trahitur quasi per papillas.

Τρέπεται γὰρ ἐς τοὺς μαστοὺς τὸ γλυκύτατον τοῦ ὑγροῦ, ἀπό τε τῶν σίτων καὶ τῶν ποτῶν, καὶ ἑλκυσθέντα.

Indéque prorsus necesse est reliquum corpus inaniri, etiámque tum *minus* reuera *sanguinis inest.*

Καὶ ἀνάγκη δὴ καὶ τὸ ἄλλο σῶμα κενοῦσθαι μᾶλλον, καὶ ἧσσον πλῆρες ἔχειν τοῦ αἵματος.

Hoc sanè *modo istud contingit.*

Τοῦτο μὲν οὕτως γίνεται.

Sunt autem sine lacte quædam secundum naturam, & ipsas lac ante tempus deficit.

Εἰσὶ δὲ αἵδε φύσει ἀγάλακτοί εἰσι, καὶ σφέας ἀπολείπει τὸ γάλα πρὸ τοῦ καιροῦ.

Hæ sunt nempe duce natura solidæ & densæ carnis : ideóque ex ventre ad mammas non peruadit satis copiosus humor ; via nimirum densiore & nimis adstricta.

Αὗται δὲ φύσει σαρκώδεες εἰσὶ καὶ πυκνόσαρκοι· καὶ διὰ τοῦτο οὐ διέρχεται ἀπὸ τῆς κοιλίης ἐς τοὺς μαζοὺς ἱκανὸς ἰκμὰς ἀπὸ τῆς κοιλίης, πυκνῆς τῆς ὁδοῦ ἐούσης.

EXPLICATIO.

Τὸ δὲ γάλα ὅκως γίνεται] E superiori præsens dependet oratio, qua dicebatur concreto in molam semine ita affecto vt dictum est, lac in mammis non generari. Quæ autem vsque adhuc interiecta sunt, continuatio orationis ea coniunxit. Sed de lactis generationis modo tam multa dicta sunt, vt verendum sit omnino, ne nauseam tædiumve lectoribus pepererint. Itaque sit, si placet, satis.

Ἐπὴν δὲ

Ἐπὶὼ δ' κύσηται ἡ γυνὴ, *at postquam mulier prægnans est*] Tacitæ nunc queat videri Hippocrates obiectioni respondere, ac simul causas recensere generandi lactis: Pendere etiam eas quasi ex menstruorum suppressione. Attamen hoc non nisi in grauida muliere, vti expositum & demonstratum pluribus antè fuit, locum habere queat. Scriptum enim est, ἐπὶὼ δ' κύσηται, & cætera, quasi diceret, Simulatque facta conceptio est, ὐ μάλα, non admodum, nec sæpeuumero foras menstrua excerni solent; πλὼ ἢ ὀλίγα, præterquam quibusdam pauca. Etsi enim ita strictè ostiolum vteri concludatur à conceptu, vt ne specillo quidem pateat aditus ad cauum vteri: vsque adeò tamen quæ tantisper solita fuit natura quod redundabat, antea semper foras propulsare; obliuisci statim non potuit tam diuturnæ consuetudinis, quum suis aliquando ardentiùs commota periodis, os vteri aliquantùm recludat eiusdem gratia, & pro more suo quiddam sanguinis etiam remittat, qui suppressius consueuerat, nupet vt diximus, exuperare. Nec dum enim principio magnum aliquid & effatu dignum in vtero alitur nec augetur, quod tunc exhauriat id quod duce natura redundare potest pro consuetudine. At progressò longiùs aliquantò tempore grauiditatis, τρέπεται καὶ ἐς τοὺς μαζοὺς, quum scilicet quod in humido, huc est sanguine suppetesso, dulcissimum est & amicum naturæ, ad mammas tandem vertitur. Id quod quampluribus expositum antea fuit, vti iam sæpe diximus. Ad mammas tum ergo (τρέπεται) quidem vertitur, sed quomodo? eiusce conuersionis principium causasque antea repetebamus ab insita puelli commotione. Quo etiam loco sententiæ Galeni responsum oportuerat quod sequitur, si priùs positum fuerit cum eo id discriminis inter menstruum sanguinem & lacteum esse, (ita enim, si placet, is appelletur qui modò in lac commutatur re vera in hypothesi) quòd hic non tantùm mittatur, sed etiam trahatur alterius beneficio: mittatur autem ille tantùm libro quinto de simpl. medic. facultatibus capite vigesimosecundo. Responsum, inquam, ei sit, Tum demum istud discrimen de morioue locum habere, quum vtero fœtus adhuc gestatur & contiuetur. Quia nimirum ex ergastulo postquam ipse profugit, sanguis tantummodo trahatur, quamuis aceepto aliàs aliunde motionis principio, vt explicatum est. Siquidem, vetum id est Hippocratis, καὶ ἐκπνεῖ πίνει, ἀχρὶς κτίσιος ἐστηλιμένης, χωρὶς τὸ γάλα ἐς τοὺς μαζοὺς, lac in mammas se quidem recipit: sed id quidem ἰὼ ῥηϊδίῃ, si modò puerum lacter mater. Quod longa Hippocratis oratione consequenti dilucidius eriam longè redditur, scilicet ad fiuem ferè disputationis de puerili natura.

Καὶ ἐκπνεῖται, *fugitur ex mammillis*] Est & hoc aliud responsum ad racitam alioqui obiectionem. Si ita est enim comparatum, vt in muliebri geuere multus sanguis & conficiatur & cumuletur, gratia alterius scilicet nutritionis, qui alioqui menstruus sit & per singulos menses effluat foras & vacuetur; quonam res muliebris statuetur loco, si copiosus is eoacernetur, & attamen (κατάμηνα ὐ μάλα χωρὶς) vt est apud eundem nunc Hippocratem, non multus vacuabitur? Explicatum antea fuit de grauidis, quomodo primis menstibus graniditatis, & quidem iusta de causa, sanguis paucus stillat nonnullis: quæ nunc sequntur, ad vacuas pertinent, quæ suos tamen fœtus enutriunt & lactant. Vnde verbo ἐκπνεῖ vsus est, quod est è mammis per papillas educi sugendo foras, quemadmodum eius compositio notat Grammatica. His positis sic consequenter, si placet, cum Hippocrate ratiocinemur. Si qui ἐκπνεῖται, sanguis ad mammas attractus venit, foras totus educitur multo atque frequenti suctu, vt in nutricibus manifestissimè deprehenditur; necesse quoque est vt quidquid sphærico mammarum tumore & in vicinia courinetur, prioti etiam loco vacuetur. Sed καὶ αἰσχυνθῇ καὶ τὸ ἄλλο σῶμα κενοῦσθαι μᾶλλον, vt consimiliter & corpus tandem reliquum magis inane etiam reddatur, aut vt (κενοῦσθαι) eodem modo magis euacuari dicatur, hoc est, vt sequitur eodem loco καὶ ἦσσον πάχος γίνεται τῷ αἵματος, quòd sanguine mulier tunc minùs abundat. Eis porrò vt quisque maiorem fidem adhibeat, sicuti decet; addidit ad extremum Hippocrates, τῶν οὕτως γίνεται, rem se ita habere professus, quo modo explicuit. Cui si quid eriam tertium obieceris Hippocrati; est in promptu quod is quoque respondeat consequenter. Obiectio verò est Εἰσὶ δὲ αἱ τινες φύσει ἀγάλακτοι εἰσὶ, αἱ γὰρ ἐοῦσαι ἄνευ γάλακτος quædam, & cætera. Quasi ipse velit, oppositum etiam sibi ipsi confringens, quod est de lacte statutum modò ad vacuationem scilicet mulierum solenuem aut potiùs menstruorum compensationem; id quidem uou esse perpetuum nec vsquequaque verum. Quum siquidem nonnullæ sint in quibus uon possit lactis euacuatio menstruam compensare. Eiusmodi sunt autem ἀγάλακτοι, quæ sunt sine lacte prorsus: aut vt minimùm (σφίσι ὀλιγίστη τὸ γάλα πρὸς τὸ κεφαλὴ) si non eruut illæ omnino lactis expertes, quòd saltem generatio lactis ante tempus eas deficiat, hoc est priusquam partus desierint opus habere lacte & egere. Responsio Hippocratis est, manare id à corporeæ constitutionis varietate, hoc est à substantia. Quanquam enim, vt huius libri principio diximus, mulierum corpora laxa sint valde & rarioris longè substantiæ quàm virorum; si res hæc spectetur & explicetur in vniuersum, vt ad finem libri de glandulis: inter se autem si ipsæ attamen conferantur; aliis aliæ videbuntur reuera mollioris esse substantiæ, aliis aliæ multò densioris & magis adstrictæ. Vt sunt enim tria virorum genera libro de diæta apud Hippocratem, sunt sic totidem ab eo quoque posita mulierum eodem loco. Qua re autem discrepent mulieres inter se, etiam intelligi potest facilè ex principio libri de muliebri natura. Sed sic sanè esto. Mulieres explicata corporis constitutioue atque natura differant inter se. Licet euim. Quid tum? In nonnullis quanam ratione lactis generatio citiùs cessabit quàm è re earum sit? αὗται δὲ φύσει τρηχεῖαι εἰσι καὶ πυκνόφυκι, nempe quia hæ duce natura solidum densumque corpus fortitæ sunt, & compactum valde per cumparatiouem. Sed de raritate & densitate corporum antea copiosissimè.

Καὶ διὰ τοῦτο οὐ διήκουσι ὁπῇ δεῖ μαλακοὶ ἱκμάδες ἀπὸ τῆς κοιλίης] Hac de causa & quidem valde iusta, non nisi summa cum difficultate ad mammarum glandulas dulcis & benignus humor ex partibus infernis potest penetrare. Quid verò per solidas & densas carnes acceptum voluit, exponit deinde apertiùs & ferè paraphrasticè. πυκνὰς τὰς (ait) ἐόσας ἰσάσας, quum non sit iter peruium nec rarum satis: sed nimis densum, hoc est minùs quidem patens & apertum. Quæ enim sunt huius naturæ vasa, ac venarum ductus eiusmodi etiam inanes facti & arteriarum; facilè ad pristinum statum scilicet collapsi redeunt: maximè autem cessante ac definita puelli commotione. Editus est enim ipse in lucem ex hypothesi. Vis autem trahendi mammarum huiusmodi, valde tunc est exigua & quasi nulla. Non etenim sunt illæ raræ spongiarum instar in mulieribus ita affectis & huius prædictæ Naturæ. Quibus ne sua tamen desint ad valetudinem remedia, ea auditore, si ingratum non erit, quæ mox ordine recensebit noster Hippocrates. Varias verò ac multiplices, vel omnis etiam generis formulas remediorum commentarius sequens complecterur, quas ad singulas affectiones priùs descriptas, quisque alioquin meritò possit desiderare.

FINIS COMMENTARII
SEXTI.

MAVRI-

MAVRICII CORDAEI RHEMI COMMENTARIVS SEPTIMVS IN LIBRVM PRIOREM HIPPOcratis Coi de Muliebribus.

SENTENTIA PRIMA.

ΕΠΙΜΗΝΙΑ καταπάτας. 1

Ελατηρίου δύο πόσας· 2
ξυμμίσγεται δὲ καὶ σίαρ ὅσος ἀπὸ τῆς νεφρῶν, ὅσον ὁ ἑλατήριον μὴ διαφθείρεσθαι· ποιέειν δὲ δύο πεσσούς.

Ἢ μελάνθιον ὃ ἐκ τῆς πυρῆς τρίψας, 3
ὕδατι φορύξαι, καὶ πεσσεύειν δύο ποιῆσαι.

Προσπίνειν δὲ ταῦτα πρὸ τῆς ἡμέρης ἧσι μέλλει ἐκφήνεσθαι. 4

Ποιέει δὲ μὴ ἔρχόμενα, ῥίγεα καὶ πυρετούς. 5

IAM quæ possunt educere menses, nunc proponũtur.

Elaterij potiones duas accipies: admiscendus deinde adeps est qui oviculorum renibus adnascitur, pari cum elaterio cõpia quod non conteretur, vt inde pessaria duo fiant.

Aut melanthium ex tritico eõtritum aqua subigere oportebit, & duo itidem pessaria conficere.

Admonenda hæc autem erunt paucis aliquot antè diebus quàm prodeãt menses.

Quòd si ne sic quidem prodeant, rigorem suscitant etiámque febres.

EXPLICATIO.

QVEMADMODVM σημειωτικὴ, cui etiam est πρόγνωσις ferè coniuncta, τοῦ ἰᾶσθαι dicitur, & ad diagnosio morborum referenda est perpetuò inter medendum: sic sanè quisque fuerit consequutus frustra cognitionem morborum, nisi vim & grauitatem eorum consultò sustineat, & furentes ac violentos illorum impetus, quæ vulgus Medicorum symptomata appellauit, reprimat; vt tandem aut solâ prognosi contentus de vitæ certo discrimine sententiam dicat & valere iubeat: aut sperabilem contrà valetudinem affirmet, & ad huius curationem semel aggressus, huic suam det inde omnem operam eique subseruiat; valetudinem denique ipsam sustentet atque confirmet. Hippocrates vsque adhuc in muliebrium morborum causas quanta potuit arte & sedulitate inquisiuit: inuestigatas eas proposuit, & pro illarum natura, vique & grauitate, modò periculosos morbos esse prædixit & significauit; sæpe etiam pernicioſos atque funestos, modóque pro sua sententia curationem instituit, nempe quia sanabiles existimauit. Namque deploratos attingere semper ratus est ipse præter officium Medici atque decorum esse. Itaque de nonnullis antea solicitus, vt occurrit quidem sæpenumero postea & obtulit sese occasio, curationem præscripsit; at quia tunc breuiter nec vllos curandi modos oratione sua sæpe perstrinxit & illustrauit, vt nec varias remediorum formas exposuit; nunc est hoc quidem quod in hypothesi fusissimè explicaturum sibi ipse proposuit ad extremum huius susceptæ disputationis. Sperauit nimirum ita fore, vt omnes tantam in promptu hinc habeant remediorum syluam & vbertatem adeò sufficientem, vt quorum ope nimirum Medici aduersus descriptas antè affectiones satis viriliter pugnent & eas profligent. Quando igitur vetera, hoc est quæ initio explicuimus, vestigiis insistentes Hippocrateis, memoria repetimus; meritò quidem, etsi fortè id euenerit, meritò, inquam, gaudemus hunc locum nostræ huic disputationi relictum esse, & quasi triumphantes vehementer lætamur. Nunc siquidem quum videamus nostros commentarios in hunc priorem librum de muliebribus, septenario numero contineri & terminari. Hic enim naturæ seipsum dicauit, si memoria quidem valemus; aut, vt veriùs aliquantò loquamur, Natura hunc ipsum delegit prius quò se erigat suaque munia obeat, & omnia ordine certo dispenset, moderetur & perficiat; tuetur etiam sese & anquirat quę necessaria sunt, & contraria ooo solùm declinet; sed à se etiam ea propulset & euincat. Vt igitur vnde instituta cœpit disputatio tandem terminata desinat, & ad vsum referatur; (alioquin quacunque de re

ultima periodo τοῦ κεφαλαίου & sep. partis.

id fiat, frustra suscipitur) nónne à suppressione menstruorum prima tum mulieri veniebat molestia? Nónne inde obortus est huius disputationis initio in toto corpore dolor, indéque etiam calor idemidem factus est in mulieribus quàm in viris longè intensior? Qui quidem locus Hippocratis magnum isthunc etiam virum & philosophum Iulium Cæsarem Scaligerum decepit ad finem exercitationis 131. id quod prætermissum ioitio à nobis fuit. Exercitas enim de subtilitate exercitationes scripsisse subtiliter magis aduersus Cardanum nemo huius memoriæ ferè nesciuit Physicorum. At quomodo mulieres dicantur Hippocrati viris esse calidiores, versu 9. sent. 5. commeot. primi, explicatum à nobis abunde fuit eodem loco, scilicet in comparata hypothesi proposita tum ab Hippocrate. Sed regressio, si placet, fiat ad propositum. Opinabamur verò inprimis Hippocratem nunc bene consultum voluisse mulieribus, quibus aut lac deesset omninò, aut quidem deficeret ante tempus à natura præscriptum. (Postremus nempe sermo de lacte habitus est.) Quod esse ablactationis suspicati quidé sumus, verisimili coniectura ducti. Atque adeò tunc legebamus, ἔστι μὲν γὰρ καταμήνια ἐκκενοῦν δύο τρόπους, hoc est, Hæc sunt quæ menses ducunt in ἐκκαθάρσει, atque etiam iis quibus ante tempus cessat generatio lactis. Ne videlicet humor benignus ad superiora solitus deferri, potius esse possit, molestias inferens, quæ recensentur plurimæ sub finem libelli de glãdulis. Refusus nempe ad principes aliquas partes molestus esset, atque ideo quòd ipsum elicere omne tentaret ex arte Medicus duplici pessario consequenti; coniiciebamus, vt dictum est. Verumenimuero tandem succurrit nobis in mentem, menstruorum suppressio huius libri prioris initio statim lectori proposita. Quódque hæc prima, vt modò dicebamus, causa ponebatur intrè obrepentis omnis muliebris molestiæ & symptomatum quorumque, de quibus actum tunè fuit ampliùs ab Hippocrate. Vt igitur prima hæc causa muliebris molestiæ deleatur, iam auditore quænam sunt in Hippocratis oratione. Tentabit primùm duobus pessariis euocare sanguinem suppressum menstrualem. Vt autem pessaria coucinnentur io eum scopum, assumi solùm oportere putat Hippocrates, tanquam abunde sufficiens, elaterium. De cuius viribus multi tam multa dixerunt, quæ ex eorum scriptis quiuis potest repetere; vt plenè quidem sufficiat, si cum Mesue ad id opportunissimum ideo esse censuerimus, quòd abradat & vasorum oscula aperiat. Eius autem puluisculum Hippocrates excipiendum voluit esse definita adipis ouilli copia. Atqoe etiam eum vsurpari oportere qui renibus ouium spectatur adhærescens. Quia is (credimus) paulò durioris est naturæ quàm qui aliis partibus adnasci solet. Nisi & ex ouicula potiùs, ratione generis scilicet, & veteri eius vicinia motus ita Hippocrates senserit. Sic igitur accommodatissimum ad menses ducendos elaterium excipi oportuit adipe cõuenienti. Ecquo autem modo δύο πόσεις, potiones duas iussit vsurpari, quùm pessos compingere, non autem potiones, ad menses ducendos authoris sit propositũ? Frequens est ei & familiaris hic loquendi modus, quemadmodum postea apertum cuique fiet vel ex hoc eodem septimo comment. ἐκκαθαίρει dicet ἕως δύο πόσεως, & πυελίσας χλιαίνειν ἕως δύο πόσεως, vt & aliquanto pòst ὑπόθεσιν ἕως δύο πόσεως, & vbique passim similiter. Quasi velit Hippocrates duplo maiorem copiam elaterij accipi in vsum præsentè oportere, quàm ausit securè & consueuerit Medicus semel offerre io potum, hoc est vna potione. Verbi gratia, si septem elaterij grana quis tutò, non autem plura, offerre consueuerit, ounc ad pessum cooficiendum quatuordecim accipiat. Consimile esto iudicium de melanthio. Attamen huiusmodi diorismus est Galeni distinctióque, quando menstruorum accidet suppressio ob crassitiem humorum & viscositatem, septimo simplicium.

Τὸ ἐπὶ τῷ πυρῷ] Quasi nolit Hippocrates omne melanthium omni satum loco & solo vsurpandum esse, sed id solum quod ruit cum tritico. Vt nimirum Medicus in metendo hunc delectum faciat. Et hoc idem (τρίβειν τὸ λεῖον ἰσχυρῶς, καὶ μέλιτι, &c.) valde conterendum esse monet ad læuorem & cum melle commiscendum lib. περὶ ἀφίδρυ. Eodémque loco ad febres adiunxit & articulorum tumores, & (καὶ ὀδυνῶν ἰσχυρὰς ποιεῖ) morsum vehementem inducere idipsum.

Προσπίνειν δὲ ὧνπερ, &c.] Hæc quoque seruanda perpetuò est ad dictum scopum Hippocratis in suppooendis pessis conditio, vt (περὶ τὴν ἡμέρην) paucis aliquot antè diebus isthæc supponantur quàm menses aduentent. Sic enim hæc quæ humorem menstruum cooturbant & mouent, opitulatricem habebunt naturam. Natura siquidem quando suæ spontis est, sublatis impedimentis, expultrix manet menstruorum sigillatim cœpta periodo per se per ternas quidem, aut vt longissimùm quaternas septimanas.

Ταῦτα δὲ μὴ ἐξερχόμενα] Quæ si ne tum quidem per pessaria hæc vtriusque generis tempori foras producantur, (ῥῖγος) & rigor sequitur, irritata nempe materia mestruali & non vacuata: (καὶ πυρετοὶ) & febres fiunt, erroris oempe participes. Quæ pro partium tamen in quas ipsa fortè impetum fecerint, diuersitate; atque etiam humoris ex suppressione menstruorum synathrismo & putredine; huic aot illi adscribentur tandem generi. Eáque de causa febres potiùs quàm febrem dixisse Hippocratem hîc opinamur. Naturam verò tum ad excretionem suscitari menstruúmque humorem frustra commoueri demonstrat concussio corporis totius, rigor. Quibus omnibus positis, hoc est & motrice natura & irritato menstruorum sanguine, non vacuato tamen; quid est quod obstaculo queat esse illius excretioni aliud, quàm venarum arteriarúmque quæ ad vterum pertinent, obstructio oscillorum? Huic verò soluendæ, & detergendo quoque, si opus videbitur, viscido humori, atque etiam ex consequenti, declinando rigori, febribúsque restinguendis quæ inde sequi modò videbantur authori; inuentum est multiplex quod sequitur remedium. Ideòque ait ipse ita locutus, vt proximè sequitur.

SENTEN-

SENTENTIA SECVNDA.

Μαλθακὰ, ὑφ' ὧν καθαίρεται ὕδωρ καὶ ψάμμος, καὶ ἄγει ἐπιμήνια, ἢν μὴ πολυχρόνια ᾖ, καὶ ὁ τόκος μαλθακός.

1 Hæc sunt emollientia, quorum usu aqua educi potest & arena: menses, nisi diutiùs restiterint, hæc etiam poterunt eadem promouere, & oscillum uteri emollire.

Νάρκισσον, σμύρναν, κύμινον, καὶ λεβανωτὸν, ἀψίνθιον, κύπειρον, ἶσον ἑκάστου, ταρίχου δὲ μόνου μέρας τέσσαρας, διακτένου σὺν μέλιτι λίνου, ξυμμίξας ταῦτα, τρίβε ὀξυδρόμῳ ἐνηδύνοντι οἴῳ ὕδατι, καὶ τὸν ἔνβλαστον, καὶ τροχίσκους.

2 Ergo narcissi, myrrhæ, cumini, etiámque thuris, absinthij, cyperi, portiones æquæ eligi debent; nisi quòd è solo narcisso quadruplum debet capi, etiámque qui pectendo relinquuntur molles villi è lino crudo. hæc simul omnia postquam miscueris, cotundere oportebit cum decocto aquæ origani, & in glandis formam effingere, & subiicere.

Ἢ καὶ κυκλαμίνου μίσγε ὅσον ἀστράγαλον, καὶ αἴδος χαλκοῦ ὅσον κύαμον τρίψας, μέλιτι δοὺς, καὶ πιπὼν βάλανον, καὶ τροχίσκους.

30 potiùs hic legendum crederemus, ni persuasum nobis oporteret, mulieres quæ perfectos peperierant solitas fuisse tunc veteribus enutrire fœtus suos. Tribus porrò infusum constabit. In lactis (gratia exempli) vnciis quatuor mulieris κυοφόρου, quia in hoc est & cognatio & consociatio maior cum muliere, quàm in lacte alterius animantis cuiusuis; & vis quoque potentior ad agendum, quemadmodum in semine masculino, sine id è mare ducatur, siue è fœmina, (duplex enim inesse potest in vtroque parente, eodem hoc nostro teste Hippocrate & experientia) In ℥. iiij. inquam huius lactis, succus è malo granato expressus & defæcatus ad vncias duas, ad robur partis & vim suscitandam vteri forsasse retentricem, affundetur. Tertium est (πέσσον δ') quòd testudinis marinæ perineum suo præparatum descripto modo cum illis Hippocrates voluit commisceri, ad stimulum Veneris scilicet, vt credimus facilè. In eo siquidem esse sedem libidinis viderat Hippocrates & seminis vim atque voluptatis. Qua quidem eadem ratione, copiam seminis nobis subministrari ex lumbis scincorum; & testibus eorundem,
40 illius seminis acumen intendi nos iampridem consuetudo docuit & cõfirmauit: indéque adeò scriptum hoc reliquit Dioscorides. Aiunt (ait ipse) carnes quæ renes eorum amplectuntur, id sibi virium vindicasse, vt si drachmæ pondere bibantur, Venerem acceudant & stimulent. Sed cur non εἰς τὸ αἰδοῖον, in pudendum infundi istæc nominatim dixit oportere Hippocrates? Imò verò addere penitius debuit, ne quis, vt idem ipse alind inbebat nuper, in alnum intruderet nimis imprudenter.

Ὁμοίως ἴσχειν κυοποιέον μὴ κινέοντα· γάλα καὶ, &c.] Quòd si hoc prius infusum per metranchytam immittatur in vterum; ac ne (μὴ κινέοντα) sic quidem mulier ad concipiendi consuetudinem redierit; tria simul commixta sunt excipienda melle, quæ infundantur similiter in eundem scopum. In iis verò lac quod admisceri debet, muliebre ducimus intelligi oportere, & quidem ex ea quæ marem peperit, explicata
50 nuper de causa.

Deinde (κυοποιέον, βολὸν τῇ καυλῇ) pessarium describitur ex semine bulbi albi, aut eius floribus cum melle contritis & conformatis in glandem. quę per totum triduum supponatur in scopum semper propositum. Modò autem pessarium in pudendũ solummodo, nõ penitius immittebat; nunc apponit πρὸς τὴ μήτρῃ, ad vterum. Ac re vera ea pars debet, quemadmodum aliquando didicimus, cómoueri ad conceptionem. Frustráque ad alias partes huius gratiã quidnis admouebitur, nisi vis huius eiusdem penetrarit ad illam. Cæterùm quas partes è bulbo deligat Hipp. animaduertendum, quantúmque apter eas artificiosè. Autiquis, minùs verò uobis, bulborum genus omne notissimum fuisse satis constat; & apud eos. præsertim gratia Veneris, in vsu fuisse frequentiori. Esculentum intelligi suspicio quædam esse queat, qui magis expetebatur ad Venerem, vt in Xeniis suis testatur sic fatus ille:

60 *Quum sit anus coniux, quum sint tibi mortua membra,* Martialis in Xeniis.
Nihil aliud bulbis quàm satur esse potes.

Sed quòd quarto die emolliens & anodynum aliud componendum velit Hippocrates ex malua, quam μαλοφύλλου nuncupauit, confisus est ille posse se hoc modo, si quid vsu superiorum fuerit fortè detritum in pudendo, resarcire; fidem pleniorem quoque facit vomitorium potiùs voluisse, in quo longè maior vis inest quàm in altero. Est enim eorum genus duplex. Totum triduum ergo nunc bulbum sinu

contineri voluit pudoris, creditmus, quò sic paulò ardentiùs ad congressum vterus stimuletur. Quarto pòst igitur die, vbi Veneris incendio accensus abunde iam ille videbitur, quòd eum etiam eodem modo magis adstringat, apponi iussit μελάχλωι ἐλείῳ, maluam syluestrem scilicet. Ant fortè fuit quæ transmarina ounc appellatur, in qua inesse etiam hystericum quiddam vulgo creditur. Cuius opinionis (si ita est) noster Hippocrates videri fuisse etiam qoeat hoc loco. Atque hanc similiter ac superiora, lacte eodem muliebri excipit in pessarij confectioom. Confirmatus hac arte quando vterus satis fuerit, iam tum aptus est excipiendo semini concipiendóque. Ideóqoe (ὅτε καιρὸς μετὰ ἀνδρὸς) cum viro tuoc congredi putat Hippocrates maximè opportunum. Atque vt magis sint qnæque accommodata ad conceptionem, duobus modis pulegium priùs offereodum monet, taorae illud virtutis esse videbatur ad vim suscitandam vteri retentricem gratiá cooceptionis. Hac enim de causa (προεμένου) abstorberi id oportere dixit ante concubitum, (πρὸ συνόδου) & idem ebibendum esse, Hippocrates. Quæ si fortè muliet detrectet (vt euenire potest) remedia (διὰ δόσιν μὴ ἐφικνεῖν) succus geret vicem eorum qui è eonyza cõfusa exprimetur. Is vino commixtus die sequenti maturino, ex vino propinabitur stomacho ieiuno. Hic cæterùm quæ parua est & (ὄδμη) odore præstat, assumetur. Quanquam ad menses fortiter educendos, & partus eiiciendos omne genus cooyzæ probet & Dioscorides & septimo de simplicibus Galenus.

cap. 119. lib. 3.

Σπερμ] Nihil difficile cootinet prosthetum, in quo asparagi semen ex vino assumitur: sed in eo quod huic proximè subiungitur χρεὼν χωρεῖν, duo sunt, quæ qunm habeaot eximias vires authore ounc Hippocrate, pessarium vnà compoount cum reliquis. Chorium est igitur prius, in quo quot signari vulgo solent pelliculæ, repetendum duximus ex anatome, nequid confundatur. Quid hoc verò possit & præstet, ediscere hinc licet etiam experieotia demonstratrice. Quidni de chorio fidei nunc credemus Hipp. Is enim non tantùm doctus artis magister qnondam habitus est: sed (id quod est in ea multò maius) experientissimus & in medẽdo diligẽtissimus fuit. Ne quis nimirum io posterum haud esse fidendum experimentis (quanquã noo quidem temere) perperã sibi persuasum habeat; quæ cuiq; nota esse possunt, non tantùm artifici, sed etiam idiotæ, lib. περὶ πυθῶν, & vulgatissima, apud Hipp. Est alterum quod nobis negotium facessit, quid ὠλαὶ possit hoc loco significare. Sioe autem τὰ ὠλὰ cum Herodoto legamus, siue ὠλαὶ, sicut Homeri ootauit scholiastes, verisimilius longè videtur nobis voluisse hìc hoc nomine γῆς ἔντερα, terræ lombricos mtelligi, quibus dinteticam vim tribuit Dioscorid. & humorem Galen. qoi committit icterum, expurgandi libro de Theriaca ad Pisonem capit. 12. verisimile inquam id magis est voluisse, quàm eos vermes qui vulgò nascuntur in cadauere aut in vlcere neglecto ex putredine, ἀφ' ὧν ὠλιτῶσι, vt ille voluit scholiastes Homeri. Et σκώληκες & ὠλαὶ καὶ σκώληκας ὑπὸ φθορᾶς ἢ σκώληκος ἐκ τῶ ἀνεπιμέλητος αἰσχύνει. Ac nonoollorum sententia vermes hniusmodi ex arboribus colliguntor: aliorum autem in corpore nascnotur; quanquam vtrobique semper oriantur ex putredine. Vt iure quidem perquirendi locus nunc sit, an vt bupresles nonnunquam & pithyocampæ etiámque cantharides: ita σκώληκες, qui & ὠλαὶ dicuntur, vermes ἐκ τῆς δένδρων leguntur; assumi debeant in præsentem vsum præscriptum ab Hippocrate. Nam & Theophrasto arbores σκώληκας ἔχειν, quod est Phoio verminantur. Vt vermiculi tum assumendi videreotur, qnibus aliqua odo soleot arbores infestari. De vermibus hunc quidem locum Cornarius interpres exposuit, qui in corpore nascontur ex putredine; qoos indefinitè oimis, vermes eulæos Calnus reddidit. Quam quidem vtramque expositionem ab Hippocratis mente alienam esse suspicamur, etiamsi assentiremur vermes intelligi posse qoi in corpore nascnntur ex putredine, vt io vlcere aut vulnere potiùs, sicut ex Homero ooratur. Est namque σκώληξ Nicandro in Theriacis qooddam lacertæ genus. Vnde iniectus scrupulus nobis est ac dubitatum iure, quum lacertæ contritum caput appositum, quiduis quod est corpori iofixum euellat, cap. 58. lib. 2. apud Dioscorid. lacertáque σαῦρα dicatur Græcis; si pro ὠλίων noo esset σαυρῶν reponendum. Quod indicasse, si placet, sit satis. Hac de re tamen, si molestum non erit, Vitruuiom coosulito. σκώληκα enim multas formas in lignis inoestigat & dirimit inter se. Vermes quidem reddidimus: sed hìc suspicetur etiam qui volet, tereres lumbricos, qui io nobismetipsis suboasci solent in ioresiinis. In iis enim & summam vim subesse comperiet, qoi periculum fecerit frequenter. Sed hoc vtrumque elui oportere existimamus eodem quo iam explicabitur modo. Chorium tamen mulieris deligendum censemus inprimis qnæ sit integræ valetudois, sit quoque illa iuueois, & oon tantùm restibilis, sed multæ semper fœcuoditatis. Exinde albo vino eóque generoso abluendum tãtisper esse & aqua artemisiæ & mercurialis fœminæ; dum tenuis membrana sola supersit. Sensim aotem siccabitur, priusqoam veniat in vsum. Ac tum etiam in puluerem conteretur tenuissimum. Perfici reliqua quidem posstuot sioe negotio vllo. Vsurpari verò chorium opinamur oportere, quod masculum vestiebat, superiùs dicta de causa. Annoo enim ex semine primùm ac maximè coosurgit chorium coniecto eo scilicet io vterum vtriusque parentis mixtóque simul, lib. περὶ γονῆς, qooties est cooceptio eonsequntura? Huic verò fructuosè quosdam studuisse notuimus opiatæ vso, quæ chorion sic apparatum caperet; vt & aliàs idem ipsum exhibuisse ex accommodatis conseruis io bolo, & oonnnoquam ex iusculo, necnoo sæpinsculè cum tinctura coralli rubri & vnioom lacte. Sic hæc enim vocitant qui horum facete nunc periculum consueuerunt. Siquidem vtraque hæc mulieris vnioersas partes spectare creduntur, quæ in congressu solent Veneri subseruire.

Quæ verò pessarium sequens componant, sigillatim (ὧν χρεὼν) depromuntur & explicantur ab Hippocrate. E quibus qnom flos desit æris in officinis, duplum æruginis addendum esse crediderim facilè. Atque Hippocratem enunciasse coniunctim σικύης ἀμφίων, propterea quòd est herba quædam idem hoc sortita nomen, quæ veteribus Græcis sic dicebatur simpliciter, cuius meminerunt Dioscorides libro tertio, Theophrastus libro sexto, Galenus, etiámque Plinius. Nec prætermissum hoc quoque

cap. 118. cap. 7.

voluimus,

voloimus, αὐὰ dictionem, quam esse ex Arabum schnla multi iniquè existimabant, nunc nos obseruare Hippocratem, vt vulgus practicorum, pro *æqualiter* vsurpasse.

Ἐπὶ πεντε ἡμέρας δὶς] Totum verò triduum pessarium hoc voluit hic author admoueri, nempe vt quod fortè adhæret vteri tunicæ interiori, possit tutò excuti aut potiùs sensim detergeri. Idque quò potentiùs fiat, singulis tot diebus bis renouat isthoc pessarium. In priori autem isthæc voinersa excipiuntur melle. Quod acrius tamen si videbitur, cæteris paribus numero, pro melle anserinum adipem Hippocrates miscerí iussit; & incidendi attenuandíque vim eius retineri, ac fortè paulò magis etiam intendi admixtioue nitri adusti. Hanc enim Galenus nitro acquiri vstione existimauit iure, onno de simplic. medicam. lib.

Διὰτινας δὴ τὸν οἶνον] Sed vini vsus quorsum nunc meminit Hippocrates? An quia qnoquouersum sine noxa vis assumpti vini penetrat, sicque spirituum corporis communionem facit & medicamentorum ad vuluam appositorum; vt inde cognatio quædam maior & sic societas communis exurgat toti corpori cum medicamentis in sinum pudicitiæ intromissis?

Φυλάσσεται δὲ ὁ οἶνος αὐστηρὸς μάλιστα] Vina attamen vehementiora vitari censet oportere, ne qnum vinum suapte natura sit maximè hystericum, vterus nimiùm hinc commotus & incalescens etiam in agendo conturbetur.

Ἕτερον πεσσοποιέειν· ὠὸν ὅτι ἔχει τὸν κύκλον] Cuique est satis manifestum, hoc institui pessarium aliud ab Hippocrate in eundem semper scopum. In cuius descriptionne nihil dignum notatu animaduertimus, nisi quòd in plurali tantùm ὠὰ dictio hactenus legebatur apud alios qunsque authores. Vnde vermes qui nõ nisi plurimi simul semper enasci solent, persuasum habebamus isthac dictione significari; eadémque ratione in vsum capita eorum multa vsurpari solùm oportere, quum valde sint exigua. At nunc ὠὸν eam totam & simul cum cauda quam habet natura duce, assumi imperauit Hippocrates. (Sic enim ὅ τι ἔχει τὸν κύκλον reddidimus) Ideóque valde nobis est suspecta adhuc eius superior assignata significatio. Quæ qoidem aogeatur, iusta de causa, suspicio; quòd ex designati animalis corpore velit assumendas author noster tres esse, aut quatuor partes vnà cum tenuissimo foliorum & florum origani puluere; vt affuso scilicet rosaceo, vniuersa tãdem componi queant in formam pessarij, quod intromittatur & ad oscnlum vsqoe vteri pertingat gratia conceptionis, vt est propositum. Attamen valde diffidimus hîc mendum subesse.

Ἕτερον πεσσοποιέειν· σὺν πρόκλου πεδίας] Crassiori extennando incidendóque glutinnso humori porra dicata esse, vnde non solùm soluant obstructa discutiantque, literis mandatum legimus secundo de facultatibus alimentorum apud Galenum. Imò verò aduersus præclusiones vteri, eiusdémque duritias, porrorum vtilem comam esse quondam est expertus Dioscorides lib. 2. Ioste ergo hîc quid tergendum esse cap. 143. aperiendúmque quod conceptionem impediat, coniicimus ex admixtioue eorum quæ nunc ad conceptum admouentur ea de causa, præscripto Hippocratis. Quorum vis tamen quò retundatur, quæ alioqni futura erat aliquantò vehementior; & anserinum adipem & portulacam cõmisceri Hippocratem voluisse etiam opinamur. Myrrha portò mordet tergétque, & semen porri incidit, & bubulum fel multo qnoque magis hoc vtrumque præstat. Ex quibus simul vniuersis pessarium nunc conficiatur in finem propositum semper ab authore.

SENTENTIA SEPTIMA.

Ἢν μὲν τὰ καταμήνια γένωνται πολλὰ, οὐ συλλαμβάνῃ δέ, χαλκοῦ αἴθος ὀβολοὺς δύο, καὶ ψυσθείης ξυσῆς ὡσαύτως, πέπλας λεῖα σὺν μέλιτι, εἶτα σὺν ἐλαίῳ ἀναστήσας, σὺν δὲ σασα ἡ γυνὴ τὸ ἔριον ἐς ὀθόνιον λίνεον, παρεχέτω ἔσω ἔσω αὐτῆς· τὸ δὲ λίνεον ὑπερεχέτω.

1 *Quòd si fortè menses copiosi fiant, nec attamen conceptio* inde *cõsequatur, posteaquam floris æris obolos duos, etiámque aluminis sciſsilis parem mensuram, cum melle contrieris ad lauorem, etiámque obduxeris velleri; (vellus autem hoc irretierit mulier in lacinia linea) in sinum hæc intromittat pudoris interea:* sic tamen *vt rete foras emineat.*

Εἶτα, ὅταν καλῶς καθαρθῇ, ἀφιέτω καὶ οἶνον ἀναζέσας δώδεκα, μυρσίνης φύλλα ἐμβαλὼν, οὕτω παρεχλυσάσθω, καὶ ἴτω παρὸς τὸν ἄνδρα.

2 *Deinde quum* ipsa *fuerit expurgata decenter,* istud quoque *abijciat: ac posteaodorato vino, cui incocta sunt* priùs *folia myrti, colluat* pudenda, foueátque; *vt viri tandem consuetudine perfruatur.*

Hic quoque *pessus facit ad conceptum: Mel, myrrham, fructum tamaricis, humidam resinam, anserinum adipem*, hæc *simul postquam contrieris vniuersa, velleri obuoluta* deinde *subijcito.*

3 Κυπτήριον πεσσδιτόν· Μέλι, σμύρναν, μυρίκης τὸν καρπὸν, ῥητίνην ὑγρὴν, χλιὸς ὀϊγύφα, πτίλας ἀπὸ μηλῶ ἓν αὐτῷ, ὃ εἰείῳ ὀλίγιξασα πεσσπτίθω.

Hic pessus alius est, *qui quum conceptum iuuet, valde vterum potest dilatare, si quando conniueat, nec possit concipere: potest &* hic idem *aquas expurgare: Hęc vbi delegeris, anehusam paruam scilicet, lentiscum, cuminum, cyperum*, vnáque *& eiueumerem syluestrem, nitrúmque rubrum, & sal Ægyptium, magnámque anchusam*; *hæc* inquam *vbi contrita erunt omnia ad læuorem, per linteolum percolare* oportebit.

4 Κυπτήριον πεσσδιτὸν σφόδρα αἰσχομῶσαι μᾶλλον δυνάμενον, ὅταν μεμύκῃ καὶ μὴ δύνηται κυῆσαι, καὶ ὕδωρ ἐκκαθῆραι· Λαβὼν ἀναβδάτιλων μικρῶν, ἡ χῖον, καὶ κύμινον, καὶ κύπειρον, καὶ ἀγρίλιν κολοκυντίδα, καὶ νίτρον ἐρυθρὸν, καὶ ἅλας Αἰγύπτιον, καὶ ἀναβδάτιλων μεγάλων, ταῦτα πάντα λεῖα ποιήσας, δι' ὀθονίου διηθήσας.

Indéque mel igne molliori decoquere seperatim, *ac simulatque hoc deferbuerit, ceram & resinam admiscето.*

5 Λαβὼν δὲ μέλι, ἕψησον ὅτι πυκνὸν μάλιστα· ἐπειδὰν δὲ ζέσῃ, τὸν κηρὸν μίξον καὶ ῥητίνην.

Atque omnibus tandem *commixtis vbi oleum affuderis, ac deinde ab igne seposueris quoad tepescant, ea obuoluto velleri postquā* etiam *obduxeris, donec* mulier *fuerit purgata, ad vterum admoucto.*

6 Επειτα ξυμμίξας πάντα, ἔλαιον ὀπτικὸν καὶ ἀφρῶν, χλιαρὸν, εἰείον ἐκκυλίσαντον ὀλίγιξας, πεσσπτίθῃ τῇ μήτρῃ, μέχρις ἂν καθαρθῇ.

Aliud ad conceptum faciens: Si tamen *exoptes vt concipiat mulier, non est* quidem satis, *vt superioribus vtatur catharticis*; *sed eam quoque decet gaudere viri consuetudine: adde etiam bacculas decem nigras lauri ac tres pugillos thuris, & cuminum postquam contrieris cum melle, lanam suceidam ijsce obductam semel quotidie ad vterum* mulier *admoueat, semel ità demat per quatuor dies: ac postea à cibo cēperet ipsa sibi per istos dies.*

7 Ετερον κυπτήριον· Ἢν γυναῖκα βούλῃ κυῆσαι, ἢ ὅτι καθαρτήριον ἤτις χρῆται, καὶ δὴ πεσσὸν τὸν αὐτὸν ἰέναι, καὶ δαφνίδας μέλαινας δέκα, λιβανωτοῦ δὲ δραχμίδας τρεῖς, καὶ κύμινον ὀλίγον τρίλας σὺν μέλιτι, ἐς εἰείον πυελίδος ἐκκυλίσαντος ἅπαξ τῆς ἡμέρης, τῇ αὐτῇ πεσσπτίθω καὶ ἀφαιρείσθω ἅπαξ ἕως ἡμερῶν τεσσάρων, καὶ ἔπειτα ἀοστείτω τὰς αὐτὰς ἡμέρας.

EXPLICATIO.

COHÆRENT ita hæc strictè cum antedictis, vt ex illis dependeant omnino. Adeòque vt si quando superiorum vsu medicamentorum, prænotata iam obstructio deleta appareat, ac nimis liberè menstrua fortasse ferantur & liberaliter; sic enim γίνεται καὶ vertimus, vt sanguinis quidem copia simul & vasorum amplificatio significetur: quum siquidem opinari multa nunc menstrua quamprimum suo nutu concitati & citra impedimenta vlla, ad rem præsentem videatur minùs pertinere, (οὐ συναμφοῖν δὲ) nec tamen conceptio fiat; attendito lector quibus auxiliis huic quoque cupit bene occurrsum esse Hippocrates, & quònam modo idem ipse postulat quasi refarciri mulieribus fœcunditatem. Neque secus enim cum Caluo interprete perdocto multa menstrua hîc conceptum præpedire existimamus quàm ex accidenti. Quinimo iusta ratione coniicimus aut laxiora esse venarum arteriarúmque quę ad vterum pertingunt, orificia: tantum abest vt conceptionem impediat obstructio: aut præ nimio humore aliquantò infirmiora. Hæc verò summo artificio Hippocrates modù constringit siccátque, vt

ipsa

ipſa nimirum roboretur firmiſſimè ad cooiectum ſemen tetinendum gratia conceptionis. Pares ergo in hanc rem portiones ex ſtipte æris & alumine erunt Medicæ ſumendæ, quæ quàm tenuiſſimè primùm contercantur, conuenienti deinde mellis exceptæ modo, velleri obducantur. Illigabit autem vellus mulier poſtea, acu quaſi traiectu filo lineo, quò tandem id tutò intromittat penitiſſimè, & quod ibi retineatur tantiſper, dum purgatio menſtrua perſeuerabit. Sic namque πεσσὸν ἐς ἔσω αὐτῆς duximus reddi oportere, quod prætermiſſum hactenus fuit ab omni interprete.

Τὸ δὲ λῖνον ὑπερκείσθω] Prominear faſcia foris ſcilicet pendula è peſſario. Quemadmodum verò appendent filum mulieres vulgò ſuæ ſpongiolæ, ſi quando ſpongiam ſibi indunt ad alium nempe, quem ab illis aliàs ſcopum didicimus: ita nunc lanæ in peſſarij formam obuolutæ, ὀθόνιον linteolum quoddam fi-
10 lúmve adſui oportere cenſet Hippocrates, quò tutiùs euelli id queat tempeſtiuè, quod eſt intromiſſum in hypotheſi. Eteoim quaſdam ipſi oouimus io quibus quom ex ſubere peſſulum cnoſectum, vt aduerſus vteri deſcenſum obniterentur, ſibi ſubiecciſſent; qui binc nulla arte euelli poſſet, quia nec apprehendi, circumpreſſus remanſit in locis. Quanquam oe obſtaculo quidem hoc fuiſſe quibuſdam mulierculis cnnceptinni, ſcriptn prodítum ſuſpicioſè legerimus spud Franciſcum Ruſſerum, vt literis politum hominem, ſic mntum & vitæ integritate eommendatum. Menſtrunrum igitur curſum teprimit ſaltem leuiter ptnſthetum modò deſcriptum ab authore. E qun ſons pendolum voluit filum apparere, qon demi apprehenſum poſſet, vt dictum eſt, opportunè. Opportunitatem verò detractionis peſſuli iſtius ſtatim nntauit his ſatus verbis Hippocrates: ὅταν καλῶς καθαρθῇ, quando nimirum viſa fuerit
20 mulier ſatis expurgata bellè. Vt & ex hac eadem nration intelligatur peſſarium hoc ſubiiciendum eſſe interim, dum adhue ſetuotur menſes. Qunrum curſu quaſi peractn, parandum quoque poſtea ex iis decnctum erit, quę explicantur eodem lnco ſigillatim ab Hippncrate. Ne quid autem ex peſſario relinquatur quod faciat negotium præpediátque expectatum cnnceptum, in eorum perſeuerat vſu Hippocrates, quæ partis robur conſeruandn augendóque, abſtergendi qunque vi præpolleant. In vino odoto nimirum ſeruente ſolia incnquuntur myrti ad ſnuendum abluendúnque priùs deſignatos lnens. Has partes ſiquidem puras ſortes & integras facilis requirit & fida nmnis conceptio. Cuius gratia peractis nmoibus ptæſcriptis ab autbnte, tum demum (ὅτε πρὸς τὸν ἄνδρα) ad congreſſum cum viro mulierem adbnrtatur.

Κυπτέσιον πεσσὸν τόνδε, σμύρναν, &c.] Et hoc deſtinarum eſt aliud conceptinni facilè paratu ptnſtbetum. Quod verò inde ſequitur, hypotheticum eſt. Conceptum nempe iuuat, & (ὅταν μειώσῃ) ex con-
30 niuentiæ præſeotis bypotheſi vaſorum quæ ad vterum pertinent, quid iſtud poſſit, manifeſtò authoe declarat: σφόδρα αἰσχυνόμενοι μήτρην διανέμειν, aperite vterum valde nimirum pnſſe. Vterum verò dicimus, non vteri oſculum; quin potiùs nſcilla vaſorum quæ ad eum deſinunt eiúſque cauum; quotum ſemper muneris eſſe exiſtimauimus, mnliri cnnceptiooem. Tenemus id verò adhuc & defendimus accuratiſſimè. Dilatare ergn hoc valde poſterius poſſe proſtherum, prinr quidem huius virtus eſt. Altera eáq; præſtantint fortè erit, ὕδωρ ἐκκαθῆραι, elicere aquas pnſſe endem modo. Quænam verò hoc poſterius cnntinet, & quibuſnam conſtat? κυκεὼν ἑλλέβορον πινὼν μετρίως, &c. in hoc delectum ſimplicium inprimis ſignanit ſiogulnrum Hipp. dictinne κυκεών. Deinde præterquam quòd obſeruamus per χολήρεα πίνων ἀσχύνειν (λύσεται γὰρ ἡ οὖπα, quum ſic qunq; dicatur) anchuſam vel monitnre Galeno intellexiſſe: obſeruate etiam licet Hippncratem hanc duplicem ſtatuiſſe; nũc ſcilicet minorem, vt alteram proximè poſtea maiorem.
40 Ad quod genus vtrumque adiunxit tertium Dinſcnrides, etiámque quartum Galenus ſextn ſimplicium, quibus v niuerſis etſi variæ, eximiæ quidem ab his tribuuntur vires. cap. 25. lib. 4.

Ταῦτα πάντα λεῖα τρίψας, *hæc poſteaquam contriueris omnia ad læuorem*] Quæ quidem pertinent reliqua ad niodum (vt vulgus lnquitur) faciendi. Quod eſt nmnino vnicum hoc munus pharmacopœorum. Ne ſcilicet ſun marte catharrica audeant aut quid aliud præſcribere in poſterum, vt quidam inter hos ſcinli iam vbique lncorum & gentium impudenter nimis conſueuerunt. Illi inquam ſi quid Græcè ſaperent, ſgnoſcerent attenti ad orationem præſentem Hippncratis λεῖα πάντα, primùm hîc ſuam contritinnem omnium deceotem. Deinde quò id quod eſt agere natum quidque, prompriùs agat perficiátque; δι' ὀθονίου διηθήσας, Hippocrates iubet hæc eadem percolari neceſſarium, vt noſtra ſcilicet nunc ætate per ſetaceum. Hæc vbi pharmacnpnla habebit in prnmptu, hnc eſt, vti decet, manu; mellis deco-
50 quendi mndum quaſi ille ſub nculns ponit, quando ait περὶ μελίκρητον, eſſe coquendum videlicet id igne mnlliuſculn, vſque dum ζέσῃ ferueſcat. Sic quoqne deſcriptus hîc eſt eius decoquendi finis. Attamen, ſi Düs placet, mndum iſthunc ſuum faciendi ignnrure vnlunt pharmscopœi Medicns, qui ſcholam ſolam Hippocrateam cnnſectantur. En hnc quoque aliud eſt quod ad μελικρατὸν enrum ſpectat. Namque ſigillatim pnſtea (συμμίξαι κηρὸν) commiſcendorum nrdinem ipſe præſcribit priuſquam ab igne iſthæc eodem authore dimnueantur. Quum verò placitum ſit nuper mel deferbuiſſe, vt exciperentur reliqua in vſum ſtatim (eò etenim tendunt ſpectántque ſemper vniuerſa) καὶ ἀφεῖναι, ab igne deponi iubet npnrtete: quò (χλιαίνας) vt primùm ad teporem ipſa redierint omnia (nam duriuſcula hæc in tem præſentem alioqui ſorent) ὑφίξας ũſce vellus poſſit obduci facilè.

Προσθεὶς μέχρις οὗ καθαρθῇ] Id autem pnſtea intromittendum mnner tantiſper eſſe, dum mulier purgabitur. Eadem de cauſa nempe quæ explicata eſt qoandn nnſtram ſententiam aperuimus, vbi πεσσὸν ἐς ἔσω αὐτῆς interpretabamur quomódn imponi intra ſe nuper intellexiſſe viſus nobis fuerit Hippncr.

Ἔπειτ' κυπτέσιον· λῦε γονοῆκα βοῦλε κῶσαι] Alterum præceptum & maioris longè momenti, hoc eſt ad conceptionem, quàm ſuperinra. Ergn quntieſcunque Medicus ex arte ſuſcipiet ac procurabit, vt quæ concipere mulier antè oon cooſueuit, poſthac certò concipere pnſſit; noo eſt quidem ſatis vt hiſce omnibus à nobis vtatur præſcriptis catharticis: ſed npnrtebit omninn quod lnogè potius eſt, ad virum

statim mulierem accedere, hoc est eius perfrui consuetudine. Quæ oempe causa fuit cur temporibus Romuli, luno consulta matronas Romanas, si fœcundæ fieri vellent, à capro iniri oportere respondit. Ac sic Græcè potiùs quàm Latinè loquuta est. Neque enim tam caprum iotellexit quàm illum κάνναβιν in quo præcipuum putatur esse remedium aduersus mulierum steriditatem. Non quod sanè nesciat vnusquisque cooceptionem non posse perfici sine coogressu, sed nunc sine inco hortatur Hippocrates noster, vt simulatque deterſus vsu superiorum satis esse veterus videbitur depurgatúsque; hoc sore tempus apprime vtile & maximè opportunum ad conceptiooem. Atque huius gratia vt ad virum statim accedat, esse tunc perneceſſarium.

Καὶ δαφνίδας λέβητας δέκα, *ac bacculas lauri nigras decem*] At ea tamen interim cooditione, vt hoc quod postremum io eam rem modò perscribitur, per totum antè quatriduum adhibeatur. Certo numero, descripto oempe, è lauro bacculæ primùm decerpantur; exinde conterantur cum thure & cumino, & simul excipiantur mellis sufficienti copia ad suppooendum. Quoties verò per singulos dies & quamdiu pessarium hoc debeat pudendis contineri, signatum quoque id animaduertes apud Hippocratem. Sed curnam ipse iussit eodem modo (αἰεὶ τὸν αὐτὸν τρόπον) interea vt mulier maneat in media, hoc est saltem sine multo cibo? Siccine eueniet, vt quando exhauserit natura vitiosum aut exuperantem humorem quo saltem reduodare credebatur vterus aotea, tanquam cibi apperens stomachus iucundiori, alliciat ipse postea semen magis & comprehensum auidiùs & strictiùs circumplectatur? Res est vtero nimirum semeo quàm maximè familiaris, suauis & amica. Cuius si quando dulcedine peruntur, ac eius tandem gaudet perfusionne, promptissimè semper cooquiescat. Non secus (ὥσπερ εἴ τις δέοι ὕδωρ ζέον, ἔπειτα, &c. quàm si in aquam feruentem quis infundat alteram frigidiorem, cessat ipsa feruere, vti explicatum est ab Hippocrate lib. περὶ γονῆς.

SENTENTIA OCTAVA.

Conceptionẽ præpediẽs medicamẽtum.

Si quando minùs conducet mulieri *cõceptio, ad magnitudinem fabæ aqua dilutum miſy exhibere* oportebit *in potum: hac arte* mulier *hoc anno* saltem *propè dixerim, nunquam concipiet.*

1 Ἀπόκιον.

2 Ἢν μὲν δέῃ κυίσκεσθαι, μίσυος ὅσον κύαμον διελὼν ὕδατι, πίνειν δίδοται· καὶ σιλφιοῦ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐ κυήσεται.

EXPLICATIO.

QVANQVAM ἀπόκιον imperare idem omnino non sit quod πανσπερμίαν; iure tamen quodam videretur in horum sum sanctissimum peccasse Hippocrates datámque fidem, si cooceptum præpediret medicamento nunc descripto in oratione. Ergo apud se quisque peuitiùs perpendat; quantopere hæc discrepent inter se superiora. Istud enim prætermittimus voleutes certa de causa. Enimuero nostri ipsi ad summam probitatem authoris maximè artenti semper integrirarémque, coniicimus cum facilè, aut certas & iustissimas quasdam impediendæ cõceptioois causas & exploratas habuisse, aut quum fortè fortuna velut ἐπίμηνιον gratia memoriæ hoc ipsum minùs cogitatè scripsisset ad margioem, irrepsisse id io contextum orationis randem, ac tum maxima quidem culpa & inscitia cuiusdam librarij. Quod posterius aliquantò verisimilius putetur, siquidem minùs hæc cohæreant cum aotedictis. Porrò etiam alienum videatur tam breue caput hac de re institutum fuisse, si cõferatur oimirum cum reliquis, quæ descripta ouper sunt ab Hippocrate & mulieres spectant. Nobis persuasum quidem est, si constituisset Hippocrates de iis quæ conceptiooem auertunt, commentarium describere, quòd cogere longè plurima potcrat idem ipse quæ id faciant quàm certissimè. Quæ verò proximè absoluta disputatio præcessit, de iis erat quæ conceptionem procurant in rem nostram & propagationem generis humani. Quæ vbi perfecta est, vt sunt omnino quæque naturæ motiones terminatæ: eam sequens excipit partio laboriosa semper, eadem duce natura. Enimuero quæ prompram faciliorémque ὠδῖνα reddant, hoc est parturientium labores imminuant, capite sequenti descripta subiuoguntur ab Hippocrate. Muliebre etenim genus ἀδυσώπητον καὶ ἀνηκουστότατον τῷ existimabat quoodam Hippocrates; quemadmodum ex fragmento de virginalibus colligere integrum omnibus est, quanquam tunc alia in re, sed noo vsque adeò tamen dissimili.

SENTENTIA NONA.

Hęc verò ægrè parienti partionem facilem reddunt: Deraſam radicem lauri, aut baccas eius *ad dimidium acetabuli concalefactas ex aqua in potum exhibeto.*

1 Ὠδῖνα δυσοχίην· Δάφνης ῥίζαν ξύσας, ἢ τοὺς κόκκους ὅσον ἥμισυ ὀξυβάφου ἐφ' ὕδατι δὸς πιεῖν θερμήνας.

Quæ-

Ωκυβόκιον· Δικτάμνυ ὅσον δύο ὀβολοὺς τείλας ἐν ὕδατι θερμῷ πινέτω.

2 Aliud *hoc* quoque *partionem accelerat: Ebibat ex aqua calente* mulier *obolos duos contriti dictamni.*

Η ἀβρόβοτυς δραχμὴν, καὶ κεδρίδας, καὶ ἄνησον ἐντείλας ἐν γλυκέος οἴνυ κυάθῳ, ἐπιχέας ὕδατος παλαιῦ κύαθον, δὸς πιεῖν.

3 *Drachmámve abrotoni, aut baccas cedri, aut aniſum in cyatho dulcis vini veteris, affuſa pari aquæ menſura, ad bibendum exhibeto.*

Τοῦτο καλὸν δίδοται, ἢν πρὸ τῶν ὠδίνων δοθῇ.

4 *Datur hoc quidem feliciter, ſi ante partus dolores exhibeatur.*

Η δικτάμνυ ὀβολὸν, σμύρνης ὀβολὸν, ἀνήσου δύο ὀβολοὺς, νίτρου ὀβολόν· ταῦτα τείλας ἀφ' γλυκέος οἴνυ, ὀπτιχέας κύαθον, καὶ ὕδατος θερμοῦ κυάθους δύο, δὸς πιεῖν· εἶτα λοῦσον θερμῷ.

5 *Aut dictamni* quidem *obolum aliàs exhibebis, obolum* quoque *myrrhæ, aniſi obolos duos, etiámque obolum nitri: Hæc in vino trita dulci, affuſo ſcilicet cyatho, cum duplo calentis aquæ exhibeto bibenda; deinde calida lauato.*

Ωκυβόκιον· Ρητίνην τερμινθίνην, μέλι, ἔλαιον διπλάσιον τούτων, οἶνον δυώδια ὡς ἥδιστον· ταῦτα συμμίξας, χλιήνας, διδόναι ἐκπιεῖν πλεοναχῶς.

6 Aliud *hoc* ſimiliter *facilem partum facit: Reſinam terebinthi, mel, duplum plus olei, vinum odorum quàm ſuauiſſimum: hæc commixta ſimul tepefacta, in potum exhibere* oportebit *ſæpiuſcule.*

Καλαστῆσαι δὲ χρὴ καὶ τὰς μήτρας, ἢν φλεγμήνωσι.

7 *Quidni etiam reſtituendus ſibi uterus erit, ſi fortè conceperit inflammationem?*

Ετερον ὠκυβόκιον· Τὸ σκώληκα τὸ ἀγρίης ὅστις αὖ ἢ λάκνης, τὸν καρπὸν ἐμπλάσας κηρῷ, εἶτα εἰείῃ ἐνδήσας φοινικῇ, περίαλον περὶ τὸν ὀσφύν.

8 *Huius etiam ope mulier partum excludit facilè: Fructum cucumeris ſylueſtris albi oblitum cera, puniceáque obuolutum lana ad lumbos accingito.*

Ην δὲ ἡ κύουσα πουλὺν χρόνον ἐπίχηται, καὶ μὴ δύνηται τίκτειν, ἀλλ' ὠδῖνι πλείους ἡμέρας· νέη δὲ ἢ καὶ ἀκμάζῃ, καὶ πολύαιμος· ταύτῃ χρὴ τὰς τὸ τοῖσι σφυγμοῖσι φλέβας, καὶ ἀφαιρέειν τοῦ αἵματος, πρὸς τὸν δύναμιν ὁρῶν.

9 *Quòd ſi alioqui quæ utero geſtabat antea, diutiùs cunctetur, nec vlla arte poſsit partum edere, ſed multos dies excrucietur parturiendi dolore; iuuenis autem ſit & viribus valeat, & ſanguinis copia redundet; è malleolis venas ſecãdas & pro viriũ ratione ſanguinẽ mittendũ eſſe cõſulimus.*

Καὶ μὴν ταῦτα λοῦσαι θερμῷ ἀφ' φλοιοῦ δάφνης, πιεῖν δὲ δοῦναι ἄγνυ καρπὸν, καὶ δίκταμνον Κρητικὸν, ἴσον ἑκατέρου τὸ οἴνῳ μέλανι ἢ τὸ ὕδατι.

10 *Exinde* mulier quoque *calenti decocto corticis lauri lauãda erit, & æquę portiones ſeminis agni & dictamni Cretici in potum ei exhibendæ ex albo* quidem *vino aut aqua.*

Γερόντιον δὲ ποιήσας πρόσθες χαλβάνιον, καὶ δαφνίδας, καὶ ῥόδινον ἔλαιον, τὸ εἰείῃ ἐνάλιζας.

11 *Quòd ſi peſſo mauis uti, indito quod ſequitur: accepto galbano laurique baccis & oleo roſaceo in lana obuolutis, peſſariũ fiat.*

Ωκυβόκιον· Τῆς ἀγριοπίερος τὸν ῥίζαν τείλας, τὸ οἴνῳ δὸς πιεῖν· καὶ ἀδίαντον τείλας, τὸ ἐλαίῳ δεὶς ἐνείφειν τὸ οἴνῳ ἀκρήτῳ.

12 *Hoc* alterum *accelerat* partum: *Filicis quercinæ radicem contritam ex vino propinato, & adiantũ contritũ dilutũ in oleo inungere* oportet *cum vino meraco.*

EXPLICATIO.

Est & hoc caput de iis quæ faciliorem partionem reddunt. Hoc fuit perpetuũ Hippocratis, quemadmodum cuiusque debet esse Medici, consilium; vt referantur omoia semper ad vtilitatem & solatium καμόντων, fatigatorum, quouis modo ipsi laborent. Non solùm quippe Medicus esse debet imitator naturæ, sed eius etiam minister affectus bene, hoc est beneuolus. Ac proprium maximè est & præcipuum munus naturæ φύσ producere, quod γίγνεσθαι aliàs gignere est. Quódque ipsa adoritur aut etiam suopte outu facit ac per se, hoc ipsum facit sine vllo labore ac molestia. His de causis quæ ounc dicuntur, noo nisi magno artificio (diceret alius non sine methodo) scribuntur ab Hippocrate. Audiamus ergo ex Hipp. narratione ὠκυπόκα, quæ, si quis volet, (vt vterque interptes) dicat, tatdantem partum accelerant. Reddat alius etiam, quæ partionem facilem reddunt. Et si eo.m ὠκυπόκα sint eadem quæ ὀξυπόκα, imò verò quæ & ταχυπόκα, scilicet quæ intra breuissimum temporis spatium excutiãt perfectum partum, vt meritò fortasse opponi ei possit qnod subsequetur nõ ita multò pòst: ὡ ἡ κύουσα πολλὰ χρόνον ὠδίνουσα, καὶ μὰ δυσπαρ παῖν: appositio tamen dictionis sequentis δυσπαρ nos induxit mioùs repugnantes, vt coniùceremus hanc cõmentationem Hippocratis intelligi oportere de pariendi facilitate; ac præsens institutum autboris esse, mandare scriptis, quæ partionem faciant faciliorem, ac puerpetialem consequentem quoque facilem reddant purgationem. Hanc verò post partum purgationem primo statim totius huius operis principio vernaculè κεχόλω appellauit Hippocrates. Capite de cyclamino lib. 2. cap. de dictamno lib. 3. cap. de periclymeoo lib. 4. itemque lib. 5. cap. de Samio lapide, pluribus denique aliis locis apud Dioscoridem, quæ ad partus celeritatem conferunt medicamenta Rnellius Dioscoridis interptes doctissimus ὠκυπόκα esse dicta Græcis ratus est. Quæ ad id an ipsa cooferant, quisque viderit. Nostræ verò huiusce interpretatioois Plutatchum habemus fautorem, lib. πόσας ἂν ζῴων φοπιφόπους, ἃ χρυσᾶς, ἃ ἔνυδρα. Ex eo siquidem ὠκυπόκων facilè petcipias quid significare boc loco possit. Verba eius sunt, ὑ μὲν ἔσικεν, ὥσπερ δυσπόκοις γυναιξὶ, οὕτω καὶ μαλθακοῖς τοῖς φυσικοῖς ὠκυπόκων, ἵνα ῥᾳδίως καὶ ἀπολαπτόκως τὸ δίκαιον ἡμῖν ἐκτέκωσι, hoc est, Nunquam assentiemur, vt, quemadmodum mulieribus quæ suum partum edunt magno cum labore, philosophis circumoectatut oxytocium, quo nimirum facilè & sine maiori molestia nobis pariant (hoc est aperiant) quod est æquum. Quid clarius possit desiderari, vode quisquam cooscquatur vim omnem quę sperarut tepositа in ocytocio? Quisquis in veterum inquiret motes, comperiet ipse quidem tum, quòd collo appendebatut ὠκυπόκιον pro amuleto. ὠκυπόκα quæ facilem partionem reddunt, rectè oos vertisse periphrasticus, hæc ergo apnd Plutarchum verba demoostrabunt, ἵνα ῥᾳδίως καὶ ἀπολαπτόκως τὸ δίκαιον ἡμῖν ἐκτέκωσιν. Ex qua nimirum oratione scopus qnem ipse sibi proposuerat, digooscatur quoque sine negotio. Vode etiam duplicem esse partionem ediscamus obitet licet: Vt corporum scilicet vnam, mulieribus: sic philosophis alteram esse animorum. Aonon posteriotis huius memores Latini, animo concipere sæpennmero vsurpare cooscueuerunt inter loquendum? Aliquot autem describontut ab Hippocrate oxytocia, in quibus panca admodum notantur digna explicatione, qnom & mensuram suam in illis quidque habeat, & præparandi descriptum modnm. Summo tamen & admirabili artificio præscripsit & admouit Hippocrates, bæc exhibendi fore tempus opportunissimnm, ὅταν δέῃ ὠδίνων; si simulatque parturiendi cruciatus exurgent, isthæc mulieri propinabuntur. Quippe ergo cuiusque Medici iodnstria hęc esto in posterum, quemadmodum Hippocratis quondam fuit; vt attendatut perpetuò ad commotricis naturæ incœptum periodicum; siue proritanda fuerint aliquando menstrua, siue excludenda quandoque erunt tempestiuè lochia simul cum fœtu. Quorsum verò interiecta nooc est ab Hippocrate mẽtio de vteri inflammatione? Scriptum est enim ὡ φλεγμαίνουσι. Ao quia, quum hæc vnaquæque descripra vterum exagitent, & in eam partem sanguinem detiuent ad excluſionem; hinc sæpenomero vterus adeò turgescat copioſi scilicet sanguinis affluxu & impetu, vt in inflammationem ipse incurrat? Nisi verò ad emollienda patefaciendàque venatum & arteriarum oscilla vteri, ad os qnoque eins pertineret aqua calescens (καὶ γὰρ enim ait ῥηθῆ) opinaremur sanè non ita pridem ex aqua lotionem præscriptam esse ab Hippocrate de industria, propter metum scilicet ab inflammatiooe partis eiusce.

In alio hoc oxytocio ἐφέλκου ἐφὲ πολὺ ἐπιπολῆ, animaduertimus longè dinersum ab aliorum vsu, aptandi modum, & hunc definitum quidem ab Hippocrate. Admoto eo nempe, lumbos circumcingi. Ao verò vt ab illis vterus relaxetur etiámqne dissoluatur, quibuscum duce natura annexus pendet & colligatus est?

Ἢν δέ τι ἐφεδρεύσῃ κώνειον, &c.] Præoccupatio hæc qnoque fore ex illis videtur quæ accidnnt plerunque inter medendnm. Quòd si eò nempe ventum sit, quasi diceret, necessitatis; vt quantumuis hæc vniuersa vsurparit Medicus artificiosè, ne hilnm attamen ptofecerit vsu eorum, ἀλλ' οὐδὲν πολλοὺς ἡμέρας, contrà autem dies aliquot plures parturiendi cruciatu mulier diuexetur; iam quæso aduertite: sed posteaquam parturiooem venarum repetiueris ex antecedentibus, quot conditiones autbor requirat, & quàm cautè & quasi religiosè hîc ipse se gerat, vt sectis in vtroque interiore malleolo venis conturbatus sanguis fœtum excutiat. Nam (ὡ δύναι σφηκοῦσι) & de malleolis in numeto plurium itémque (φλεβῶν) venis eadem ratione loquurum Hippocratem cogitamus; ne per vnius tantùm sectionem sanguis decurreos, ad alteram partem tantummodo in detrimentum purgatiouis puerperialis, adeóque etiam fœtus secum vterum obuertat. His de causis & conditionibus ab eo commemoratis vtrobique Medicus venam secabit in malleolo, quò nimirum sanguis æqualiter conturbatus & effluens, fœtum quoq; patiter tunc vtrinque commoueat ad exclusionem. Sanguinis porrò detrahendi modum finémqoe cõstituit definítque Hippocrates tobore virium parturientis: idque cum viris communiter, quanqoam ratione

ratione diuersa. Atque hæc quidem potissimùm foris petuntur & vsurpantur adhuc in scopum modò propositum. Quidni autem introrsum etiam fœtum foras propulset aquæ potio aut vini albi potiùs, ex agni semine & dictamno Cretico? Imò verò ne quod obstaculum ex vlla parte relinquatur, imperauit hic quoque author noster, (καὶ μετὰ ταῦτα λούειν δεήσει, ἢ ἐπαμᾶν) vt ex decocto corticis lauri lotione ac perfusione, vteri fores reserentur. Namque frustra omnino ex interioribus excludere quidquam attentes, si minùs promptè adfuerit meatuum libertas amplitudóque, hoc est si quid in via inhæreat, aut aliquid obstet pro foribus. Sed quod nec silentio dissimulandum putauimus, superest, quum variis de causis difficultas pariendi consurgat, (quas ferè quia sigillatim Aëtius omnes recensuit, prætermittimus volentes) obliterandam eam quoque accommodatis ad eius varietatem causarum remediis & arctè tenemus & accuratè defendimus. Ab Aëtio igitur (monemus) singulas quisque repetat, & illas sedulò expendat. cap. 22. serm. 4. tetrab. 4.

Γραῖαν πάσας πρόσθε] Quot modis partio reddi potuerit antea expeditior faciliórque, superiorum enumeratione iam innotuisse quidem arbitramur. Pessos tamen aliquot quum prætermisisset hactenus Hippocrates, eos nunc substituit, ne quid desideretur. In iis porrò prioribus aliquot, nihil magnopere explicationem requirit. Ctedimus verò & eos suapte vi tantundem effecisse & profuisse tempore Hippocratis, vt viam puello egredienti munierint, & exitum facilem & felicem illi procurarint. Quorsum igitur Medicorum modò cura vertetur? Iam sequitur. Itaque, si placet, attendite.

SENTENTIA DECIMA.

Λεχοῖ τὰ λοχία καθαίρει ἄμεινον. 1 *Hæc recenti puerperæ lochia rectè expurgant.*

Χελώνης θαλασσίης ἧπαρ χλωρὸν ἔτι ζώσης ἐν γάλακτι γυναικείῳ τρίβειν, καὶ ἔλαιον μίσγειν καὶ οἶνον ἀναδοῦσαι, καὶ τροφὴν διδόναι. 2 *Testudinis marinæ iecur recens adhuc viuentis, lacte muliebri tritum, vnguento irino & vino exceptum* oportebit *supponere.*

Ἢ λιποζώστην τετρωβολον ἐν εἰρίῳ τρόφιν· ἢ ἀρτεμισίην τρίβειν ὁμοίως ἐν εἰρίῳ τροχίσκην. 3 *Aut tritam mercurialem ex lana apponere; aut* quidem *artemisiam tritam similiter ex lana.*

Καὶ λιποζώστου καὶ σικύης ἀλίγην βίλας, ἐν οἴνῳ τε καὶ μέλιτι δοῦσαι, τροφὴν διδόναι. 4 *Etiámque ex mercuriali & cucumere syluestri quiddam contritum, in vino & melle subactum adhibere.*

Ἐκ τούτου καθαρτήριον λοχίων· Πυρὸν τριμηνιαίου ἑρπύλλου ὅσον ἥμισυ χοίνικος ἑψῆσαι ἐν ὕδατι κοτύλησι τέσσαρσιν· ὅταν δὲ ζέσῃ, δὶς ἢ τρὶς διυδαρῆσαι. 5 *A partu hoc expurgat lochia* medicamentum: *Triticum trimestre decorticatum ad thœnicis dimidium, decoquendum* erit *in aquæ quatuor cotylis: postquam verò deferbuerit, bis aut ter sorbendum exhibere* oportebit.

Ἕτερον· Τῆς ἀκτῆς τὰ φύλλα ἑψήσας ἐν ὕδατι ὑπιέναι καὶ πίνειν. 6 *Aliud: Ex aqua decoctum foliorum sambuci fundere* oportebit *etiam in potum.*

Τρωγέτω δὲ καὶ κεφάλους ἐφθοὺς, καὶ τροφὴν, καὶ μάραθον, καὶ ἄνησον, καὶ πολύποδας, καὶ κεφάλους. 7 *Quinetiam brassicis decoctis* mulier *vescatur & porris, fœniculo & aniso, etiámque polypis* mariníque *locustis.*

Ἢ τῶν ῥοῶν τὰ φύλλα, καὶ ἐρύσιμον ἐν οἴνῳ· λεῖον δ' ἐπαλήτου διυδαρῆ πίνειν. 8 *Aut* quidem *ex vino folia rhois & erysimum: & aspersam farinam vino exhibere* oportebit *in potum.*

Ἢ μίσυ, ὅσον δύο, ὀβολοὺς βίλας ἐν οἴνῳ, φρύξας τροχίσκην. 9 *Aut misy quantum pẽdent oboli duo, in vino contritum, deinde exiccatum supponere.*

EXPLICATIO.

CONSEQVANS quidem est, vt educantur deceotet puerperia mulieribus recèns enixis. Id verò testudiois marinæ, cuius antea meminit perinei, efficiet & præstabit hepar χλωρὸν, quod viride Cornarius reddidit, Caluus autem prætermisit interpres pro more soo. Recens ipsi vertimos & adhuc madens ac humidum. Vt ooo secus quàm qoum ex lignis viridibus & præhomidis ignem susciteri iussit M. Tullius, colorem ooo spectauit ipse, sed humorem: sic nos quoque recens modò hepar intelligamus, vt quod redundet adhoc ichore & proprio succo, cuius perfusione & prænotati lactis commixtioone lochiæ poeritentur ad exclusionem analogia quadam. Vix namque hæc tum possint effundi simplicia lochia, hoc est voius coloris & eiusdem naturæ. Posteaqoam enim editus est puer in lucem, ἰχὼρ πολὺς αἱματώδης ἔρχεται, çralliusculus primùm cruentúsqoe effuoditur ichor, quem eodem libello sub fioem postea appellauit Hippocrates ὕδατος αἱματώδεος καὶ ἰχῶρος. Noo simplicia (inquam) ea soot, sed μελαντώδη subsiaotia quædam cum lochiis permiscetur; vt coeffundatur exeátqoe simul, melioris puerperæ gratia valetudinis. Atque qood valde buic fauet oostræ explicationi, ooo fuit saris Hippocrati χλωρὸν hepar recens suóque adhuc humore madens enuntiasse, ὑγρὸν, noo exiccatum; quioimo voluit adeò esse recens à coosociis extis auulsum, vt (ὡς ζώντος) testudo oondum planè è viuis excessisse, sed quasi vita tum videatur adhuc potiùs teneri.

Καὶ ἔλαιον μόνον] Quid verò voguentum irinum efficiat, & quomodo fiat, repetas quoque licet ex Dioscoride, cap. 55. lib. 1.

Ἡ λιποθύμη] Quæ scripta sequuntur quæque eodem loco, hysterica suor & euporista. Triticum verò trimestre quanto sit io pretio habitum veteribus, quidque ipsum præstet ad valetudmem, hioc Dioscorid. sumpsisse suspicamur. Itaque ipsum, si placet, cooslulite & cum boc loco cooferte. Capite enim 78. lib. 1. ipse mandauit scripto.

Ἔπειτα τῆς αὐτῆς] Et hæc quoque pertinent ad puerperialem purgatiooem. Sed quemque lectorem hîc malè scrupus habere potest, an ἐπιχεῖν verbo perfundi vterum oportere decócto foliorum sambuci, significetur; an verò istud idem infundere taotummodo iusserit Hippocrates, scilicet in potum. Quæ expositio posterior ob id verisimilior aliquantò videatur, quòd periodis consequentibus aliqoot, quid io potum, quid item io cibum assumi cooducere potiùs queat, animaduertamus præscriptum hîc quoque cootineri in eundem perpetuò scopum.

Καραβοὶ autem locustas marinas coniunctim reddidimus, perdoctum interpretem Cornarium imitati: addidit oimirum ipse piscículos, ne quis perpetam opinaretor quæ degunt humi locustas hoc loco intelligi, quas appellauit ἀκρίδας Dioscorid. De illis verò Aristoteles io libris de historia anim. locis lib. 2. pluribus, itémque Plinius & alij aliquot plures.

Ἡ τῶν ῥοδίνων φύλλα] Expendat quisque cui gratum id etit, quum nuoc lochia ciere mens sit Hippocratis, quooam modo ῥοδίνων φύλλα, folia rhois præscribat ipse. Hæc enim coriariorum operi condensando, spissandóque corio dicata esse, vt & ramusculos, opinantur nonnulli: atque hac rariooe dictum βυρσοδψικὸν, excoriarium, quo etiam Medici vulgò vtebantur ad fluxiooes cõpescendas. Hoc autem nuoc loco μαγειρικὸν scilicet quod conoit opsonia, vsurpandum potiùs semeo videretur nonc aliquantò probabilius. Sed corum sententiam conceptis verbis esplosit Hippocrates, inter esculenta recensens folia rhois. Ait enim, τραγήμασι δὲ καὶ κράμβαις, deinde subdit ἢ τῶν ῥοδίνων φύλλα, &c. Alioqui in hac dictione valde diffidimus & quidem meritò mendum inesse. De eryfimo Dioscorid. coosule libro 2. & 7. simpl. Galenum.

Ἀλφὶ ἐπαλεῖφον ἀλεύρῳ] Ioterpres Caluus reddidit, *farinam aspersam vino.* Quæ causa fuit, cur pro ἐπαλείφειν, ἐπαλεύρειν iure restituamus. Hoc verò est exposítore Galeno io exegesi sua dictiooem idem quod ἀλευρώσειν inspergens. Quanquam veteribus frequeotiùs loogè vsurpatum obseruemus παλύνειν.

Ἢ μέλι ὄξος] Valde dubium est quorsum nunc de pessario tam breuiter. In eo etiam φύλλα fortè perperam subactum disit. Nec quidem quomodo misy torrefactum postulet Hippocrates, planè possimus diiudicare. Nisi exceptum priùs vino, deinde in pessi speciem conformatum, ita modicè resiccetur; vt in sinum intromitti possit in scopum semper propositum ab authore.

SENTENTIA VNDECIMA.

Ducit hoc menses & lochia præcipuè, sed & aquas ducit aliáque: Struthij contritæ radicis ad læuorem pugillum subactũ melle oportebit apponere.

Καθαρτήριον ὑστερικῶν καὶ λοχείων μέλιτα, καὶ ὕδωρ ἄγει, καὶ τἄλλα· Στρουθίου ῥίζαν λείου κεκομμένου ὅσον δύο τρίψαντα δακτύλοισιν ὁ μέλλει δώσειν προσθήσει.

Enascitur hoc autem in Andri insulæ littoribus.

Φύεται δὲ οὗ δὴ ὁ ἐν Ἄνδρῳ ὁ ὑγιαλοῦσιν.

Hoc quoque alterũ purgat eodẽ modo:

Ἕτερον καθαρτήριον ὁμοίως·

Ερύσιμον

Ερύσιμον ἑψῆν ἐν ὕδατι, καὶ ὀπτῇ χρῆν ἔλαιον ὅταν ἀναβλύῃ, καὶ ψύχειν, καὶ ὑποθυμιᾶν.

Eryſimum in aqua decoquendum eſt: eſt & oleum affundendum ſimulatque deferbuit, poſtea paulum refrigerare, deinde ſuffire oportebit.

Ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸν χυλὸν, καὶ σιτίοισι μαλθακοῖσι χρῆσθαι. 4

Enimuero præſtiterit etiam decoctum infundere, *& mollioribus cibis vti.*

Λοχεῖα καθαίρει· Ερύσιμον πεῖσαι πρόσχυσιν, καὶ ἀναφυσᾶν ἦλε ὃ κέλυφος. 5

Et hoc *expurgat puerperia: Eryſimum modicè conterendum eſt, quò facilius detritum eorticem flatu depellas.*

Ὅταν δὲ καθαρὸν ποιήσῃς, τρίβειν λείως, καὶ ὕδωρ προσβάζειν, καὶ ἀλᾶς, καὶ ἔλαιον μίσγειν. 6

Reliquum *autem quum tua opera purius euaſerit, ad lævorem* accuratiùs *conterere oportebit, & aquam affundere, indéque ſal & oleum commiſceere.*

Ὅταν δὲ ἐπιπάσῃς ἀλῆτα, ἕψειν, καὶ φορεῖτε. 7

Vbi autem farinam inſperſeris, coquito, & abſorbendum offerto.

Ἢν μὲν καθὴν καθαρσις, ἢ λοχεὰ μὴ ἐκπεσῇ, λαβὼν σικύης ἐντερώνης ὅσον τριώβολον, καὶ ἀγρίου μηλοπέπονος ὅσον ὀβολὸν τρίψας καὶ ὑποθὺς ὃ τόμα τῆς μήτρης, νυκτὸς ἀεὶ καὶ ἡμέρης, ἄχρις ἡμεραὶ πέντε τοῦτο ποιέειν. 8

Si menſtrua *purgatio deorſum non feratur aut ſubſtiterit quæ lochialis eſt, ex aſſumpta ad triobolum cucumeris ſylueſtris parte interna, & herba artemiſia & thure oboli pondere,* omnibus *vnà contritis, &* poſtea *exceptis melle, eireumductis lanæ peſſarium concinnato intromittendum ad os vteri vſque: noctu verò & interdiu id præſta, tantiſper dum effluxerint quinque dies.*

Ἢ ὃ ἀμπέλιον τρίβειν χλωρὸν, καὶ μέλιτι μίσγων ἐς εἰρίον ἐπιλίξας προσπλάσσειν τὸν αὐτὸν τρόπον. 9

Aut aliàs vitieulam recentem conterere, eámque exceptam melle & lanæ obductam oportebit *apponere eodem modo.*

Ἢ τῆς κυπαρίσσου τὸν καρπὸν, καὶ λιβανωτὸν τρίψας, ὑπὸ τῷ αὐτῷ ῥοδίνῳ διεῖς, καὶ μέλιτι ἐς εἰρίον ἐπιλίξας προσπλάσσεσθω. 10

Aliàs verò fructum cupreſſi & thus contritum, indéque roſaceo dilutum, melle admixto, obducito lanæ ad ſupponendum.

Ἢ ἀβρότονον ὅσον δραχμὴν, καὶ σικύης ἐντερώνης ὅσον ὀβολὸν τρίψας, καὶ λίβανον ὑπὸ μέλιτι, ἐς εἰρίον ἐπιλίξας προσπλάσσειν. 11

Aut quidem *abrotoni drachmam & partem interiorem cucumeris ſylueſtris ad obolum tritas & thus ex melle,* hæc vniuerſa *poſtquam velleri obduxeris, condueet* etiam *indere.*

Ἢ ἐλατηρίου ὀβολὸν, καὶ σμύρνης, τρίψας ὑπὸ μέλιτι, ἐς εἰρίον ἐπιλίξας προσπλάσσεσθω. 12

Aliàs etiam lieet obolum elaterij ac myrrhæ tantundem, trita ſimul ex melle velleri in peſſum obducere.

Ἢ κυπαρίσσου καρπὸν καὶ σικύης ἐντερώνης, καὶ λιβανωτὸν μέλιτι μίξας, ὑπὸ εἰρίῳ προσπλάσσεσθω. 13

Aut fructus eupreſſi & partis internæ eucumeris agreſtis portiones pares & thuris, melli commiſceere, vt ſupponantur ex vellere.

EXPLICATIO.

Istiæc verò digressio non est, nostra quidem sententia, à proposito. At cùm ex instituto moliretur vnaquæque Hippocrates recensere, quæ lochia commoueant; quid omnino struthium suo præparatum modo possit, eadem opera significauit. Menses nimirum ciet, ciet & puerperia; sed aquas præsertim tamen, quamuis & pleraque alia. Ῥίζαν radicem verò nominatim dixit Hippoc. quia veoir potissimùm ea in vsum; saltem exposito re Galeno simpl. 8. Ἄνω inquam videas, annon scilicet vrinam & aluum & calculum intelligi velit Hippocrates cum Dioscotidis sensu & interpretatione. Absumit & lienis quoque duritiem & præstat alia pluta, de quibus Dioscorid. lib. 2. Nunc ergo inprimis notato cap. 157. delectum in struthio. Notabis deinde quantùm, & quomodo apparari possit, vt melle exceptum componatur ex arte, in pessarium.

Ἔπειτα καθαρτέον ὑμῖν] Pessario puerperia educere modò tentabat. Nunc verò conatur idem præstare (ὑποθυμιῶν) suffitu, vapore nimirum sublato ex temperatiori decocto erysimi. Magnum verò licet inspectare hoc loco, modò quidem animaduertas, artificium Hippocratis. Decoqui præcepit inprimis in aqua erysimum, nec priùs affundi oleum censet oportere quam efferbuerit: idque præter sciolorum ac superbientium temporis huius pharmacopœorum consuetudinem. Fortè quia olei perfusio quæ tum perficitur ex hypothesi, non patitur vires erysimi in aqoam transfundi vllo modo. Nihil huiusmodi putant illi quidem hunc authorem scripsisse, atque idcirco modum faciendi suum opioantur illi quoque falsò Hippocratis cultores medicos præterire. Abertant hi sanè toto cælo, siquidem nõ quicquam ignotarit diuinus Hippocrates, quod è re ægrotantium fuit. Itaque hunc ipsum legite, & fiogula quæque in eo ad examen expenditote & obseruate sedulò ad pharmaciam.

Καὶ ψύχειν καὶ ὑποθυμιᾶν] Quòd nnn fuit satis Hippocrati imperasse simpliciter, sed id etiam voluit modicè refrigerari, priusquam fecnrè vterq possit vapor excipi; nunc quoque est obseruandum in eius oratione. Verendum esset alioqui, ne grauitas capitis inducetetur ciuisce vaporis nimio & exuperanti calore. Cur verò τὸ ψυχεῖν, tantopere decoctom effert? Namq; hoc modo, vt aliàs antea, nunc placitum est ψυχὸν reddere. An vt eo vtentis perfundatur, aut vt idem ipsum potiùs absorbeatur? Ipse quidem videris. Sic enim non medicandum esse tum videretur solo vapore per suffitum: sed etiam talente decocto erysimi longè vtilius fotet proluere prænotatas partes. Attamen mollibus interea vescendum cibis erit, hoc eodem authore, quò partes interiores reliquæ (credimus) vt ferè fit, voà cum aluo relaxetur.

Λεχοῦς καθαίρει· φύσημα, &c.] Elicit puerperia potio quoque sequẽs. In qua duplex contritio ad pharmacopolas ounc quoque pertioebit rudiores. Crassiuscula aut fractio potiùs leuis prior appelletur, eulus ope quod est in herba aut radice erysimi pendulum & leuiter adhęrescens, impurum nulliúsque vsus excuti possit. His verbis eam notauit Hippocrates πρὶν ἰσχνῶσαι. Quod detritum hac erit arte, nec cortex censendus est, nec putamen; sed quid sordidum & minùs purum. Id λέπυρος vernaculè Hippocrati dictum est, quod leuiori flatu secernere nunc oportebit ex arte pharmacopolarum. Arqoe sic quando expurgatum fuerit, accedat altera (πρίζειν λείως) contritio longè accuratior oportet. Sic facilè dissolutum aqua erysimum, sale & oleo condiium, leuitét asperfa etiam farina poterit ad fotbendum offerri in scopum sempet propositum ab authote.

Ἢν μὲν καθαρὸν καθαίρῃ] Hippocrateæ huius orationis ioitium præ se ferre satis videtur, quid sequens caput possit continere; Quæ cooferunt nimirum resistentibus menstruis & puerperiis, in hoc præscribũtur ab Hipp. Vbi ioter λεχοῦς & λεχοῖ notatu quoq; discrimen dignissimum colligas & inculces, quòd iam à primo statim totius commentationis hoius diligenter obseruauimus, & literis tum quoq; mãdauimus initio. Verba authoris tũc erant: ὥρην δὲ φαρμακεύειν ἢν λοχὴ καθαίρειν τε ἐθέλῃ. Quiddam hac de re etiam notauimus ex sententia Galeni, quam ipse nobis aperuit lib. de atra bile cap. 8. Reliqua verò quæ his remediorum formulis continentur, omnia ferè ad operarium munus pharmacopœorum pertinent. Nisi quòd summus hic præceptor (πρόσθεν πρὸς τὸ σῶμα τῆς μήτρας) ad osculum vteri vsque pessarium intromitti ratus est oportere, quò quod agit, depromat & agat potentiùs, quia cominus & vicinius; vt est verisimile. Atque eodem ipso in loco, pessarij mansionis tempus certum esse voluit, quinque dierum oempe; ne quid hic videlicet reliqueretur indefinitum. Χλωρὸν deinde recentem vertimus, vt nuper, præter sententiam aliorum. Nondum attamen planè quid per τὸ ἐμπύιον vuiculam intellectum velit, sumus consequuti. Huius interea vicem gerent qui eodem hoc loco plures scribuntur pessi ab Hippocrate, & quidem paratu faciles quique.

SENTENTIA DVODECIMA.

1 Medicamentum *hoc* mulieres potest *purgare minùs euacuatas à partu*: Eis *offerto* igitur *in potum folia trifolij ex vino albo.*

1 Καθαρτέον, ᾧ ἂν ἔχου μὴ καθαρθῇ· Τῷ πεφύλλῳ τὸ οἶνον λευκῷ πίνειν.

69

2 *Menstrua hoc quoque multum ac confertim vacuat in formam pessarij appositum, etiámque vulgò excludit fœtum.*

2 Καὶ τὸ καλαμίνθιον καθαίρησι τ' αὐτὸ καὶ πεσσόντων, καὶ ἔμβρυον ἐκβάλλ.

Mention

Μηδίων καθαρπίκὸν, ὅταν τὸ παιδίον ἀποθανόντος αἷμα ἐμμείνῃ· Κολοκύντην ἀγρίου τέλλας τὸ μέλιτι λιχέτω, ἢ πεσσοτιθέσθω.

Si quando extincto in vtero fœtu sanguis supprimitur, vterum expurgabit sequens medicamentum: Contritum cucumerem agrestem vnà cum melle mulier *delingat, aut* quidem *supponat.*

Λοχείης πάσης, ᾧ μὴ καθαρὸς ἦι· Ἐρύσιμον ἑψῶν, καὶ ἄψινθον καὶ ἔλαιον ὀπτικόν, ὅταν ἢ ἐφθὸν, ῥοφείτω, ἢ σιτίοισιν ὡς μαλθακωτάτοισι χρείσθω.

Puerperia in vniuersum semper hoc quoque purgat medicamentum, si minùs ipsa bellè respondenint: Erysimum inprimis coquendum est, deinde postquam farinam & oleum affuderis, iterumque vnà decoxeris, istud absorbeat puerpera: *ac* tum *cibis vtatur quàm mollissimis.*

Ἢ σκαμωνίου τέλλας ἐν γάλακτι γυναικείῳ, εἰείῃ αἰαστογγίσας, πεσσοῦσθαι.

Aut scamonium in lacte muliebri conteratur, vellere excipiatur, vt pessarium fiat.

Ἢ τῆς γλυκυρίζης μέλιτι δεύσας, καὶ ῥοδίνῳ μύρῳ ἢ Αἰγυπτίῳ, ἐν εἰρίῳ πεσσοῦσθαι.

Aut glycyrrhiza melle subacta & rosaceo vnguento, aut Ægyptio; ex vellere supponatur.

Ἢ ἄλφιτον πλυτὸν ὁμοίως πεσσοτιθέσθω.

Aut lotam farinam sibi supponat eodem modo.

Πινέτω δὲ κριθμοῦ καρπὸν ἢ σισέλιος, πηγάνου καρπὸν, ἢ ὅπιον, ἑκάτου ὀβολοὺς δύο, τρίβων ὁμοῦ, καὶ ἐν ἀκρήτῳ, ἵνα μὴ πυρετώδης, διδόναι.

Semen autem crethmi ebibat & seselios, ac semen rutæ, succúmve, vtriusque ad duos obolos conterere simul oportebit, *vt* postea *ex vino meracioni exhibeatur, si febris absit.*

EXPLICATIO.

Hic non ita pridem, vt & pluribus longè libro de puelli natura, exposuit Hippocrates, quomodo quibúsque de causis, ne in grauem morbum aliquem aut periculũ vitæ mulier incidat puerpera, debeat a partu multùm & prolixè euacuari. Nec solùm in ipsa partione, sed certis diebus aliquot pro sexus discrimine consequentibus, explicatis eodem loco fusissimè. Vt nimirum (quemadmodum multò apertiùs & sigillatim declarauit eodem loco) ἀντιπάλωσις, retributio vicissim fiat redditióque per analogam compensationem. Non intelligent id facilè qui quòd ex eodem libello in huius commentationis principium transtulimus, nunquam adhuc perlegerunt. Vbi sanè tum meminit eiusce illius libelli Hippocrates, ac se in eo professus est abunde declarasse & dilatasse hoc genus euacuationis. Ad isthunc locum, si gratum erit, ipsi consulto se conferent lectores, ne tædium adferat toties repetita crambe. Ergo quum ex defectu euacuationis à partu, in acerbum aliquem morbum incurrat necessariò puerpera, vel in præsentissimum sæpenumero vitæ discrimen; ἵνα μὴ λεχωΐτις ὑπὸ πάχλ, καὶ πε αὐτῇ πεσσόμενον ἐπίγνῃ ἢ πίθηται, nisi protinus (ait) curatio adhibeatur, ac cõuenientem ei purgationem aliquis exhibeat; audiamus iam alia ab Hippocrate præsidia (ἵνα ἐκ πίων μὴ καθαρθῇ) quibus si lochia restiterint, ipsa elici sine vllo negotio queant. Nam & de his multa aliàs hoc eodem libro. Ex vino albo in potum folia trifolij exhibet Hippocrates in propositum scopum.

Καὶ τὰ καταμήνια καθαίρουσι] Eadẽmque admouenda putat, si menstrua proritare oportebit aut fœtum perdere. Aduersus multos affectus aniras tribuit vires, huius semini & foliis Dioscorides; ac fœminis vitiis veteri opportunis censet auxiliari, & mẽses citare, si quantũ imperauit ipse, in vsum vsurpentur. Vrinam & menses prouocat quoque trifolium simpl. 8. apud Galen. Quod sanè credimus, si ab obstructione ipsi temorentur; quemadmodum de laterum dolore philosopbatus Aëtius fuit sermone primo primæ terrabibli.

Μαρίσκων καθαρτικὸν, ἀνακαθαίρει, &c.] Ad id pessus etiam alter sequitur. Sed hæc hypothesis fert quidem duo; & sanguinem esse suppressum, & in vtero obiisse fœtum. Siue autem κατασχόντος, siue ἀναστάντος legatur, perinde nobis est. Vtrum verò botum colocynthis efficiet? Excludet etedimus vtrumque. Alioqui nõ videmus quo modo foret hoc μαρίσκων καθαρτικὸν: ac vterum expurgasse minùs diceretur verè, alterutro scilicet superstite & temorãte in eo. Lector præterea videris, an λοχέης referatur ad immortuum fœtum, vt & πεσσόμενον ad sanguinem suppressum. Quanquam hæc vtraque per disiunctionem in oratione copulentur.

Λοχίης πίσης, ὧν μὴ καλῶς ἔχῃ] Minoris momenti quàm pessus superior non est ad euacuationem puerperialem sorbitiuncula consequenter descripta ab Hippocrate. Siquidem ad id quod ipse loquitur, additum oporteat καθαρτέον, quasi tum hoc sit modo legendum, λοχίης πίσης καθαρτέον, vt quod omni puerperiorum purgatioi prodesse semper possit. Igitur cytisimum in aqua decoquitur, affunditur deinde farina & oleum; quo simolatque vnà recocta fuerint (sic enim ὅπως ἤ ἐφθὸν reddimus) sorbitio inde fiat & huic offeratur misellæ.

Καὶ σιτίοισι ὡς μαλθακωτάτοισι χρέσθω] Ac interea cibos iubet apparari quoque molles, vt omnia io corpore liquescant & ad profluuium paratiora euadaot. Qui nihil nimirum adstringant. Nunc etenim noo existimamus eos intelligi qui fornibus oppoounturi, vt plerisque aliis in locis apud Hippocratem.

Ἢ σκαμμωνίου πόσις] In eundem quoque scopum vous aut alter pessus cõpingitur. Ac primus quidem ex scamonio in lacte muliebri propter συνήθειαν credimus diluto. Componitur alter ex glycyrhiza, de qua viderit lector Galen. io lexico Hippocrateo, sub dictiooe γλυκύρριζα βοτάνη, &c. Quo quidem loco lubentes γλυκυσίδης legissemus vitium præoiæ memores. Sed nihil immutamos, etsi γλυκυσίδη, quæ præonia est, fœmioisdetur à partu noo purgaris, & possit ciere menses Dioscoridi, cap. 140. lib. 3.

Ἢ ἄγχουσα πανὸν] Io hoc postremo pessario mendum inesse valde suspicamur.

Πίνειν δὲ κριθωνὶ] Eiusdem gratia offertur & hoc aliud per potionem medicamentum. Quæ priusquam potio exhibeatur, expendendum iussit Hippocrates, an febris adsit; quum ex seminibus componatur, quæ calore pollent, aut quidem succis eiusdem cooditionis: ac vino excipiantur omnia meratiore ex hypothesi. Vbi & cum Caluo interprete fido, legimus σταφὶς καρπὸν ἢ ἑπτὰ ἑλάτους, quum alterutrum satis esse possit in scopum propositum ab auctore.

SENTENTIA DECIMATERTIA.

Pessarium foras eiiciens chorion intus relictum, est folium sambuci.

Πεσσὸν τὸν ἐκβάλλον χορίον ἀπολελειμμένον, τῆς ἀκτῆς ὃ φύλλον.

Priùs tamen suffitus fiat; deinde cum cantharide medicamentũ apponatur: Hoc ipsum imbecillis quibusq; poterit mederi.

Περιτιθεῖσθαι δὲ καὶ προσθετέον ὃ ξυὸν τῇ κανθαρίδι· Τοῦτο καὶ ὅσα ἀπόδημα ἰᾶται.

Quòd si fortè vellicet mordeátque, auferendum è vestigio erit, ac tum lanâ tincta rosaceo apponenda.

Ἢν δὲ ἀμύσσῃ καὶ δάκνῃ, αὐτίκα ἀφαιρέειν, καὶ ἐς ῥόδινον εἴριον ἀποβάπτουσα προσθέσθω.

Potest & hoc pessarium chorion educere, & menses euocare, & embryonem perculsum: Ex canthariditus quinque euulsis alis & eruribus vnà cum capite, etiámque ex tribulo marino cum radice tuso foliisque ad mensuram cõchæ, itémque chamæmeli & seminis apij partibus æquis; & quindecim ouis sepiæ in vino dulci diluto efficitum pessarium supponetur.

Γρῆσθαι τὸν δυνάμενον χορίον ἐξαγαγεῖν, καὶ ὑστερικὰ καταπάσσειν, καὶ ἔμβρυον ἀποπλῆκτον· Κανθαρίδας πέντε, ἀποτίλαντα τὰ πτερὰ, καὶ τὰ σκέλεα, καὶ τὴν κεφαλήν· εἶτα τρίβολον τὸν θαλάσσιον κόψας σὺν τῇ ῥίζῃ, καὶ τοῖσι φύλλοισιν ὅσον κύγχῳ, καὶ ὃ ἀνθέμιον, καὶ σελίνου σπέρμα ὅσον, καὶ σηπίης ὠὰ πεντεκαίδεκα ἐπ' οἴνῳ γλυκεῖ κεκραμένῳ προσθετέα.

Quòd si quispiam hinc oboriatur dolor, in aqua calida mulier desideat, & melicratũ ebibat aquosum & dulce vinũ.

Καὶ ἐπ' ὠδῖνι ὀδυνῇ ἔχῃ, ἐν ὕδατι θερμῷ καθήσθω, καὶ μελίκρητον ὑδαρὲς πινέτω καὶ οἶνον γλυκύν.

Quinetiam huius eiusdem, triti tamen staterem Æginæum ebibere oportebit in vino dulci.

Καὶ τὸ τετεμμένον ὅσον στατῆρα Αἰγινητικὸν ἐν οἴνῳ πίνῃ γλυκεῖ.

Quòd si & hoc aliquid molestiæ pariat, candescentia cicera, & vuas in aqua decoquere oportebit, deinde refrigeratum decoctum in potum exhibere: ac si quando hinc eueniet stranguria; etiam, vt nuper, in aqua tepente desideat.

Ἐπ' ὠδῖνι δὲ ὀδυνῇ ἔχῃ, λύχνους ἐρεθίνθους, καὶ σταφίδας ἑψήσας ἐν ὕδατι ψύξαι, καὶ διδόναι πίνειν, ὅταν μὴ στραγγουρίη ἔχῃ, καὶ ἐν ὕδατι χλιερῷ ἐγκαθῆσθαι.

Ἐκβάλλον

Ἐκβάλλει ὑστέρην· σπόγγου ἀγρίου τὸν ὀπὸν ὡς μάλιστα ἐμπλάσασα, τρυφερῇ τριχὶ τρίψασα ὅτι δύο ἡμέρας· οὐκ ἂν δέοις τούτου ἄμεινον.

Eiicit secundas medicamentum: Cucumeris agrestis succum subactum instar pulticulæ oportet *apponere, si totum biduum priùs à cibo sibi* mulier *temperarit: quo* quidem *nullum est præstantius inuentu remedium.*

EXPLICATIO.

Si spectemus quid post editum in lucem fœtum aut vnà cum eo debeat ex vtero vacuari, comperietur id omne siue parturientis aut puerperæ potiùs discrimine ounquam supprimi posse; siue sit sanus puer aut fecus: sine educendum chorion erit, aut quidem puerperia. Dictum obiter quiddam fuit antea de iis quæ lochia promoueant, quæ item chorion, quæ immortuum qnoque fœtum, & quæ etiam menses. Quæ vnaquæqoe in singulos ordines esse congesta meliùs longè foret; sed à diuini huius authoris explicandi forma lubentes noo recedimus: præsertim quum omne quod citat & mouet quiddam ex illis aliquot eoumeratis, possit & cætera eiusdem generis facilè commouere. Cooducit ergo idem medicamẽtum ad isthæc singula quatuor sæpenumero. In iis enim lochia quoque annumeramus. Quæ causa nunc fuit, cur (ἐκβάλλειν χρεὼν) quum discere folummodo de secundarum depulsiooe præsens institutum esset, statim sit sic ipse loquutus cõiunctim, πρόσθεν δυνάμενον χρεὼν ἐξαγαγεῖν, καὶ ὑστεμένα καθαίρειν καὶ ἔμβρυον ἀποπέμπειν, eodem pessario educi posse ratus secuodas, & menstrua, & concussum quoque puellum. Suppressæ sint igitur puerperarum cuidam secundæ ex hypothesi, ecce eas pessus eiiciet; (πρόσθεν ἐκβάλλειν χρεὼν ἀποπλασσόμενον, τῆς ἀκτῆς τὸ φύλλον, aliter enim quàm interpres vterque leginus) qui ex folio sambuci cooficietur. Cui si minùs morem secuodæ gerãt ex sambuci foliis suffitus primùm fiet ad muniendum iter, aut qnidem sotus: deinde pessarium ex cantharidibus poterit impooi, cuius descriptio etiam proximè subnicitur ab Hippocrate. Τοῦτο καὶ ὧν ἀσθενὲς ἰᾶται, hoc ipsum debilibus, infirmis, & sensu quasi priuatis medendo satis erit: hoc est, (ni nosmetipsi valde deludimur, quando facilè id iotellectu non est) naturam expultricem irritare satis potest & susciiare, etiamsi sopita fortè videatur, vt dictum est. Est namque tam acris & erodens vis eius, vt à diuturniori eius appositu magnopere vereri oporteat, ne tandem parti prænotatæ vlcus inuratur. Cuius tamen vsu (ὧν δὲ ἀμώνατος καὶ δάκνει) si quid rodatur aut oblædatur fortè morsu; αὐτίκα ἀφαρίῳ, celeriter demendum esse ouoc præcipit, quo huic symptomati quoqoe occurratur, (καὶ ἐς ῥάστην) mutato pessario ex lana imbuta leuiter tectáque rosaceo vngnento, ad leniendum scilicet potissimùm.

Πρόσθεν δυνάμενον χρεὼν ἐξαγαγεῖν] Iam, si placet, attendamus ad id quod ex cantharidibus prosthetum conficitur, vt quod tanti sit momenti iudicio Hippocratis, ad propelleodum. Quisquis verò cantharidas suis solet remediorum formulis in vsum drachmatim imperare, is agere id parum scienter, inre quidem putetur; præsertim verò si accidat, vt figillatim eas velit dinnmerare. Tum enim de sententia volens ipse recedat; vtpote qui viso earum cumulo terreatur à se præscripto. Hęcque ratio fuit, cur non potiùs poodere qnàm numero visa sit Hippocrati hoc loco vis cantharidum dimetienda. Namque subiungit ipse καυστικὰς πάνυ κάνταρις. Ergo contra tecentiorum omnium serè coosuetudinem inprimis cantharidas in nnmerum refert, ooo eas autem poodere metitur diuinus semper Hippocrates. Quibus tribulum marinum vnà cum sua radice & soliis ad κύαθον descriptam à Gal. in suo lexico mensuram; æquásque chamæmeli (τὸ ὠὸν ὅλον etiam sic modò secus quàm alij reddimus monitore Galeno, eodem quoque loco) & seminis apij portiooes admiscet, cum certo etiam ouorum sepiæ numero, vt simul hæc vniuersa excipiantur vino albo meraciori, & compacta in formam pessarij intromittatur explicata de causa: ea lege tamen & coodirione, vt si leuis morsus aliquis persentiatur, (sic quoque καὶ ἐν τῷ ἕλκει ἔχῃ reddimus) oe sua huic etiam medicina desit. quid est quod cantharidum oequitiam præsentiùs infringat dissoluátque magis quàm eocathisma dictum seplasiariis semicupium vulgariter? Nec verò huius solius gratia præscripsit nunc encathisma Hippocrates; sed vt quod est cœptum ope pessi, ex leuiusculo oscillorum demorsu cùm venarum, tnm etiam arteriarum, scilicet abrasio aut saltem detersio; eoruodem iode & dilatatio maior & amplior multò consequatur. Ad quod vt efficacissimum auxilium præstabit balneum aquæ calentis veriùs quàm egelidæ. Sed dignum longè maiori admiratione vel quidem iuduſtria plenissimum artificium sequitur Hippocratis. Frustra nimirum debiscãt oscula vasorum etiam patentissimè, si perbellè Medicus iudicabit artifex; nisi introrsum qooqne natura coocitetur ad propulsandom id quod negotium facessit & infert noxam, aut quidem ad id suapte vi cooetur & attẽrer: hac ratione & quidem recta, summus hic vetus præceptor à balneo ἀλύκτου, mulsam paulò primùm dilutiorem propinauit, Καὶ ὕδωρ γλυκύ, ac secundo deinde loco, vt progressus paulatim aliqnis vegetior aliquantò fiat, vioum album; tandémque si minùs ista quoque profecerint, qoò res ad extremum deducatur, τὸ πεπαμένον ὕδωρ σκίφος, cinoum, aut è miscella potiùs superiori cootritum aliquod ad semunciam, scilicet in potionem, offert, qnippe quæ summas habeat in hunc scopum vires & potentissimas. Expendendum hic censemus tamen, an (τὸ πεπαμένον) quod conteti oportere hoc loco dicitur, ad tribulum possit referri; quum nonnisi valde ambiguum esse possit. Hunc locum Caluus prætermisit.

Quem de ranunculo fortaſſe perperam videatur Cornarius etiam intellexiſſe. πάτιος verò ſemunciam noſtratem pendere exiſtimauimus, & Αἰγινῆτιν ſortitum eſſe nomen à loco, inſula nempe ex Cycladibus. In qua quum merces generis cuiuſuis diuenderentur, menſurarum nomina etiam vulgatiſſima cuique fuerunt à loco nuncupata. Hinc quoque quòd oriundus eſſet Paulus doctor Medicus, Ægineta dictus fuit. Huius potionis vſus ſi quid doloris aut moleſtiæ adferat, oe hîc quoque remedium vllum deſideretur, ecce potio medicata ſequens opem quidem feret. Namque vbi decoctum cicerum alborum & paſſularum refrixerit, huic in potum exhiberi voluit Hippocrates. Moleſtiam verò ex authoris ſentẽtia intellige, quæ potuit inuti partibus, per quas delapſum ſuperius ferebatur decoctũ erodens. Nam quem ſolent vulgò infernæ parti ardorem cantharides inferre veſicæ, ounc ſtranguriam appellauit; (ὅταν τις ὀλίγον ὑπερῃ ὕδωρ σωτικὸν, σφιγγυσία τὸ πάθος καλοῦσιν, quando ſubſtillum vrinæ cõtionò fit, ita hæc affectio Græcis appellatur) eum reſtinguet, vt ſuprà, (καὶ ὠφελεῖ ὑδατι ἐγκαθίσαι) balneum dulcis aquæ repeotis. His artibus Hippocrareis Medicus ſuo voto vel ſioe ægrotantis tædio moleſtiáque vulgò poritur.

Ἐκβόλιον ὑπόθες] Et hoc prætermiſſum fuerat ad propulſandas ſecuodas accommodatiſſimum peſſarium. Succum nempe priùs expreſſum ex agreſti cucumere coquendum eſſe coniicimus ὡς μᾶζαν, inſtar pulticulæ, quod conſueuit vulgò dici, ad conſiſtentiam aut paruæ mazæ aut quidem pultis. Deinde (ἐμπάσσειε) poſteaquam ſuccum velleri illeuerit mulier, vt peſſarium; facilè poterit intromitti. Alioqui namque quo pacto queat ſupponi, arduum nimis cogitatu. Sed quid etiã ieiuoio in totum hidoum inſtituto puerperam Hippocrates diuexabit? An quo vteri retentrix natiua poteſtas ioterea ſenſim fatiſcens & genio fraudata, de ſe quiddam remittat? Vtque eo temporis prætерlapſu ſpatio, trahenti faciliùs cedat naturæ vis medicamento? Quod nunquam eueniat, ſi cibo ſuſtentata ſuum ſemper ipſa ſeruabit robur. Atque huc loco vix admirabile niſi propiùs paulò iotuenti vldeatur artificium Hippocratis. Facilis alioqui hæc expoſitio putetur, ſed quam tameo ante nos nemo excogitauerit.

SENTENTIA DECIMAQVARTA.

Hoc modo ſit de fœcunditate periculum: Molyzam allij decoctam ſupponere inprimis oportebit *per horam.*

1 Πρῶτον μὲν μώλυζαν σκορόδου ἑψήσας πρόσθεσθαι ὥρην.

Fit & hoc aliter periculum: Netopi quiddam obuolutum lanæ apponendum erit, attendere ſedulò *deinde* oportebit, *nunquid os eius aliquid redoleat.*

2 Ἕτερον πρόσθεσιν· Νήτωπον ὀλίγον εἰρίῳ ἐνειλίξας προσθεῖναι, καὶ ὁρᾶν, εἰ ἀπὸ τοῦ στόματος ὄζηται.

EXPLICATIO.

BINOS hos quidem locos, de allio priorem, poſteriorem de intromittendo netopo, quinis & meritò & verè coniciat, etſi Hippocratis ſuot, ex latere tamen commentariotum, in rectam authoris orationem irrepſiſſe. Quod quum cõſultò euenerit & vtile queat eſſe cuique, hoc factum vnumquemque lectorem etiam oportet æqui conſulere. Signum huius autem coniecturæ ſufficieos poſſit videri, quòd quæ præcedunt & quæ etiam conſequuntur; ſint vnius & eiuſdem argumenti, etiamque ſcopi. De iis nimirum agebatur, quæ ſecundas foras propulſent. Quorſum nũc igitur de ſterilitate aut fœcunditate mulier ipſa periculum faciat? Scimus in his commentariis muliebria tantùm declarari. Et quòd ſua quoque viri habent & geſtant vtriuſque eius affectionis ſigna, vt & cauſas, memores quoque ipſi ſumus. Id quod latuit pleroſque, quemadmodum appoſitè quidem notatũ legimus in perdocto commentario Galeni ad aphor. 62. lib. 5. Cauſas ergo præ ſe ferunt quoque viri, de quibus & doctiſſimè & fuſiſſimè ſuam nobis ſenteotiam ipſe explicuit eodem loco. Ipſum, ſi videbitur, conſulite. Etiámque Hippocraris idem hoc iudicium fuit. Siquidem conſequenter muliebri te peracta ſcriptum reliquerit aphor. 63. Σχεπτέον δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρρένων. Quem quidem locum, hoc eſt aphoriſmum, quum illuſtraret Galenus, falſam in Hippocrate opinionẽ errorémque notaſſe viſus eſt ipſe ſibi. Sed ex clariſſimo aphoriſmi ſuperioris lumine in ardua aliquantò magis & obſcura conſequenti interpretatione mentis Hippocrateæ, eius fortaſſe caligarunt oculi. Vérũtati ſanè conſenrit aphoriſmus vterque. Ac ſi tantum laboris impendiſſet Galenus in vnios quantum in alterius commẽtatione, honorificentiùs ipſe quidem longè eſſet loquutus de ſuo magiſtro Hippocrate. Huic diuino authori noo oiſi iniquo maximè animo iniuriam inferri vnquam, quiſquis eſt veritatis amator, patietur; quum in eius ſcriptis nondum errorem vllum, etſi obſcura pleraque, animaduertant plerique omnes. Sumus ipſi memores, quòd hic præclarus commẽtator palàm profitebatur, nihil ab Hippocrate perperam ſcriptum eſſe. A vero minùs hæc aberrarunt diuina Hippocratis oracula. Io quibus ſi quid vt in tenebris, occultum iacet; eius qui enunciat culpa non euenit, ſed qui conſilium exquirit potiùs, quique conſultoris quidem verba audit; verè autem ooo iotelligit. Hæc verò dicta ſunt obiter, vt quando per commemorationem cauſarum ſterilitatis mulierum, occaſio oblata nobis præſens fuit, vindicaremus eodem modo Hippocratem ab ignoratione

tione causarum sterilitatis, quæ credootut ex viris depeodere. Enimuero vtraque, tum quæ apborismo priori de mulieribus, tum quæ posteriori de viris, sibi edita puter Galenos voce, tanquam oraculo, diuini Hippocratis: üs, inquam, quum verius voquam oihil queat dici, quemadmodum aliàs, si fata ferent, facilè poterit demonstrari. Atque scriptum hoc esse ex instituto si crederemus ab Hippocrate, proferremus ex locis quamplurimis longé plura, quæ illius oratiorem explicatiorem reddant. Sed nunc meminisse sit satis, quod est de suffitu proditum ab eodem lib. 5. aphorismorum, quum siquidem vtrobique odot ad os & nares diffundatur eodem modo viaque, pto Galeni & Philothei sententia. Aphorismus est, γυνὴ ὧν μὴ κυμῶσα, &c. Si mulier non concipit, cupis autem an ea id possit, dignoscere; paonis circumtectam suffito. Quòd si per corpos odot ad os & nares peruenist, scias quòd ipsa per se sterilis non est. Edisсere hoc idem postea licet eodem ipso dictatore, vbi libto sequẽti vnguentum album Ægyptiũ phiala voluit argentea recondi huius eiosdem gratia. Ac ea quæ dicimus, explicabuntur, etsi breuiter magis; apertiùs tameo sno loco. Reuera suffitus aromatum prætetquam quòd menses ducit aphot. 28. lib. 5. aphorismorum; nónne per ductus venatum arteriarúmque ab eo delatus vapot caput opplebit & grauitatem eius creabit? Ex eo nimirum etiam ad os & nares spiracula patent odori tanquam ad partes vicioiotes & apertas. Iure igitur iussit Hippocrates noster ὀρῶν, εἰ ἴῃ τῷ σώματι ὄζοντα, attendendum esse sedulò, si quis ex ore exibit odot. Huius autem esu frequenti ita capnt potest oppleri, vt oculorum inde acies tandem obtuodatur. Ad huius experimenti explicatio nem conferre queant quæ Galenus & Philotheus interpretes philosophantur perdoctè dicto commentario.

Cæterùm μώλυζα σκορόδου oon caput allij integrũ derasum, vt Cornarius interptes, reddidimus. Quum verò alliorum genus sit duplex, hoc loco intelligi oportere monocephalon lectot cõsentiet, si ex Dioscoride cap. 146. lib. 2. didicerit satiuum quoddam esse quod singulari capite, vt porrum, constat, dulce, paruum, vergens in porporeum. Reliqua verò magna cãdidaque, ex pluribus coagmẽtata nucleis, quos ἄγκλους ἢ ῥάγας, hoc est nucleos siue spicas oominarunt Græci. Hic igitur allium intelligi debet quod vnicum caput habet, expositore Galeno io lexico soo. Ac μώλυζα σκορόδου dixit coniunctim Hippocrates, ne quis (ὡς πᾶς τὸ μῶλυ) pro herba eiusce nominis ipsum posuisse opinaretur. Μώλυζα σκορόδου vnius capitis est κεφαλὴ διγλωχῖνι ὡς ἄγκλοις, quæ nec in plures nucleos solni potest, expositore Galeno in exegesi. Cæterùm vt ὄρῶν io prosthero priori scribẽdi forma ab ὁρῶ differt posteriori: ita & ratione & significatione. Hoc enim sedulitatem commendat: designat autem illud mansionis diuturnitatem manifestè. Quod quia prætermissum vidimus ab vtro qoe interprete, noluimus intactum relinquere.

Ἔπειτα] Præterea quod in illo obseruandum præcipiebatur inter vtendum, in hoc vsurpãdam quoque opinamur, & contrà. Vt vtrobique prosthetum designato spario temporis, intus remaneat, eodémque elapso diligenter obseruetur quid postea spiret ex ore. De netopo autem dictum antea fuit. Sui quoque appositum ad vteri osculum indicia præbet galbanom per odotem lib. de superfœtatione. Ex qno qui volet studere conceptioni, colligat Medicus plurima præcepta, quorum ope factus aliquãtò eruditior, magnũ aliquid cõsequi possit. Sed de his quãdo quæ ad conceptũ faciãt, tractabitur, amplissimè postea.

SENTENTIA DECIMAQVINTA.

Προσθετέα· Σκορπίου θαλασσίου τὸ χολλὼ ὸ εἰρίῳ πλυνὸς, ἢ ξηραίνας ὸν σκιῇ, παρεχέσθω.	1	*Prostheta: Fel scorpij marini lana exceptum siccatúmque in vmbra apponito.*
Ἢ γλήχωνα ξηραίνας, καὶ ὸ μέλιτι δεύσας, ὸ εἰρίῳ παρεχέσθω.	2	*Aut pulegium siccum subactum melle è lana similiter licet apponere.*
Ἢ αἴθος χαλκοῦ ὸ μέλιτι ἐς ὀθόνιον ὸνδήσας παρεχέτω.	3	*Aut supponere florem æris cum melle linteo obductum.*
Ἢ σικύος σπέρμα ἢ ὄφεως κατακλύσας, ὸ οἴνῳ τε δεύσας, ὸ λαγωῆον θρίξιν, ἢ εἰρίῳ παρεχέσθω.	4	*Aut semen cucumeris & elotam testam, & vino maceratam, ex pilis leporinis aut lana admouere* oportebit.
Ἄλλο παρεχέσθω· Στυπτηρίου Αἰγυπτίου ὸ εἰρίῳ κατειλίξας παρεχέτω.	5	*Pessarium aliud: Alumen Ægyptiũ lanæ obuolutum apponere.*
Ἢ χαυβαρίδας τρίψας, οἴνῳ τε δεύσας, παρεχέσθω.	6	*Aut cantharidas tritas vino subactas appone.*
Ἢ τὸν ἀρτεμισίου πόλιον οἴνῳ δεύσας παρεχέσθω.	7	*Aliàs artemisiam herbam vino subactam supponito.*
Ἢ μελάνθιον τρίψας ὲν οἴνῳ, ὲν εἰρίῳ παρεχέσθω.	8	*Aut melanthium contritum vino ex lana appone.*

Aut bulbum ex tritico tritum vinóque ſubactum apponito. 9

Η βόλβιον ὃ ἐκ τῆς πυρῶν ῥίζας, εἰς οἶνόν τι δοῦσας, παρεχέτω.

Aut vini albi veteris deuſtam fæcem, vinóque albo extinctam tritámque, in linteo oportet *apponere.* 10

Η οἴνου παλαιοῦ λευκοῦ τρύγα καταχαυσαῦσαν, καὶ κατασβέσασαν οἴνῳ λευκῷ, ἐν ῥάκει, καὶ παρεχέτω εἰς ὀθόνιον.

Aut galbanum, & netopum, & miſy, ex roſaceo vnguento ſimiliter *in linteo.* 11

Η χαλβάνιον, καὶ νήτωπον, καὶ μίσυ, εἰς ῥοδίνῳ μύρῳ, εἰς ὀθόνιον.

Aliud proſthetum: Elaterij potiones duas & fauũ in vino per linteũ apponito. 12

Ἄλλο παρεκθετέον· Ἐλατηρίου δύο πόσεις, καὶ κηρίον εἰς οἶνον δι' ὀθονίου παρεκτέον.

Aut butyrum & alumen ſubactum melle ſimiliter: aut quidem ſuccum ſcammonij & adipem in modum pultis ſimul commixtos, vinóque ſubactos, per linteum inducere oportebit. 13

Η βούτυρον καὶ στυπτηρίαν μέλιτι δοῦσας ὁμοίως· ἢ ὀπὸν σκαμμωνίης, καὶ στέαρ εἰς μάζης ξυμμίξας, οἴνῳ τι δοῦσας, δι' ὀθονίου παρεκτέον.

Ad idem: Interiora colocynthidis agreſtis in lacte muliebri trita etiam *ex linteolo ſupponantur.* 14

Ἐπὶ τὸ αὐτό· Κολοκυνθίδος ἀγρίης ῥίζας ὂ ἔνδον εἰς γάλακτι γυναικείῳ, εἰς ὀθονίῳ παρεχέτω.

EXPLICATIO.

Bella hæc cum ſuperioribus cohærebant tanquam vnius & eiuſdem argumẽti, niſi quæ interiecta ſunt duo, irrepſiſſent (vt antè dictum eſt) in orationem Hippocratis. Cauſas ſuſpicionis huius nobis adaugent, quę non ita pòſt ſubnectentur; ſcilicet ποτὰ δυνάμενα χρεῖον τι κρατηθῆν ἐν τῇ μήτρῃ ἐξαγαγεῖν, quæ recenſebuntur nimirum deſcriptæ potiones, quæque poſſunt in vtero ſubſiſtentes ſecundas propellere. Ad intermiſſam igitur breui admodum interuallo diſputationem ſit hæc ex hypotheſi regreſſio. In qua quum quatuordecim proſtheta diuerſi vnaquæque generis deſcribantur vſu potiùs probanda, quàm ratione explicanda faciliori; hæc ſimplici narratione contineutur & ſigillatim commemorantur ab Hippocrate. In iis porrò quid, quantum, & quonam modo quidque vſurpatum debeat in vſum commiſceri; hoc quoque loco ſtatuitur ab authore. Notatione tamen & obſeruatione dignum nobis viſum fuit, quòd vt vino nonnulla extipi ſolẽt, alia melle, aut quidem felle: ſic nounulla ex vellere, plura ex linteo, alia quoque ex leporinis pilis ſupponuntur ad educendas ſecundas, quæ à partione reſtiterũt, vt dictum eſt, præter natutam.

Ἐλατηρίου δύο πόσιας] Sed modò inter proſtheta quorſum potiones? An quia imperauit noſter hic author diuinus, tantundem elaterij in confectionem peſſi conſequentis ſumi oportere; quantum duplici potione tùtò poſſit exhiberi? At elaterium ceræ aut fauo potiùs commiſcet ipſe, diluitque vino; vt per linteum, non verò per litum; quemadmodum aliàs ex lana linteóve aut bombace, ſupponi poſſit. Sic enim δι' ὀθονίου, concluſa ſcilicet linteo aliter nunc intromittantur, quàm nuper ἐν ῥοδίνῳ μύρῳ aut εἰς ὀθονίου, neceſſe eſt. Ibi tum enim quæ ſunt præſcripta, cum litu immittebãtur. Per linteum autem credimus hũc elaterium Hippocratem idcirco ſupponi voluiſſe, ne acris videlicet vis eius & mordens tam vehementer ſuo cõtactu, quũ ſic ſine interuallo alioqui eroderet penitiores & in circum poſitas partes. Eadémque ratione de aluminis & ſcammonij appoſitu idem hoc iudicium eſto. Quum ſiquidem (δι' ὀθονίου παρεκτέον) vtrumque velit linteo circumcluſum contineri, priuſquam ſupponatur in propoſitum ſcopum. Etiámque operæpretium ſperamus fore, ſi modo cõſimili colocynthidis agreſtis pars interior lacte muliebri diſſoluta indatur. Quanquam εἰς ὀθονίου, in linteolo ſcriptum legatur apud Hippocratem. Quum verò colocynthis immittatur in forma peſſi, eam eodem orationis curſu teneri debere opinati quoque ſumus; non inter pocula, etiamſi gratia eiuſdem ſæpenumero vſurpetur, nunc hic recenſeri.

SENTENTIA DECIMASEXTA.

Hæ potiones vim habent educendi chorion, quod vtero retinetur: Silphium ex vino ad magnitudinem fabæ propinato. 1

Ποτὰ δυνάμενα χρεῖον τι κρατηθὲν ἐν τῇ μήτρῃ ἐξαγαγεῖν· Σίλφιον ὅσον κύαμον ἐν οἴνῳ διδόναι πίνειν.

Hoc aliud quoque *eiicit: Mulier* primùm *axillis comprehenſa, excutienda erit validiſſimè.* 2

Ἕτερον ἐκβόλιον· Ὑπὸ τὰς μασχάλας λαζῶν, σείειν ἰσχυρῶς.

Ποτὰ δὲ

Γοπὰ δὲ διδόναι ἄγνου πέταλα ἐν οἴνῳ ἢ δίκταμνον Κρητικὴν ὅσον ὀβολὸν ἐν ὕδατι τρῖψαι καὶ διδόναι· ἢ κονύζης τῆς δασυόμου ὅσον χεῖρα πλείω διδόναι τρεφόσῃ χυλῷ, καὶ νέτωπον ὅσον χήμιλλα ἀδρήν.

Ταῦτα ἐν οἴνῳ δοῦναι πιεῖν, τρίψαντα λεῖα.

Ἡ δᾷδα πιοπάτω ξυὺν γλυκεῖ οἴνῳ ἑψεῖν, ὅπου χάας ὅσον τρεῖς κυάθους, καὶ χαλβάνιον ὅσον τριώβολον, καὶ σμύρναι ἑψήσας, ἐπειδὴ παχὺ γένηται, δοῦναι πιεῖν χλιερόν.

Ἢ τρεφόσῃ χυλὸν, καὶ σμύρναι, καὶ οἴνου γλυκέος ὁμοῦ.

Ἢ ἀνδράχνης καρπὸν λεῖαν· δίδου δὲ ἐν οἴνῳ λευκῷ παλαιῷ.

Ἢ ἀγριέλαιου Κρητικῆς κόκκους σὺν τρίψας ἐν οἴνῳ πινέτω.

Ἢ βατραχίου βοτάνης ἐκ τῶν φύλλων καὶ τοῦ ἄνθους τετριμμένου ὅσον δραχμὴν Αἰγινητίου, ἐν οἴνῳ πίνειν γλυκεῖ.

Ἢν δ' ἔτι ἀνέχηται ὁ χόριον, λεπιδὸς ὅσον ὀβολὸν τρῖψαι ἐν οἴνῳ, καὶ πίσαι.

Ἢ σελίνου ῥίζαν, καὶ μύρτα ἑψέτω, πινέτω δὲ ἡμέρας τέσσαρας.

Ἢ κύμινον Αἰθιοπικὸν, καὶ ὁ καστόριον ἐχέτω ὀβολὸν, καὶ κανθαρίδος μικρόν· ταῦτα ἐν οἴνῳ διδόναι πίνειν.

Ἢ μαράθου ῥίζαν ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ καὶ μέλιτι ἀναζέσαντα πεπίσκειν.

Ἢν δ' ὁ χόριον μὴ ἐκπορεύῃ, κόνυζαν τρίψας, ἐν ὠμῷ τρέφοντι· πινέτω δὲ ἄμυστον.

Ἢ κονύζης ὅσον χαμαδρύος χεῖρ, τρεφόσῃ τε χυλὸν, καὶ νέτωνος ξυμμίξαι ὅσον χηραμίδα· ταῦτα ἐν οἴνῳ πινέτω.

Exhibere deinde oportebit *in potum folia agni casti ex vino: aut obolum dictamni Cretici in aqua triti exhibeto; aut conyzæ fœtidæ manipulum succo dilutum porri, & netopum ad mensuram largioris chemæ.*

Hæc ad lænorem trita, ex vino ebibenda oportet *exhibere.*

Tædam pinguissimam aliàs coquito in vino dulci, quod ubi ad cyathos tres effuderis, & tres obolos galbani postea *etiámque myrrhæ tantundem decoxeris, donec venerint* omnia *ad iustam crassitiem; in potum tepida debent exhiberi.*

Aut porri succum & myrrham simul cum vino dulci.

Aut adrachnes arboris *contritum semen ex albo vino veteri exhibeto.*

Aut populi nigræ *Creticæ grana nouem trita ebibat ex vino.*

Aut ranunculi herbæ foliorum etiámque florum contritorum Æginæam drachmã ex vino dulci assumere oportebit.

Sin autem adhuc adhæserit chorion, anguis senectæ obolum in vino tritæ bibendum offerto.

Aut radicem apij & baccas myrti coctas assumat in potione per quatriduum.

Aut cuminum Æthiopicum & castorium oboli mensura, cantharidísque pusillum: omnia *hæc ex vino ad bibendum offerto.*

Aut fœniculi radicem in vino feruefactam vnà cum oleo & melle propinato.

At si ne sic quidem foras secundæ prodeant, conyzam tritam ex vellere supponito: ebibere autem longè potius erit.

Aut quidem conyzæ manipulum & succum porri cum netopo commiscere oportebit ad mensuram maioris conchæ. At hæc ex vino propinabis.

EXPLICATIO.

DICEBAMVS non ita pridem, eóque nomine tunc nostram explicationem confirmabamus, Hippocrati in voto fuisse; non solùm per prostheta euocare; sed & per pocula educere secundas. Eò quidem iam venit orationis progressus authoris, etiamque res puerperarum ex hypothesi. Itaque hìc meritò sequuntur τινὰ δυσάμματα χεῖον ἐξάγω, ea quæ epota adhærescentes adhuc secundas possunt foras

propulsare. Editus sit ergo puer modò in lucem ex hypothesi, secundæ ipsum statim sequantur natura duce, prorsus necessarium nunc quoque videtur. Hac ratione enim ὕστερα siue δεύτερα dictæ sunt secundæ Græcis. Quod quoties non euenet; verendum omnino erit; ne earum suppressio eueniat permagno puerperæ valetudinis incommodo. Ideóque omni conatu studendum Medico est semper, vt quoties chorion in partu testiterit, educi id omni arte tententur; ita tamen vt turbò fiat. Ad id etiam multa suberiùs quidem præscripta pessaria sunt ab Hippocrate; sed si quædam assumpta idem hoc ipsum præstarent introrsum propulsabunt; fore id maioris quoque momenti & vtilitatis sperandum quidem est. Est autem in horum censu apud Hippocratem silphium, ὁποῦ κατ' ἐχρῶ, succus, qui quòd præstantissimus ex oppido Cyrenarum antiquitus adferretur; Cyrenaicus quoque cognominatus tum fuit veteribus. Ex eo si magnitudinem dictam ab Hippocrate, ὡς οἶνῳ, ex vino (albo credimus) Medicus propinarit; optatum facilè is consequi possit & voto potiri.

Ἔστιν ἐκβόλιον χρὴ τοὺς μαχάνας] Hoc alterum est ἐκβόλιον, medicamen nempe partum eijciens, attamen ei dissimile quod præcedit, quia non simplex & vnum; sed (σύνθετον ἐμπυρ) concussionem quoque adiunxit cum potione diuersi generis Hippocrates. Nimirum vt, quod efficere vna eon potuerit, id altera tertiáve aut commutata identidem potio alia, efficaciùs præster. De concussionis autem forma, quando antea copiosissimè diximus hoc eodem libro, vbi de excutiendo immortuo fœtu antè agebatur; etiamque ex libello Hippocratis περὶ ἐγκυμοσύνης τῶν ἑπτάμηνα referebamus; & quomodo huius gratia debet comprehendi, & quibus vinculis aut sindonibus potiùs velanda tunc erit, quò concuti ipsa turbò quieat, quando (inquam) pluribus antè explanatum fuit, ex istis locis ducimus nunc reperendum. Quid verò chema sit, dicebatur quoque ouper. Quid item tæda & quæ arbores illius occasione emorantur, multo quoque priùs ex sententia veterum repetebamus. At (διὰ τοῦτο χρὴ) cur voluerit Hippocrates, vt horum cuiusque modi potiones enumeratæ omnes in propositum modum tepefiát, nondum innotuit nobis, nisi quòd vtero sit hostile frigus & inimicum; & quòd hoc etiam pacto vis agendi ferè soleat accelerari.

Ἡ περὶ τὸν χυλὸν] Et hæc antecedentibus ita connectuntur, vt quæ etiam τὰ διαχύματα, &c. epota queat depellere secundas. In iis cõdigna notatu aliquot esse quæ sequuntur, opinati sumus. Ἀνδρέων primùm legit iotet pres vterque, ac eodem modo portulacam reddidit, parum, ni nosmet ipsi quoque longiùs erremus, verisimiliter. Cogitantibus enim diutiùs, quòd vim adstringendi summam refrigerãdique vsque adhuc habuisset antiquorum opinione portulaca; de mendo oborta quoque nobis suspicio fuit, attendentibus præsertim ad scopum authoris. Sed huic delẽdo satis etiam fore visum fuit statim postea, & meritò quidem, literulæ vnius litura. Itaque pro ἀνδράχνης detracto ν elemento, ἀνδράχης restituimus. Hæc autem arbor fuit veteribus; cuius Plinius meminit lib. 13. virẽs nullas tamen illius tecẽsuit. Sl molestum non erit, Plinij auditoris verba. Adrachnen omnes ferè Græci portulacæ nomine interpretantur; quum hæc sit herba, & andrachne vocetur vnius literæ diuersitate. Cæterùm adrachoe (subiungit ipse) est syluestris arbor, neque in planis nascens, similis vnedoni; folio tantùm minore & nunquam decidente, cortice non scabro quidem, sed qui circumgelatus videri possit, tum tristis aspectu est. Ex quo quidem hoc loco plures fortassis reponendi loci sunt apud Theophrastum libris de historia plantarum. Cæterùm ootandum etiam est ὡς οἴνῳ λευκῷ παλαιῷ, ex vino albo veteri illud semen offerti, vt & cætera quæque, si animaduertis, proximè sequentia medicaméta; nempe quia huius ope agunt ipsa promptiùs poterciúsque. Adde quòd est quoque vinum hysthericum. Cum βατραχίου autem βατίου Hippocrates coniunxit, vt aliàs similiter, gratia distinctionis. Ne nimirum aut ranam quæ degit in aquis; aut ranunculum scilicet tomorem phlegmonodem partium quæ sunt sub lingua & venarum præsertim, quisque vt plurimùm in pueros cadit eósque infestat; hic intelligi quis perperam opinaretur. Est valida satis & potẽs batrachij, potissimùm verò si propinetur, vis huius. Attamen διὰ τὴν ἰσχὺν τὸ χοιρίου, si secundæ intos adhuc detinebuntur, nec relaxentur ab eius vsu; alia plurima quæ id efficiant, nunc præscribuntur ab authore. Et quidem longè promptiùs, ac rum maximè, quum per totum quatriduum ea ipsa io vsum continenter vsurpabuntur. Quòd enim hæc conditio inter vtendum debeat esse omnibus communis ratiõ quę, inter quidem hîc cogitamus & statuimus. In iis verò tenebunt primas ἐχεναῖς, exuuiæ serpentum, quòd à Lycophrone σύφαρ aliàs dicebatur. Ad quem huoc quidem locum si fortè attenderint Paracelsistæ, conclamabunt protinus vtique etiam hac Hippocratis authoritate freti, Similibus similia percurari. Non sic autem hoc loco, quemadmodum terræ vermes, qui χῆτες & Galeno & Dioscoridi dicebantur, sed potiùs ipsimet ὁμοιοῦσθαι προσγόνοις ad lumbricos eiusdem naturæ & formæ, se habent qui solent nobis in intestinis subnasci; aut non sic etiam vt χοιρίου se habet recentis cuiusdam puerperæ præparatum, vt decet, ad secundas alterios puerperæ quæ in vtero restiterunt & iam suffocationis periculum creant: ita nunc veteres serpentis exuiæ ad secundas in vtero præter naturam detentas affectæ quidem sunt. Magna namque inest vtrobiqoe varietas, magna est, inquam, in illis dissimilitudo. Quanquam vt ad depellendum illa totidem separatim fortasse, hæc voiuersa quoque conuenant; si, vti est decens, apparata, & conoenienter certáque mensura & tempestiuè exhibebũtur. Sed de his quidem aliàs. Exhibet obolum qunque castorij ad potaodum Hippocrates, sed simul cum eo, oec quidem sine ratione, καυθαρίδος μικρὸν, minimam taorummodo portiooem cantharidis voluit commiscerii, propter rodentem vim eius & valde deleteriam. Quæ satis quidem omnia esse queant ad propulsandas secundas; διὰ τὸ χοιρίου μὴ ὑπομένειν, attamen si ne sic foras ipsæ prodeant; aliud supponi censet nportet Hippocrates, quod maximi omniom momenti queat videri fore etiámque fructus, si propinabitur. νίτρου δὲ, ait, μίμνον. Potiooe siquidem id multò magis præster, vt periculum ipse fecerat sæpenumero.

cap. 12.

cap 12. lib. de theriaca ad Pison. cap. 16. lib. 2.

SENTEN-

SENTENTIA DECIMASEPTIMA.

Χοιρίου ἐξάγλ, καὶ ὀπιμιλώια κατα-
ασᾶ, καὶ ὃ ἔμβρυον ἡμίεργον ἕλκ. 1

Κανθαρίδας πέντε ἀποτίλας τὰ
πτερὰ καὶ τὰ σκέλεα καὶ τὼ κεφαλώ, 2
εἶτα τρίβολον ὃ παλαιόστιον κόψας
ξυὼ τῇ ῥίζῃ καὶ τοῖσιν φύλλοισιν ὅσον κόγχην,
καὶ ὃ ἀνάθεμον ὃ χλωρὸν τρίψον ἴσον
πλῆθος, καὶ σιλίνου σπέρμα, καὶ σπάνις ὠὰ
πεντεκαίδεκα ἐν οἴνῳ γλυκεῖ κεκραμένῳ·
ταῦτα ὁμοῦ, καὶ ἐπιδιδῶ ὀδυνῶν ἔχῃ, πινέτω.

Καὶ ἐν ὕδατι θερμῷ ἐγκαθιζέσθω, πι- 3
νέτω δ᾽ μελίκρητον ὑδαρὲς, καὶ γλυκεῖ
οἴνου λευκόν.

Ὑστέρην δυνάται ἐκβαλεῖν ὁλοκωνίτιδος ἡ 4
γλυκείης ῥίζα· ἔστι δ᾽ ὡς βολβὸς, σμικρὸν
δὲ ὡς ἐλαίη· ταύτην τρίβειν ἐν οἴνῳ, καὶ δι-
δόναι πίνειν.

Ἢν μὲν ᾖ σμικρὰ, δύο· ἢν δ᾽ μείζω, 5
μία ἀρκεῖ.

Γαρύσματα δ᾽ τῶν σπερμάτων κύμι- 6
νον Αἰθιοπικὸν, καὶ σέσελι Μασσαλιωτικόν.

Ἢ φύλλον τὸ Λιβυκὸν ξηρὸν ἡμιχοίνικον 7
σὺν οἴνῳ κοτύλῃσιν τρισὶν ἑψεῖν, καὶ ἄχρι
οὗ τὸ ἥμισυ· καὶ ἀπὸ τούτου πινέτω.

Ἄλλο· Λύχνου καρπὸν, σισέλιος ἴσον, 8
σμύρνης τρίβειν ὁμοῦ, καὶ σὺν ὕδατι διδό-
ναι πίνειν.

Ἐκβόλια· Ἀγνοῦ λευκῆς νέης ὅσον ὀξύ- 9
βαφον ἐν οἴνῳ λευκῷ ἡδεῖ δὸς πιεῖν, τρί-
ψας λεῖον.

Ἔτερον· Κασσίης ἢ σαγαπηνοῦ ὀβολὸν, 10
ἀσφάλτου δραχμὴν μίαν, νίτρου δύο·
πάντα τρίψας ἐν γλυκεῖ οἴνῳ, καὶ ἐλαίου
ὅσον ἡμικοτύλιον, δὸς πιεῖν πρὸ ὀβολοῖν
δύο.

Καὶ λοῦσον θερμῷ κλυσμῷ. 11

1 Hoc *educit secundas, menstruáque vellit, & imperfectum embryonem trahit* medicamentum.

2 *Cantharidibus quinque si excideris alas, crura capútque; ac inde tribulum marinum contriueris simul cum radice & foliis ad conchæ capacitatem: adde iis & euanthemum recens tritum mensura pari, & semen apij, & quindecim ouа sepiæ in vino dulci diluto: hæc simul* omnia, *vt primùm dolor inuaserit, epotet.*

3 *Et eodem modo in aqua calida* mulier *desideat: ebibat tamen* interea *melicratum dilutius & vinum album dulce.*

4 *Et secundas eiicere potest radix holoconitidis, quæ dulcis est, sua figura bulbum referens; vt & oliuam magnitudine: in vino terenda erit, vt ebibenda offeratur.*

5 *Quæ si erunt exiguæ, duæ* quidem; *sin autem maiusculæ, vna satis esse queat.*

6 *Admiscenda verò sunt è seminibus, cuminum Æthiopicum & seselí Massilienſe.*

7 *Aut folium Libycum siccum ad semichœnicem cum vini tribus cotylis* decoquendum curabis, *donec media portio superſit: ex eo autem* mulier *bibat.*

8 *Aliud: Agni casti semen, & sesélios & myrrhæ partes æquas simul terere, & ex aqua exhibere* mulieri oportebit *in potione.*

9 *Hæc fœtum* quoque *abiiciunt: Agnum album recentem contritum læuiter ad acetabuli mensuram in albo vino gratíque odoris bibendum præbe.*

10 Hoc est & *alterum: Castorij aut sagapeni obolum, bituminis drachmam vnam, & nitri duas,* commisce: *ex omnibus his in vino dulci contritis, olei tamen priùs affusa semicotyle, præbe ad bibendum obolos duos stomacho ieiuno.*

11 *Decenter exinde calida lauato.*

EXPLICATIO.

DEEST huius potionis descriptio in expositione Cornarij. Quam ptætermittete non debemus tamen, si tam multa quàm eius dictat historia; potest in tem susceptam ab Hippocrate. Eius nimirum vsu & ptoritatione vehementiori chorium Hippocrates confidit eductum iri, vt & menstrua, imò etiam fœtum inchoatum. Ac sanè si hic tenaciùs adhærebit, vt est verisimile, ac potionis huius vehementia depellatur; huius quoque eiusdem vsu lochia promouebuntur. Atque sic omnino quatuor eodem medicamento commodissimè poterunt cieri. Admirabilis hæc igitur potio adiumenti est, sed quæ cantharidas certo præparatas modo excipiat aliquor; quibuscum & qoatuor alia quædam iungantur in compositionem & energiam maiorem. De sepiæ autem nunc præscriptis ouis antea; vt & quòd per ὠοῖσιν chamæmelum intellexit Hippocrates, dictum est priùs. Id enim ex lexico didicimus Hippocrateo.

Ταῦτα ὁμοῦ πίνειν, *haec simul vniuersa*] Fuit semper indust rius omnium veterum consensu, naturæ minister & imitator Hippocrates. Multa fuisse commiscenda modò monebat in suum scopum: at ea tum offerenda nunc cum ratione censet, ἐπειδὴ ὀδύνας ἔχει, quum sæuite cœperint dolores. Tunc enim vt res aliena alieno derenta loco naturæ negotium facessit: sic & suapte vi & motione natiua ad eam propulsandam foras maximè tum insurgit natura, quemadmodum permagno ante artificio; quæ menses proritare suapte vi poterant, aduentante eorum cursu periodico exhiberi oportere omnia existimauit. Sed frustra etiam alioqui (sicut antea indicatum est) intorsum quidquam etiam tempestiuè promoueas, si non exteriores ad exitum patebunt fores. Hac iusta ratione voluit nunc consequenter mulierem (ἐν ὕδατι θερμῷ ἐγκαθίζεσθαι) non tam calida aqua lauari quàm in ea insidere, nec quidem vpum aut alterum diem, sed aliquot plures. Interea verò iubet dari, dum menstrua periodus venit & appropinquat, μέλικρατον ὑδαρὲς καὶ γλυκὺ οἶνον λευκὸν, illi in potionem mulcratum aquosum & vinum dulce album etiamque dilutum. Sic quoque ad euacuationem meabiles magis reddentur meatus, eodémque modo poterit suscitari natura (cuius instat θερμὸν) ad excretionem eius quod noxium est, etiámque quod est molestum eadem opera vsúque præscriptorum attenuabitur, eodémque modo patatius longè reddetur ad euacuationem.

Cæterùm ὀλυνθώδης meminit Galenus in suo lexico, vt quod veteribus fuerit olus syluestre quoddam. Cuius saporem notauit hoc loco Hippocrates, vt & eius radicis figuram descripsit & magnitudinem, & præparandi rationem. Reliqua ferè facilia sunt, nisi quòd per ῥίνας τῶν λιβυκῶν Galeno interprete eodem lexico, semen silphij, propterea quòd latum est, intellexit, vt citat ex Hippocratis lib. 2. de mulieribus. Etiámque sic fatus idem ipse est, Addidit in oratione quandoque Hippocrates Lihycum (vt hoc notamus nimirum loco) quemadmodum & Æthiopicum aliàs. Ponooes aliquot aliæ postea tribuntur, quas exhiberi censet oportere, ne quid illarum muniis & facultatibus obstaculo sit, (δῖς πρῶϊ πίνει) mulieri stomacho ieiuno. Id quod nostra quidem sententia perpetuum debet esse, etiamque omni potionum generi commune; non dissimiliter quàm (λίτρον θερμῷ πόσει) in eum finem decet mulierem toties lauari, vt quæ scilicet in infernis partibus vasa cõniũent, queant amplificari in ea dilatarique ad vacuationem multò magis facilem, vt dictum est sæpe & inculcatum antea.

SENTENTIA DECIMAOCTAVA.

Hoc similiter aliud se habet: Marinos tres echinos omnino tritos ad læuorem in potum exhibe ex vino odoris iucundi.

1 Αλλο ὁμοίως ἔχον· Ἐχίνους θαλασσίους τρεῖς τρίψας ὅλους λείους ἐν οἴνῳ εὐώδεϊ δὸς πιεῖν.

Aliud: Menthæ paruum fasciculum, & rutæ, & coriandri, & cedri, aut quidem *cupressi semen offer ex vino odoro.*

2 Αλλο· Μίνθης δεσμίδα μικρὸν, καὶ πηγάνου, καὶ κορίου, καὶ κέδρου, ἢ κυπαρίσσου σπέρμα, ἐν οἴνῳ εὐώδει δὸς πιεῖν.

Ac sanè ex echinis, si copia adsit, similiter aliquid mulier *sæpiusculè sorbeat: calida deinde se proluat.*

3 Καὶ τῶν ἐχίνων ἢν ἔχῃ, προφέρεσθω ὅτι ὃ πλεῖστον ὠφελεῖται· ἔπειτα λουσθω θερμῷ.

Simile hoc aliud: Anisum, bacculas cedri, semen apij, cuminum Æthiopicum, seseli, medium scilicet cuiusque acetabulum, vbi priùs ad læuorem contrieris, in vino albo propinato.

4 Αλλο ὁμοίως· Ἄνησον, κεδρίδας, σελίνου καρπὸν, Αἰθιοπικὸν κύμινον, σέσελι, ἑκάστου ἥμισυ ὀξυβάφου, δὸς ἐκπιεῖν οἴνῳ λευκῷ, ῥίψας λεῖον.

Αλλο ὁμοίως·

Αλλο ὁμοίως· Δικτάμνου δεσμίδα, ἢ δαύκου καρποῦ δραχμὰς δύο, καὶ μελαίνθιον ἴσον· ἐν οἴνῳ λευκῷ, πεῖσας λεῖον, δὸς πιεῖν, καὶ λοῦσον θερμῷ.

Aliud simile: Dictamni fasciculum, & seminis dauci binas drachmas, itémque melanthij tantundem in albo vino, postquam contriueris ad lauorem, in potum exhibeto, & calida multa lauato.

Διδόναι δὲ πρὸς τοῦτο μάλιστα τῶν νοσημάτων.

Hæc verò tum maximè exhibenda censemus, quum morbus vigebit.

Αλλο· Χαλβάνιον ὅσον ἐλαίου πεῖσας ἐν κεδρίνῳ ἐλαίῳ, προσθέτως.

Aliud: Galbanum ad magnitudinem oliuæ in oleo cedrino contritum supponito.

Τοῦτο δυνάμενον ἀμβλῶσαι καὶ ἐκβαλεῖν ὕστερα.

Hoc potest & fœtum necare & pellere secundas.

Αλλο ἐκβολιον ἐγχυθὲν ὑστέρων· Ὅταν σαπῇ νεκρωθὲν ὑπὸ ψύχους, ὅταν αἴσιμος ψυχρὸς ᾖ, κρόκου τεῖσας λεῖον ὅσον δραχμήν, ὀλκῷ ἐν στέατι χηνὸς ἐγχύσας, καὶ ἐᾶν ὡς πλεῖστον χρόνον.

Et sequens hoc aliud etiam infusum eiicit secundas: Si extinctus frigore fœtus computruerit, vento nimirum flante frigidiori, crocum leuiter tritum drachmæ pondere ex anseris adipe infundito, ibíque diutissimè remoretur.

Γοτὸν συμβαλλόμενον πρὸς τόδε κλύζειν· Κόνυζαν τὴν ἡδύοσμον τεῖσας λείως, ἐν οἴνῳ δυώδει, ἢ ἐν συρμαίῃ, δοῦναι πιεῖν, καὶ λούειν θερμῷ.

Ad idem apprime vtilis erit potio sequens: Conyzam eam quæ suauis odoris est, tritam leuiter, in vino odorato aut in syrmæa ad bibendum præbe: & calida deinde lauato.

Αλλο ὁμοίως ποτὸν, τοῖς παιδίοις καὶ τοῖς ἐντὸς κακῶν· Ἰὸν χαλκοῦ ξυντείσας ξὺν μέλιτι καὶ συρμαίῃ, δὸς πιεῖν.

Consimilis alia potio ad puerum & quæ in vitio intus sunt, perutilis: Florem æris cum melle & syrmæa contritum ad bibendum præbe.

EXPLICATIO.

Hæc quæ sequuntur aliquot in potionum quoqoe censu debent haberi. In iis verò id est potissimum ad therapiam, quod est positum postremo loco. Nempe διδόναι δὲ πρὸς τοῦτο μάλιστα τῶν νοσημάτων (non enim cum interprete Cornario σύμπασης retineri posse assentimur) isthæc offerri remedia oportere, vbi & morbus vrgebit, & cœperint acerbiùs sæuire dolores, vti antea eodem hoc authore dictum fuit sæpenumero. Quo loco adiuncta ratio est à naturæ congressu cum morbo petita. Præceptum est aliud omnibus hoc quoque commune, si animaduertis; vnumqoodque horum scilicet ex vino exhibendum esse. Cuios & rationem suprà quoque dedimus. Tertium est, quòd si quoties potio offeretur quæ ducit secundas, eodem modo (λοῦσον θερμῷ πολλῷ) partium præsertim ioseriorum lotio fiet, aut fotus adhibebitur; magnum mulier exinde fructum consequuta reportet. Echinos ergo inprimis exhiber, non χερσαίους quidem, terrestres, quorum Dioscorides meminit cap. 2. lib. 2. sed θαλασσίους, marinos, de qoibus cap. 1. lib. eiusdem.

Αλλο] Deinde μίνθης menthæ pugillum cum quibusdam aliis offert ex vino. Quanquam eoim inter hæc duo nonnulli aliqoid interesse opinentur, cum ea herba tamen prorsus est eadem μίνθη, quæ ab odore suaui veteribus dicta fuit alio nomine ἡδύοσμος. Cæterùm duobus locis, si animaduertet lector, hîc lotionem commendat Hippocrates, & magna cum cautione, vti prænotauimus.

Αλλο· χαλκοῦ] Intériiciuntur hoc loco nonnulla, quæ quanquam siot eiusdem scopi, noo potiooe tamen solummodo, sed & iniectione & appositione secundas eiciant. At modò qoorsum (ἀμβλῶσαι) de fœtus nece, vbi (ἐκβολιον τὰ ὑγιεῖς) secundarum expulsio conquiritur ex hypothesi? Quò tantæ virtutis hoc esse prosthetum intelligatur, vt fœtui etiam sufficiat interimendo, ne quis illius oimirum vsu in id ram vehemens & periculi plenissimum incautus incurrat incommodum. Namqoe & ab eo abborruit semper vir quidem boous Hippocrates, sicut proposuit & iureiurando sese adstrinxit ipse in horco suo.

Αλλο ἐκβόλιον ἔχοντι ὑπέρων, *infusum hoc aliud eiicit secundas*] Antea demonstratum abunde fuit, quomodo vita defunctus puer in vtero, primùm putrescendo iustè intumescat, (pluribus autem de causis quæ nunc extra rem, ibi immoritur) Attamen si quando (παρὰτὸν ὑπὸ ψύχους) exitium puello crearit frigoris iniuria, est in promptu ad id, remedium nunc apud Hippocratem. ἐστιν αὖθις ψυχρῆ, hanc enim Hippocratis, quàm sit vtero fœtuique inimicum frigus, satis demonstrat oratio. Cuius & pleniot mulcò facta fides est locis quamplurimis, tum lib. de aëribus, locis, & aquis, tum etiam in aphorismis.

Ποτὸν συμβάλλου] Notatione hæc quoque condigna sunt, quòd & ex vino conyzam propinat, καὶ λούειν θυμῷ, & quòd à potione mulieris partes lauat pudendas, explicata antè de causa. Quid verò σφραγὶς sit, edisci ex Gal. potest comment. 2. in lib. de articulis. Sed genus potionis quoddam ponùs quàm cibi fuisse existimamus, & hystericum etiam fortasse veteribus. De ea quid Doctor Gorræus, videto. Potioni etiam postremæ summas tribuit hic auctor vires. Atque re vera flos æris, cuius iampridem vsus exoleuit, conferre multùm potest, quamuis stomacho valde dissentaneus possit videri.

SENTENTIA DECIMANONA.

Aliud hoc prosthetum eiicere potest fœtum immortuum: Scobem limatam aeris molli exceptam linteo ad os vteri vsque appone, & sic profueris. 1

Αλλο προσθετὸν ἐκβόλιον, ὃ ἀποθνήσκη· Χαλκοῦ ῥινήματα σὺν τῷ ἐς ὀθόνιον μαλθακὸν, προσάγειν πρὸς τὸ στόμα τῆς μήτρεως, καὶ ὠφελήσεις.

Aliud: Testam recentem tritam cum adipe anserino sibi mulier *indat.* 2

Αλλο· Ὀστρακον νέον καὶ τρίαρ χηνὸς τρίψασα προσθήσω.

Aliud prosthetum: Nitrum coctum cum resina, in glandulam efformatum, & gallinaceo intinctum adipi, admoueto. 3

Αλλο προσθετόν· Νίτρον ἑψήσας ξυὺν ῥητίνῃ, καὶ ποιήσας βάλανον, βάπτων εἰς ὄρνιθος τρίαρ, προσφήσ.

Aliud prosthetum: Charien nuncupatum vulgò, huius radicem interuallo temporis breuissimo ad vmbilicum admoueto. 4

Αλλο προσθετόν· Χαρίεν δ' ὀνομαζόμενον, τούτου ῥίζαν προσὸν τὸν ὀμφαλὸν προσθες μὴ πολλὼ χρόνον.

Aliud: Syluestrem cucurbitam & murium stercus contrita leuiter apponito. 5

Αλλο· Ἀγρίου κολοκύντης καὶ μυῶν ὀπὸν τρίψας λεῖα, προσφήσ.

Per modum vinculi aliud medicamentum: *Resinam & gallinaceum adipem simul trita mixtáque, vmbilico & toti ventri mulier circumliget.* 6

Αλλο ὑπὲρ δεσμοῦ· Ῥητίνην καὶ τρίαρ ὄρνιθος, τρίψας ἅμα καὶ μίξας, ὑπὲρ δεσμεύσαθω ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὴν γαστέρα.

Aliud prosthetum: Fructum hederæ candidæ & scobem serratam cedri trita & in glandes composita mulier *admoueat sibi.* 7

Αλλο προσθετόν· Τοῦ κισσοῦ τοῦ λευκοῦ τὸν καρπὸν καὶ κέδρου πρίσμα τρίψασα, καὶ βαλάνια ποιήσασα προσφήσθω.

Aliud: Cerebrum testudinis marinæ cum croco Ægyptio & Ægyptio sale tritum mixtúmque in glandes effictum apponito. 8

Αλλο· χελώνης θαλασσίης τὸν ἐγκέφαλον, καὶ Αἰγύπτιον κρόκον, καὶ ἅλα Αἰγύπτιον τρίψας καὶ ξυμμίξας ποιεῖν βαλάνους, καὶ προσφήσθω.

Sequens abigit fœtum suffitus & detentum in vtero sanguinem educere vi potest: Folia salicis ad ignem conspersa suffire oportebit, & circumlocatam mulierem facito tum manere tantisper dum fumus in vterum penetrarit. 9

Ἐκβόλιον θυμίαμα δυνάμενον καὶ αἷμα γαστρὸς ἐξαγάσαι· ἰτέης φύλλα ὑπὸ πῦρ ὑπιόντα θυμιᾶν, καὶ περιθήσασα τὴν γυναῖκα ἐᾶν ἄχρις ἂν ὁ καπνὸς εἰς τὴν μήτραν εἰσίῃ.

EXPLI-

EXPLICATIO.

Ad proſtbeta præſens regreſſio eſt, quæ ſuapte vi eliciant quoque ſecundas. Ergo à minori ad maius ounc, ſi placet, argumentum ducatur, ne remotior digreſſio fiat à re propoſita. Si enim peſſarium boc ex vtero fœtum eiicit (ὡὸ ἀποβάλλειν) immortuum; quid noo ſecundas? Ex altero cooſequenti ediſcet mulier pudicè in ſinum, cuius mulierem vnamquamque debet pudere, peſſarium intromittere. πεσσὸν προσφέρειν, contrectum inducat] Sic eoim cum muliere colloquitur ſæpenumero Hippocrates.

Tertio loco notandum eſt, id quod eò inrromittitur, (πεσσὸς βάλλεται) conſtogi oportere in formam glandis. Sed χρῖσαι τὸ ἐπιπεφυκὸς, gratius ſore hoc politioribus mulierculis medicamen, ex hac dictioe χρῖσαι voleotes ſuſpicaremur, ſi noo proximè ſubiunxiſſet Hippocrates βούνιον ῥίζαν, ex huius ſcilicet radice coocinoandum eſſe cataplaſma, quod taoti eſſe momenti expertus erat, vt id appoſitione ad vmbilicum mulieribus forer acceptabile & magis gratum quàm ſuppoſitione; & quod etiam breui ſuum munus perficeret. Cur ſic alioqui loquutus eſſet Hippocrates, πρὸς μὲν πυελὸν χρῖσαι? Cæterùm an de tithymalli radice hoc, paucis mutatis, intelligi quoque queat qui characias dicebatur, lector viderit. Hunc enim omnium eſſe vehementiſſimum ſcripto mandatum reliquerunt recentiores, fortè quia apod Dioſcoridem cap. 159. lib. 4. ipſi legerint; quòd qui lac extrahebant ex eo, cogebantur corpus ſuum, ac præſertim faciem, collum, ſcrotúmque genitalis quodam adipe aut oleo cum vino perungere. Ac ſanè ſolo appoſitu ſuum nunc munus facit plantæ radix huius apud Hippocratem, tantæ virturis eſt. Deinde & aliud huic peſſario ſubnectitur ex colocynthide & ſtercore murium. Sed ἀφ' οὗπερ ἐπιπεφυκὸς quod huic ſtatim cooſectarium eſt, appoſitu quoqoe, noo iotromiſſione munus quod eſt ſuum obit; eóque loogè maiori dignum commendatiooe apud mulierculas politiores, vt dictum iam eſt in re conſimili.

Ἄλλο περσσόν· κισσοῦ λευκοῦ] Per bederam candidam eam intellectam puta quæ fructus candidos babet Dioſcoride explicatore. Καὶ κέδρου πρίσμα, ſcobem ſerratam cedri reddidimus. Nam vt quod inter ſecandum deteritur ſerra, πρίσμα nunc Hippocrati: ita quod limæ iterato ductu decidit ex eo quod ſecatur, ῥίνημα ooo ita pridem in ærę dictum fuit. Reddidit ῥίνημα Çornarius tamenta. Limatutam qui voler, vertat: diximus limatam ſcobem. Quonam autem modo ex deſcriptis hederæ corymbis & ſcobe ſerrata cedri (βότρεα πίσσεται) muliet glaodulas conficiat, niſi addito vt priùs adipe gallinaceo? Hûc quoque eundem affundito licet in compoſitiooem proſtheti conſequeotis; ſi oon fortſitan ad hoc ille qui in cerebro marinæ teſtudinis inerit humor, ſatis ſore videbitur.

Ἐκβόλιον συμίκμα] Vt eodem filo modos omoes expediat Hippocrates, quibus educi poſſuot ſecundæ, quando hoc præcipuum eſt eius inſtitutum; ounc & ipſe ſuffitioois memioit, quæ vt facillima paratu eſt, etiam io promptu tempori eſſe queat. Patabitur hæc autem (ἵνης φύλλα ξὺν πυρ) ex deſiccaris ſalicum foliis. Quarum oempe vires prætermitrere (etſi præter rem) ouoc nunquam potuimus, quum ſiquidem viſi ſint nobis tantopere veteres ab Hippocrate diſſidere. Siue enim lachrymam expendamus, quam ſponte ſua exudat arbor: ſiue quæ manat ex plaga, dum floret, exciſo cortice: aut quæ etiã ramorum ſtillat truncatione; quódque folia eiuſdem ad glutinaodum vulnus etiam cruętum alij commendent, ſuccum verò & arboris corticem alij ad deſiccandum; taodem tamen quaſi dictorum ſint ipſi patum memores, humorem coocretum ex corticis plaga colliguot ad expurganda ea quæ aciei oculorum obſtaculo eſſe conſueuerunt, magnam vim eſſe io eo rati, quem dum etiam tenuium maximè partium eſſe opinantur, hoc eodem pacto per experientiam nimirum in Hippocratis ſententiam relabuotur iocauti. Sic ipſi ſcilicet probè ſibi & firmè cooſtant. Etſi autem dum viret & floret ſalix, quid ſummè lentum & renax apparet in ea, quod inſtar glutinis & balſami modo volous etiam cruentum valde diſiunctum colliget atque coniungat, aut etiam albicantem eios ſpumam potiùs quàm ſemen, ſanguinem expueotibus potu prodeſſe iam pridem quiſque fuerit expertus; ooo proinde tamen deſiccata eiuſdem folia deſiſteot inſita vi & ſummæ partium tenuitatis præſtantia penitiùs paulò introrſum deferri, & ibi remoraotem ſanguinem ſuffitu tenuare, eodémque modo & tubo fœtum priuatum vita ſimul & ſanguinem educere. Eſt enim huiuſmodi Hippocratis ſententia. Referuntur reliqua ad fumigandi modum quæ ſunt in Hippocratis oratiooe, ſiue (ἀκέσιος) iubeat Hippocrates vaporem arctè veſtimentis circumcludi; ſiue (ἢν ἔχῃς αὖ) ipſe definiat quonam vſque debeant ſuffimenta continuari.

SENTENTIA VIGESIMA.

Περὶ ἰάσιος ἐκβώσιος· Ὁτάν τ' γυνὴ ἐκβώσῃ, καὶ ὃ παιδίον μὴ ὀξύῃ, ἤντε σαπῇ καὶ οἰδήσῃ, ἢ ἄλλο τι παθῇ τοιοῦτον, τρῖψαι καὶ σίλφιον ἐκθλίψας, τὸ χυλὸν ξὺν ῥαφάνου ἀμφοτέρων θριδακίνης ἄξας, καὶ κοτύλῃ ῥοδίνῃ ἐλαίῳ, καὶ τέταρ χοὸς ὄσον τεταρτημόριον, ῥητίνης τὸ ὀβολοὺς ξὺν κηρωτίνῃ ἐπ

De abortionis curatione ſiue medela: Quando mulier abortum fecerit, nec puer tamen elabitur, ſiue putruerit intumuerítque, ſiue ſimile quid aliud perpeſſus fuerit; porri apiíque ſuccum linteo expreſſum, & cotylen olei roſacei, & quadrantẽ adipis anſerini, & tres obolos reſinæ; hæc vbi in

oleo liquefeceris (conſtitueris autem mulierem pedibus elatis) in vterum infundito, quæ mulier *decumbens detineat quàm fieri poterit diutiſsimè.*

ἐλαίῳ, καὶ ποιήσας τρεῖς ποδῶν ὑψηλοτέρω, ἐγχεον ἐς τὰς μήτρας, καὶ ἐχέτω κλιμὴν χρόνον ὅτι πλεῖστον.

Curato deinde vt ipſa per quatriduum in ſella inſideat. 2

Ἔπειτα καθίσαι ἡμέρας τέσσαρας.

Ea ſiquidem arte computrefactus puer egredi conſueuit. 3

Καὶ ἐξέρχεται ὁ ἀποσαπὶν παιδίον.

Quod ſi minùs tamen contingat, ſalem Ægyptium & ſylueſtrem recentem cucurbitam ſimul trita, cum mixto melle in cibum exhibeto. 4

Ἢν δὲ μὴ, λεβὸν ἅλας Αἰγυπτίους, καὶ κολοκυάντιον ἀγρίου χλωρὸν, μέλιτι μίξας καὶ τείψας, δοῦναι φαγεῖν.

Quo quidē aſſumpto, operæpretium videtur vt ſeſe in omnem partem mulier commoueat. 5

Καὶ ἐπὶν φάγῃ, κινείσθω τῇδε καὶ τῇδε.

EXPLICATIO.

INSCRIPTIO capitis huius ſatis apertè demonſtrat, ſiue ἀποπλῆξαι, aut ἄμβλωσιν, ſiue ἔμβρυεκτὸν aut ἀπόβωσιν, aut ſecus quis appeller, non tum demum abortionem contingere, quum ante tempus fœtum excludit mater. Ecquam alioqui rationem curandi hîc nunc ipſa deſideret & requirat? Adde quòd diſſentanea hæc Hippocratis oratio eſſet hypothetica; quódque fruſtra ab eo inſtituerentur aduerſus periculum ex abortione remedia, relicto, vt præſens fert hypotheſis, in vtero fœtu. Verumtamen euenit ſæpeuumero, vt fœtum mater corrumpat perdátque; uon excludat attamen fœtum, ſiue mortuus ipſe ſit, ſiue ſit adhuc in viois. Ideóque meritò ſert Hippocratea hypotheſis, & fœtum ſuum mulierem corrupiſſe, & (τὸ παιδίον μὴ ἐξιὸν) poellum io lucem uondum editum eſſe. Quod fieri quando nunquam conſueuit ſine ſummo parturientis diſcrimine, vt ei nunc ſuccurratur ex arte, conſilium Hippocratis eſt & quidem peruecceſſarium. ἔμβρυεκτὸν hinc eſſe igitur anu otabir lectot, hoc eſt abortionem; quoties abruptis vinculis à matre puellus diſiungitur, ſiue intus remoretur ipſe, ſiue quidem propulſetur foras. Huius verò abortionis quænam Medico elucere iodicia poſſuot? Quamuis lougè plures hoius ſint uotæ ab enumeratis, attamen duarum ſolummodo harum percenſione iure quidem voluit Hippocrates reliquas ſignificari & ſatis intelligi. Sic eſt enim modò hic idem loquutus, ὧν ἕκατι καὶ σήπεται, putredinem puelli oomioatim incuſans & hinc ex diſteotioue ventris tumorem. Sed eſt reliquas notas, vt modò dicebatur, complexus ſequenó hac oratione, ἃ δεῖ πάντα ἔμβρυον, de quibus dictum fuit antea ab eo ampliùs aliqoantò.

Περίσσα καὶ σήπεται, &c.] Infuſum nunc ex quibuſdam etiam aliis patat in eundem ſemper ſcopum, definita oempe horum cuiuſque menſura, quod per metranchytam in vterum intrudi iubet peuiriſſimè; priùs (πιέσας τρεῖς ποδῶν ὑψηλοτέρω) attamen reductis quaſi ad nates pedibus, quemadmodum ex anatome fert dictátque collocatio iſtarum partium ad aditus nimirum aut coniectionis potiùs facilitatem & promptitudinem. Non etenim hîc, ſicut Medicorum opinatur vulgus, vt facilius iſtud coutineat vterus quod infunditur; quinimo vt ditectè magis eodem, vt dictum eſt, & via faciliore iotromittatur qood eſt cooiectum, penitiúſque. Nam ſimulatque exceperit mulier qood intruditur, ei demittenda omnino erunt cruta. Quādoquidem hoc pacto os vteri ſtrictiſſimè cōcludatur etiámq; fructuoſiſſimè; atq; non quidem ſecus quàm ad arctiorem ſeminis complexum & conceptioois facilitatem maiorem, hoc idem alias imperabat nuper Hipp. Atque hoc modo, ſi placet, ἐχέτω κλιμὴν χρόνον ὅτι πλεῖστον, cruribus demiſſis extentiſque & pedibus ſimul etiam cooiunctis infuſum ipſa detineat quàm diutiſſimè fieri quidem poterit, in maiorem fructum & vberiorem.

Ἔπειτα *deinde*] Hoc eſt, quod vbi ſatis diu continuiſſe mulier videbitur, & quaſi ad eiectionem nimis vrgeri; (obtrudeuda enim ſunt interim quæ obſtent) κάθηται ἡμέρας τέσσαρας, iubeto vt diductis iam cruribus & apertis in tripode mulier ſigillatim inſideat per quatuor dies. Noo quidem vt tantiſper ipſa conetur ad excluſiouem: ſed vt in ſella quotidie obſeruer interea quonam temporis articulo id quod ſperat & expectat ſanguinis effluuium incœpret; ſimulatqoe nimirum nacta fuerit eiuſce opportunitatem. Si enim abortiendo totus fortaſſe ſanguis effluxerit puerperialis, vnáque & ichores, vt hac de cauſa maior poſthac voranda ſit inter pariundum moleſtia, propterea quòd ſic effecta ſunt omnia ſicca lib. οὕτω ἰσχναίνεται τὸ ὑμῆνιον; tum per hoc infuſum humidior feliciter redderut partus, ideóque ooo ita laborioſus apud Hippocratem eodem loco. Quòd ſi per vitium infirmitatem ue ſic quidem mulier in laſano queat ſedere, quid agas tunc, Hippocratem conſulito libro de ſuperfœtatione. Ediſces enim ex eo quomodo ſtatuere lectum oportebit & recta collocare, vt ſuopte poodere outúque puer peſſum delatus, hac atte expeditiùs poſſit egredi & prodire foras.

Τίσσεις

Τίλσεως δὲ] Definitum est autem ab Hippocrate spatium quatuor dierum, vt quod fuerat expertus fortasse quàm diuturnissimum exitus puelli intertuallum; nec desistendum prius ab incœpto putauit. Sic enim καὶ ἐξάγεται τὸ ἀπόπτωτον παιδίον perplacer interpretari. Quo quidem exacto si frustra mulier excludere idipsum tentarit, (id verò hæc consequentia verba sonant, ὡς ἢ μή) est in promptu ad id apud Hippocratem remedium. Hoc oamque ab ioternis foras propulsabit, quod præter naturam intus retinebatur; modò vt primùm mulier istud assumpserit, (αὐτίκα δὲ καὶ πίῃ) dimoueat sese quoquouersum. Atque præterquam quòd ex molta motione promptior expectatur actio efficaciórque eporri medicamenti, fieri hioc quoque potest, vt bellè & secundum naturam puer prodeat; accepto oimitum in caput momento ex isthac varia matris dimotione. Etenim quemadmodum oonnuoquam puelli caput ad maternæ morionis errorem in latera aut sursum voluitur: ita ipse proditurus duce natura ad motum matris in aduersam partem sæpe obuertitur. Hæc verò translata ab extremo ferè fioe libelli de puelli natura, deprompsimus ex Hippocratis doctrina. Vt ex iis iam innotescat vniuersis, quo modo quàque ratiooe mulieri nunc imperarit Hippocrates motionis varietatem in hypothesi. Quidquid enim facit, facit id semper consultò; nec quidquam in ipsius oratione omnino redundat. 4ph. 14. & 15 lib. 4.

SENTENTIA VIGESIMAPRIMA.

Ἐκβόλιον προσθετόν· Ἅλας Αἰγυπτίους, καὶ μύχοδα, καὶ ἀγρίαν κολοκύντην, καὶ μέλιτος ὅσον τεταρτημόριον ὀξυχλὺ ἡμίεφθον, λεβὼν ῥητίνης δραχμὴν μίαν, ἔμβαλε εἰς τὸ μέλι, καὶ τὴν κολοκύντην καὶ τὸ μύχοδα, συντρίψασα πάντα κεχωρὶς, καὶ ποιήσασα βαλανίους, προσθὲς τῷ μήτρῃ προσθίᾳ, ἕως ἂν δοκῇ καιρὸς εἶναι.

1 *Pessarium excutiens fœtum: Salem Ægyptium, & muscerdam, & syluestrem cucurbitam, affundendo quartam partem mellis semicocti, resinæ drachmam vnam* primùm *aspergo in ipsum mel, deinde cucurbitam & muscerdam, omnia (vti decet) simul trita & in balanos composita, vbi occasio feret, ad vterum apponito.*

Ἕτερον ἐκβόλιον, ὃ δὲ παιδίον βλαπτὸν ἡμόλυνον ἐκβαλεῖ· Ἐλξίνην ἐν οἴνῳ πεῖναι πόσιον.

2 *Hoc aliud medicamentum puerum eijcit attonitum ictúmve: Helxinen in vino tritam in potum exhibeto.*

Ἕτερον ποτὸν ἐκβολῆς, ὃ δὲ παιδίον ἐκβαλεῖ πελιδνόν· Τοῦ ἐκβόλου τὰς ῥίζας τείνας λεπτὰς, καὶ ὄνυξι τρισὶ δακτύλοισι, καὶ σμύρνης ὅσον κύαμον ἕνα, ἐν οἴνῳ γλυκεῖ πίπτοντα.

3 *Est hæc alia potio ad expellendum sugillatum puellum: radicum tenuiter tritarum verari nigri pugillum vnum & myrrham instar fabæ ex vino dulci præbe ad bibendum.*

Ἐκβόλιον· Κοριάνδρου σὺν τῇ ῥίζῃ, καὶ νήτωπον προσθυμιήσῃ, προσπατίτω.

4 *Ecbolium: Coriandrum vnà cum radice, & netopum postquam in vterum* mulier *indiderit, inambulet.*

Ἐγχυτὸν ἐμβρύου, ὣν ἀποθανὴν παιδίον ὥστε ἐκβαλεῖν· Κρόκον ῥίψας ὀπίσω χλιὸς ἔλαιον, καὶ διηθήσας ἔγχεε εἰς τὰς μήτρας, καὶ καταλιμπάνε ὡς πλεῖστον χρόνον.

5 Sequens *infusum eijcit immortuum fœtum: Contrito croco anseris adipem affunde, & percolata in vterum infundito, ibíque relinquito quàm diutissimè.*

Ἔμβρυον ἀκίνητον φθείρει καὶ ἐκβάλλει· Στυπτηρίης χαλκῆς δραχμὴν μίαν, σμύρνης ἴσον, ἑλλεβόρου μέλανος τεταρτημόριον, ῥίψας λεῖα ἐν οἴνῳ μέλανι, βαλανία ποιέων, καὶ προστιθέναι ἄγχι, ἄχρις ἂν κατὰ ὀλίγον ἀποπλυθῇ.

6 *Embryonem immotum corrumpit & eijcit* sequens medicamentum: *Aluminis sciβi drachmam vnam, myrrhæ tantundem, hellebori nigri obolos tres, in vino nigro* simul *trita tenuiter, in glãdulas componito & propiùs apponito, donec à* cotyledonibus *sensim dissoluatur.*

EXPLICATIO.

PERMANET adhuc Hippocratis oratio in medicatis potionibus enumerandis, quæ tempore & loco fœtum excutiant. Sed inter eas quædam pro suo more interponit prosthetа Hippocrates, quæ idem hoc quoque foris, hoc est ab anteriori parte, perficiant; ne sopita nimirum uteri vis iaceat, aut si quando fortè languescat in opere, ea quidem suscitari possit (vt nunc Hippocrates loquitur, ἵνας αὖ ἐκδῦναι καιρὸς ᾖ) tempestiuè. Quod io corpore namque cierut, citatum autem foras non pellitur; oppressioem inferre consueuit vtique. Ergo è potioorihus hæc esto prior, quæ ἐκβολὴν ἐσ οἶνον offert, ex vino parietariam, id est, eius, oi fallimur, succum. Siquidem (πείθας) vt conteratur, imperarit ipse. Tanta vis est oimirum huius inter ὑπνιεντα. Medici recentiores nouas simplicium potestates ex omni parte anquirunt. Atque siqois alius hac tempestate (ita rerum nooarum desiderio tenentur omnes) præsentem helxines vim in lucem produceret, admiratiooe dignus reputetur. Hic verò vetus & verax semper fuit interpres & imitabilis naturæ diuinus & sedulus obseruator Hippocrates. Potio autem posterior ἔκβολον capit, hoc est Galeno explicatore in suo lexico, verarrum oigrum. Ex qua quidem expositione Galeni pro ἔκτομον restituas. licet, ἔκβολον lib. 4. apud Dioscoridem cap. 146. Cum pugillo igitur hellehori nigri myrrha commiscebitur definita mensura, & simul vtrumque ex vino propinabitur dicta aliàs de causa.

Παιδίον ἐκβαλεῖν πειρῶν] Foras propellit puellum ex causa fortasse sugillatum, si eum sua radice coriandrum contriuerit priùs mulier, vt in sinum cum oeropo intromittat sibi penitissimè. Deiode quò ex motione hoc efficaciùs agat medicamentum; mulieri imperatur ab Hippocrate deambulatio. Sic enim vtroque pacto fatigatæ partes infernæ ad depellendum onus stimulabuotur.

Ἐχέτω ἐμέτου, ἢ ὑπὸ θαλάσσης πεμφθέν] lisce se expedit eodem modo Hippocrates, quæ sibi veniuot io mẽtem, fœtúmque (nedum secundas) foras educunt. Atqoe quod priori loco ponitur, id saoè facit per infusionem; quemadmodum alterum præstat quoq; idem per suppositionem. Illud aotem quia paulatim & mitiùs vtetum mouet, (καταλείπεται εἰς πλεῖστον χρόνον) relinqui in vtero, vt sic diutissimè contineretur, necessarium Hippocrates potaoit. Tanta verò tamque præsens est alterius, scilicet prosthesi, efficacia; vt (ἀκίνητον φθεῖραι καὶ ἐκβαλεῖν) si captato ex immobilitate indicio, tandem depellendum fœtum aut Medicus aut aliquis alius iudicauerit; vnumquemque nunc Hippocrates hortetur, vt cautè hìc & ptudenter se gerat in hoc indendo prostheto, quandoquidem oon solummodo puellum tum possit expellere, sed & oecare. Cæterùm, vt in vsum prædictum vsurpetur crocus, conten priùs eum oportere Hippocrates modò monebat: at ex eodem hoc ipso triro similiter, aquæ, vini & ignis ope si quid artificiosè priùs infusum diu, deinde (vt decet) extrahatur; minima hoc tum quidem copia assumptum omnino idem ipsum longè præsentiùs promptiúsque præstet, quàm præparatum arte Hippocratis in hypothesi. Extractum croci, hoc illi vulgò vocitant.

Ἀγχοῦ, quod *propiùs* vertimus, vterqoe prætermisit interpres. Sed valde ad agendum confert (vt qoisque nouit) medicamenti vicinia, etiamque contiguitas. Qua omoino ratione ooo ita pridem prosthetum esse ad os vteri vsque intromittendum Hippocrates ratus est.

Κατ' ὀλίγον ὑπομένῃ] Nos huius loci facilitatem mutuati sumus ex aphorismo 45. lib. 4. & perdocto ad eum commentario Galeni. Quanquam eo loco ὑπομένωσιν pro præsenti ὑπομένῃ verbo vsus sit Hippocrates. Verùm quisnam tam tardo animo est, qui vim euentus aut violentiam io aphorismo ooo animadnertat: hic verò eruditioois plenissimam breuitatem non admiretur Hippocratis? Si enim oon κατ' ὀλίγον sensim Medicus secernat, qood hæret tenaciter; euellendo potiùs vterum dilaceret, ac suapte insciria vlcus ita ipse creet, cóque pacto miserè parturientem mulierem in exitium præcipitet, vel minimùm sanè prosit.

SENTENTIA VIGESIMASECVNDA.

Lotiones quæ sequuntur, *vteros purgandi vi pollent, siue ex pariendi difficultate vlcus ipsi acceperint, siue ex inflammatione.*

1 Κλυσμοὶ καθαρτικοὶ μητρέων, ἢν ἐκ τόκου ἐλκωθῶσιν ἢ φλεγμασίης.

Aqua ergo *in qua decoxeris hybernas grossos percolata reponatur; oleum deinde affundes tepidum, & commiscebis.*

2 Ὀλιγόους χειμερινοὺς ὕδωρ διηχίας καὶ ζέσας, ἀφεῖναι καὶ καταχεῦαι· εἶτα ἔλαιον διηχίας χλιηρὸν, καὶ μίξαι.

Organo autem concludere duas eius *heminas ad summum* oportebit: *omniũ nempe quibus lotiones perficiuntur, mensura isthanc non excedat.*

3 Κλῆσαι δὲ δύο χοτύλησι ὃ πλῆσον· πλεῖστα δὲ τὰ κλύσματα μὴ πλέω τούτων κλύζῃ.

Καὶ ὀπίσω

Καὶ σίλφιον καὶ μάκερ, ἐὰν οἶνος αὐστηρὸς ἐφυδρώσῃ· εἶτα ἀποχέας τὸν οἶνον, ἑαυτῷ κλύζε.

Aliàs malicorium & mannam in vino decoque nigro austeróque: postea vino effundito, vt collutio ex eo fiat.

Ἄλλος κλυσμός· Τρύγα οἴνου κάουσας τῆξον, καὶ ἐν ὕδατι κλύσον.

Alia lotio: Vsta vini facem aqua liquefacito, vt inde quoque abluas.

Εἶτα σίλφιον, μύρτα, κόκκους δάφνης, 6
Φακοὺς ἑψήσας ἐν οἴνῳ, ἀποχέας τὸν οἶνον, κλύζε.

Deinde malicorium, bacculas myrti, odoratum iuncum, lentes in vino simul postquam vehementer decoxeris, vinúmque effuderis, inde quoque ablutio fiat.

Ἄλλος κλυσμός· Βούτυρον, λιβανωτὸν, ῥητίνην, μέλιτι τήξας ἐν τῷ αὐτῷ, οἴνου τε ἀποχέας, κλύζε χλιαρῷ.

Alia quoque lotio: Butyro, thure & resina liquefactis simul in melle, vinum affundito, & eo tepente abluito.

Ἢ ἀκτῆς καρπὸν ἑψήσας ἐν ὕδατι, ἀποχέας δ' ὕδωρ, τρίψας ἐν ᾧ αὐτῷ σίλφιον, σμύρναν, ἄνησον, λιβανωτὸν, ὀπὸν ἀποχέας τε καὶ οἶνον ὡς δυώδεστάτου κοτύλας δύο, διηθήσας, χλιαίνας, κλύσον αὐτῷ.

Aut vbi sambuci fructum coxeris in aqua, hâncque effuderis, simul autem Apium contriueris, myrrham, anisum, thus, etiámque vinum affuderis pari cum aqua mensura, & per linteum percolaris) ijs tepentibus abluito.

Ἄλλο· Κράμβην, καὶ λινόζωστιν, καὶ λίνου σπέρμα, καὶ χλιάνασα τὸ λίνον ἑψήσας, ἐν ὕδατι ἀποθήσας, κλύσον ᾧ ὕδατι.

Alia quoque lotio: Brassicam, mercurialem, lini semen, ipsúmque linum recens in aquâ decoquito, hâcque percolata proluito.

Μυρσίνης τὸ φύλλων ὀξύβαφον, σμύρνης, ἀνήσου, μέλι, ῥητίνην, μύρον Αἰγύπτιον, τρίψας πάντα καὶ ἑνώσας, ὀπτῆς τε καὶ οἴνου λευκοῦ ὡς εὐωδεστάτου κοτύλας δύο, διηθήσας, χλιαίνας, κλύσον αὐτῷ.

Acetabulum foliorum myrti, myrrhæ, anisi tantundem, additis melle, resina, vnguentóque Ægyptio, ijs omnibus tritis, vnitísque, postquam vini quoque albi quàm odoratissimi duas affuderis cotylas, necnon percolaris & tepefeceris, hoc ipso ablue.

Ἢ δάφνης καρπὸν καὶ γλήχωνα ἑψήσας ἐν ὕδατι, μύρον τε ῥόδινον ὀπτῆς, οὕτῳ κλύζε χλιαίνας.

Aut baccis lauri & pulegio in aqua decoctis & ijs affuso vnguento rosaceo, hoc si tepefeceris, eluito.

Ἢ χοιρείαν τῇ ῥητίνῃ μίξας, ὀπτῆς τε αὐτὸ τοῦτο οἴνου, κλύσον χλιαίνας.

Aut anserino adipe mixto cum resina affusóque vino, tepentibus ijs abluito.

Ἄλλο· Βούτυρον καὶ κέδριον ἔλαιον, ἐν μέλιτι ὀλίγῳ χλιαίνας, κλῦσον αὐτῷ.

Aliud: Butyro oleóque cedrino cum panco melle tepefactis elue.

Ἢ δάφνης καρπὸν, ἢ βδέλλῃ μέλι, βούτυρον, κόκκον, κάλαμον εὐώδη, μύρον θαλάσσιον, καὶ ἑψήσας ἐν οἴνῳ· εἶτα ἀποθήσας, καὶ οὕτω κλύσον.

Aut lauri baccas, aut mel cum butyro, iunco, & calamo odoro, muscóque marino simul in vino coctis, deinde percolatis, sic quoque vterum perfundito.

Ἢ σελίνου καρπὸν, σταφίλινος, σμύρναν, ἄνησον, μελάνθιον, ἐν οἴνῳ ἀποθήσας, τὸν οἶνον κλύσον.

Aut semen apij, itémq; seselios, myrrhã, anisum, melãthium in vino postquã coxeris, percolatum vinũ infunde in vterum.

Ἢ κέδρον ἑψήσας ἐν οἴνῳ, κλῦσον τῷ οἴνῳ.

Aut vbi vino cedrum incoxeris, vterum vino perfunde.

Aut quidem decocto hederæ, vbi priùs eam in aqua decoxeris. 17

Ἢ κισσὸν ἑψήσας ἐν ὕδατι, χλύσαι τῷ ὕδατι.

Aut elaterium, aut betonicam quantum duabus potionibus offeras, in aqua coquito; deinde duas decocti tepentis heminas infunde. 18

Ἢ ἐλατήριον, ἢ κέγχρου δύο πόσιας, ἑψήσει ὕδατι, καὶ ὅσον δύο κοτυλῶν χλύσαι χλιερῶς.

Aut cucumeris syluestris ad magnitudinem digiti, in heminis duabus aquæ cocta interiori parte, ad aquam melle & oleo additis, isthoc oportebit vterum perfundere. 19

Ἢ σικύης ἐντερώσης ὅσον δάκτυλον ἑψήσας, ἐν κοτύλῃσι δύο ὕδατος, ὅτι ὃ ὕδωρ ὑπιχέας μέλι καὶ ἔλαιον, οὕτω χλύσαι. 10

Aut ad radicem thapsiæ leuiter tritam quantum duplici offerres potione, affuso melle & oleo; omnibus ijs in aqua tepida dissolutis ad duarum heminarum mensuram infunde. 20

Ἢ θαψίης ῥίζης ὅσον δύο πόσιας τείψας λεῖον, ὑπιχέας τε μέλι καὶ ἔλαιον διείς ὕδατι χλιερῷ ὅσον δυοῖ κοτύλῃσι χλύσαι. 20

Aut helleboro nigro quãtum capiunt vulgò *duæ potiones, vino dulci & aqua dissoluto* vterum similiter *perfunde.* 21

Ἢ ἐλλεβόρου μέλανος ὅσον δύο πόσιας διεὶς οἴνῳ γλυκεῖ καὶ ὕδατι, χλύζειν.

Aut grana Gnidia circiter sexaginta, ad leuorem trita, affuso melle oleóque & aqua, infundito. 22

Ἢ κόκκους Κνιδίους ὅσον ἑξήκοντα τείψας λείους, ὑπιχέας τε μέλι, καὶ ἔλαιον, καὶ ὕδωρ χλύσαι. 30

EXPLICATIO.

De potionum generibus quę fœtum aut potiùs secundas excutiant, dictum hactenus est ab Hippocrate. Quarum auxilio si quem fructum Medicus consequatur, votóque potitus ex vtero fœtum eduxerit itémque secundas; quid modò consequens & consentaneum magis videatur, quàm huic exoneratæ parti bene cõsulendo, omnibus modis ipsum scilicet vterum detergere & confirmare vicissimò Hoc verò sequentes κλυσμοὶ, hoc est quæ infunduntur in vterum per metranchytam, efficiunt. Nos 40
imitati Plinium lotiones vertimus. Enimuero quum de vteri vlceribus antea ageretur, inter eorum causas abortio primas tenebat, eámque primo loco Hippocrates iure tum receosuit. Cuius erant verba, ὅσα δὲ ἰκαίματα γίνεται ἐν τῇσι ὑστέρῃσι κατὰ τρωσμοὺς, etiámque aliàs, ὡς γαμὰ ἐκ φλεγμονῆς φαῦλα καμεῖται; vt & nonnunquam ἐκ διαφθορῆς ἰκαιοῦσθαι. Qui nos monuerunt quique loci, vt nunc per κλυσμοὺς saltem intelligẽdum opinemur laboris solitò plenioremm partum. Nisi tum quidem contigerit etiam abortio, vt nunc est in Hippocratis hypothesi. Disquirere verò nunc an ἐκ πόνου, hoc est vt modò interpretabamur, ratione abortionis, ἢ φλεγμασίης, aut ioflammationis quidem, quæ est sæpenumero ad abortionem consectaria; vterus tantummodo vlceretur; loci non potest esse huius. Scitum est istud tamen, quòd siue hoc, siue illo modo vlcus vterum occupauerit, (καθαρσιοὶ) iri purgatum (κλυσμοὶ) sequentibus infusis per metranchytam vtiliter. In quorum censu si qui primum locum habet, enm demeretur propter grossorum vires atque præstantiam; cur eas se vtero primos conciliasse comminiscantur homines noui & se falsò iouenisse opinentur Paracelsitæ? O furtum non insolens, sed insolentem delirantium impudentiam? Ergo ad ficus immaturas Hippocrates aquam affundit quæ tandem feruescat & ebulliat. Curat deinde (κρῦσαι) vt ipsa transcoletur. Sed quid καθιστῶσι signat? Hoc enim vterque prætermisit interpres, eõq; nos hic magis diutiúsq; locus exercuit. Apud oostros quippe videbamus fastigiatos tumores & ἀσμοὺς καθισταμένους, suo nimirum exacto statu & vigore, subsidere quidem: Nec non aliàs τῷ ζεούσῃ verbo illud opponi, vt quom feruore decoctum antea cooturbaretur, ounc quoque possit καθιστῶσι dici; quum eius scilicet crassamentum iam subsidet pelúmve ibit. Quæ sanè visa fuissent nobis probabiliora postrema hæc verbi notatio, nisi pertraxissent aliò oos quæ in Hippocr. oratione proximè subnectuntur. Verba sunt eius, ὕπα ἔλαιον ὑπιχέαι χλιερὸν καὶ μέλι. Ex iis enim agendorum ordinem quendam ani- 60
maduertimus, vt ad id velit primum attendi Hippocrates, quãdo plura geri & perfici debent ex officio pharmacopolæ. Percolarum decoctum nempe inprimis καθιστῶσι collocari constituique suo loco, hoc est ad tempus breue missum fieri. Siquidem in vterum breui admodum postea debet infundi. Ergo sic percolato decocto, ὕπα ἔλαιον ὑπιχέαι, adhuc tepenti oleum affundetur quoque tepidum. Tepescens etenim adhuc decoctum esse ponimus, quandoquidem paratum iam sit oportet ad infusionem. Res hæc autem

autem parui ſit quidem momenti, volumus: ſed quæ iuſtè lectorem tamen tardet, quoties Hippocratem diuinum, vti meretur ipſe & tanti nominis virum decet, non obiter legat.

Κλύσμα δὲ δύο] Antequam autem heminas duas eſſe eorum meoſuram quę in vterum intrudi debent, ſtatuamus (τὸ κλυσῖον) quàm maximam; κλύσματα μὲν κλυσῶν δύο τῶν κλύζει, atque vltra hæc quidem io vterum quicquam iofuodere integrum cuiquam noo eſſe; expendendum putamus, An κλυσῶν legi oporteat, an vetò κλύσμα cum Cornatio perdocto ioterprete. Si enim apocleiſmate organo (quod metranchytam Græci, ooſtri ſyringam dicuot) coocludi voluit Hippocrates omne decoctum ad infuſionem, repoſitum iam ex hypotheſi; κλυσῶν legendum quidem tunc erit, etiámque δύο κοτύλας: κλύσμα cootrà, ſi hoc ipſum idem ſimpliciter infundi oportere quidem intellexerit, atque tum legere oportebit δυοῖ κοτύλοιν.

Καὶ σιδίοιοι καὶ μάλτῃ] Eſt hoc infuſum ordine ſecuodum, quod nempe prætet malicorium excipit mannam, quam λιβανῶτον thuris ſuiſſe Cornarius ſua declarauit explicatione. Sed ſortè quia quum ſit ſioe vlla additiooe loquutus Hippocrates, imitatus Galenum ipſe fuit, cuius de manna ſententiam videas lib. 3. de fac. aliment. & 4. καθ' ὑπομν.

Τότε κλύζει] Ergo duorum decocto vterum perfundi oportere intellexit Hippocrates. Duo autem iſta in vioo ex Hippocratis conſuetudine decoqounrur. Tertio loco, lotiooe duplici vterus eluitur.

Τρίτα] Prior fæcem aduſtam vini excipit, quam diſſoluit aqua Hipp. ad perfundendum. Verendum eſſet alioqui, oe ſi ex vino iniüceretur, paulò actiùs etoderet vteri cauum. Quæ coofirmando autem poſtea vterum (ὥσπερ εἰδὼς) detergeot, gtati ſunt odoris, & vioo eorum decocto vterus etiam ipſe perfunditur, quemadmodum proximè antea in ipſum euodem ſcopum. In eundem quoque ſcopum dicimus, infinita propemodum ſequuntur genera infuſorum deſcripta ab hoc eodem authore. Quæ quia nihil continent difficultatis, eorum ſenſus ſaris patebit ſola perlectione.

SENTENTIA VIGESIMATERTIA.

Κλυσμὸς κραταιώτατος, ᾧ ἕλκεα ᾖ καθαρά· ὀλυρῆσι χλιεροῖσι πρῶτον βάπτειν καὶ ἐπιχεῖν ὕδωρ, βρέχειν δὲ ὅλην ἡμέρην, καὶ ἔλαιον ἐπιχεῖν, καὶ κλύσαι. 1

Lotio corroborans, ſi vlcera pura euaſerint: Hybernis groſsis primùm *tritis aquam affundito, (madeſcant autem totum diem) deinde addito oleo oportebit vterum perfundere.*

Ἢ σιδίοισι καὶ λωτῷ παρίσασιν ἐν οἴνῳ μέλανι ἑψῆν. 2

Aliàs verò id fiet malicorio ac limata loti ſcobe in vino nigro decoctis.

Ὅταν δὲ ἀκάθαρτα ᾖ, καὶ φέρηται, βύβλα καίειν οἴνῳ, καὶ ὕδατι κλύζειν. 3

Sin autem vlcera impura fuerint, fluántque; aduſtam vini *fæcem ex vini & aquæ menſura pari oportebit infundere.*

Ἢ σιδίῳ, ῥοῇ βυρσοδεψικῇ, μυρσίνης φύλλοισι καὶ βάτου, ἐν οἴνῳ μέλανι ἑψῆν καὶ κλύζειν. 4

Aut malicorio, coriaria rhoë, & foliis myrti & rubi, in vino nigro decoctis colluere.

Κλύσματα πρὸς τὰ παλαιὰ ἕλκεα· Χυλῷ κραμβίνης ἑψηθείσης κλύζειν, καὶ λυοζωστιν ὁμοίως. 5

Hæc infunduntur aduerſus antiqua vlcera: Decocto braſsicæ primùm *abluito, itémque mercurialis decocto ſimiliter.*

Καὶ νίτρου πυξάμισα ἐρυθρὸν ὀλίγον, σμύρνης ὀξύβαφον, λιβανωτὸν, σίσελι, αἴτησον, σελίνου σπέρμα, νέτωπον, ῥητίνην, μέλι, χλιφοντίαρ, ὄξος ὃ λευκὸν, μύρτου ὃ λευκὸν Αἰγύπτιον· ταῦτα πάντα ὁμοῦ πρῶτον λεῖα, εἶτα οἴνῳ δυσὶ λευκῷ, κοτύλῃσι δυσὶ χλιηρῶς κλύζειν. 6

Atque ijs paucum nitrum rubrum admiſceto, myrrhæ acetabulum, thus; ſemina ſeſelios, aniſi, apij; netopum, reſinam, mel, adipem anſerinum, acetum album, & vnguentum Ægyptium quod eſt album: hæc ſimul omnia ad læuorem terere oportebit: *ijs deinde dilutis vino albo & tepentibus ad duas heminas vterum* oportebit *abluere.*

Ἢ λυοζωστιν ἑψῆν ἐν ὕδατι καὶ ἀπηθῆν, ἢ σμύρνης ὀξύβαφον, λιβανωτὸν, σίσελι, νέ- 7

Aut mercurialem gratiâ eiuſdem oportet *in aqua decoquere & percolare: aut myrrhæ acetabulum, thus, ſeſeli, ne-*

topum, cuiuſque nimirum portione pari tepidè oportet infundere.

Aut ſaluiæ quidem abluere decocto & hyperici, poſtquam in aqua incoxeris.

Aut fructus ſambuci & baccarum lauri partes æquas in vino decoque ad abluendum quidem ex vino.

Aut aqua pulegij abluito, aut liquefacito anſerinum adipem in reſina, ſimilitérque & olei cedrini affundēdo parum, melléque diluto tepidè perfundito.

Aut argenti florem in vino, melle, & cera diſſoluito, deinde cyperum & iuncū, etiámque calamum (quæ ſanè etiam commiſceri ſolent in vnguentum) & iridem & muſcum in vino incoquens, poſtea abluito.

Aliàs ſemen apij, aniſum, ſeſeli, myrrham, melanthium in vino coques eiuſdem gratia.

Aut Creticam cedrum in vino oportet coquere, & huius decocto vterum abluere: aut hederā Creticam in aqua quidem gratia eiuſdem.

Hæc verò perficienda erunt, ſi vterus vulnus habebit; etiámque aqua myrrham diſſoluendo perfundere vterum oportebit.

Aut elaterij duas potiones ex aqua infundere.

Aut ſylueſtres cucumeres duos in vino aut lacte cocto macerabis, ad quatuor heminas percolatum decoctum oportebit infundere.

Aut cucumeris parte interiori quantum manus cava capit, decocta in quatuor heminis aquæ, deinde verò melle affuſo oleóque, opus tuum facito.

Aut thapſiæ radicem quantum duabus potionibus ſolet offerri, dulci dilutam vino cum aquæ duabus heminis tepidè infundito.

Aut hellebori duas potiones ex vino dulci dilue ad heminas ferè duas.

Aut thlaſpios acetabulum vnà cum

τωπον, ἴσον ἑκάτου, χλιαρῶς χλύζειν.

8 Ἡ ἐλελίσφακον, καὶ ὑσσωπικὸν, ἐν ὕδατι ἑψήσας, χλύζειν τῷ ὕδατι.

9 Ἡ ἀκτῆς καρπὸν καὶ δαφνίδας ἑκατέρων ἐξ ἴσου ἕψειν ἐν οἴνῳ, εἶτα τῷ οἴνῳ χλύζειν.

10 Ἡ γληχῶνος ἐν ὕδατι χλύσον, ἢ χλιὸς ἔλαιον ἐν ῥητίνῃ τήξας, ὁμοίως κέδριον ἔλαιον τῷ δαφνέας ὀλίγον, καὶ μέλιτι ἀφαιτήξας, χλύζειν χλιαρῶς.

11 Ἡ ἀργύρου ἄνθος ἐν οἴνῳ καὶ μέλιτι καὶ κηρῷ τηκτὸν, καὶ κύπειρον, καὶ σχοῖνον, καὶ κάλαμον, ἄττινα δὴ καὶ ἐς μύρων μίστεται, καὶ ἶριν, βρύον, ἐν οἴνῳ ἑψῶν, χλύζειν.

12 Ἡ σελίνου καρπὸν, ἄνησον, σέσελι, σμύρναν, μελάνθιον ἐν οἴνῳ ἑψῆσαι.

13 Ἡ κέδρον Κρητικὴν ἐν οἴνῳ ἑψεῖν, καὶ χλύζειν ἐν ὕδατι· καὶ κισσὸν Κρητικὴν ἐν ὕδατι.

14 Ταῦτα δρᾶν, εἰ ἕλκος ἕξει, καὶ σμύρναν διεὶς ἐν ὕδατι χλύσαι.

15 Ἡ ἐλατηρίου ὅσον δύο πόσιας ἐν ὕδατι χλύσαι.

16 Ἡ κολοκυνθίδας ἀγρίας δύο ἐν οἴνῳ ἢ ἐν γάλακτι ἐφθῷ ἀποτρέξας ὅσον τέσσαρας κοτύλας, καὶ ἀπιθέναι, καὶ χλύζειν.

17 Ἡ σικύης ἐντερωτέρω ὅσον παλαιστὴν ἑψήσας ἐν ὕδατι κοτύλῃσι τέσσαρσι, μέλι τε καὶ ἔλαιον ἐπιχέαντα, ἐκφέρειν.

18 Ἡ τῆς θαψίης ῥίζης ὅσον δύο πόσιας ἐν οἴνῳ γλυκεῖ διεὶς σὺν ὕδατος κοτύλῃσι δύο, χλύσαι χλιαρῶς.

19 Ἡ ἐλλεβόρου ὅσον δύο πόσιας ἐν οἴνῳ γλυκεῖ διεὶς ὡσεὶ δύο κοτύλησιν.

20 Ἡ θλάσπιος ὅσον ὀξύβαφον μέλι-

πεφυ-

ει καὶ μέλιτος, ὕδατι διεὶς, ὅσον δύο κοτύλησι, χρὴ χλιηρῷ.

melle mixtum, duabus aquæ heminis dilutum, in vſum tepidè infundito.

Ἢ σικύης ὅσον παλαιστιαῖον, καὶ κεκόκκου ὅσον μίαν πόσιν ἑψήσας ὕδατος κοτύλησι πέντε, μέλι καὶ ἔλαιον, χλύσας. 21

Aut cucumeræ ſylueſtris manu ferè plena, aut cneorum quantum offeras vna potione, coquens in aquæ heminis quinque, melle, oleóque affuſis, infundito.

Ἢ κόκκους Κνιδίους ὅσον ἑξήκοντα εἰς μέλι, ἢ εἰς ἔλαιον σὺν ὕδατι διεὶς, χλύσας. 22

Aliàs grana Cnidia circiter ſexaginta diluta melle aut oleo cum aqua intrudito per metranchytam.

EXPLICATIO.

SVNT capite ſuperiore deſcriptæ lotiones, quæ enatum in vtero vlcus expurgent. Quod ſi ſatis conſequutus eſſe Medicus forte videbitur, quid conſentaneum nunc & huic conſequens eſt magis, quàm medicamentorum commemoratio quæ expurgatum vteri vlcus ad cicatricem perductum obfirment? Meritò hîc igitur (διὰ ἕλκεα ἢ κακόηθεα, πλυνικὰς κρατιστέους) ab authore præſcribitur infuſum hoc loco vterum corroborans, quando ſuperiorum vſu lotionum pura priùs (inquam) mundáque eius euaſerint vlcera, vt dictum eſt.

Συκώσεις χλιαινούσας] Vt ficus hyſtericas vteróque dicatas eſſe nouerat Hippocrates, ſic ad omnes eius affectiones, illas ferè ſemper vſurpat, ſicuti nunc; ſiue vterum vlcus erodat, ſiue ab eius motu ſit ipſe liber & perſanatus. Hanc verò lectionem quum retinuerit interpres vterque & quidem veriſimiliter, à ſententia quam ex verborum authoris ſuperiorum eum conſequentibus connexione hauſeramus, deceſſimus non repugnantes. Cæterùm ἰσχάδας ſine addito, ſylueſtres fuiſſe ficus veteribus quidem notauimus: ſed ἀγριοσυκαμίνους eſſe ſcriptum comperimus in Hippocratis oratione. Secus autem ſi quis eſſe legendum cenſuerit; aut ἰσχάδας quidem, aut potiùs retinebit ἰσχάδας. Viderit lector, ſi moleſtum ei non erit, Athenæum lib. 3. & Theophraſtum lib. 4. cap. 16. Etiámque ἰσχὰς σῦκα ipſe comperiet, lib. 9. de hiſt. animalium apud Ariſtotelem. Quæ ſanè ſic Græcis dicta agreſtis ficus, ad omnia longè valentior eſt quàm ſatiua, 8. de ſimpl. facult. apud Galenum. Cur autem groſſos diem totum voluit macerari Hippocrates; priuſquam cum eatum decocto oleum commiſceatur? An quia ſic maior vis earum in aquam tranſit; & cum ea facilùs longè quàm addito antè oleo perfunditur? Hoc ſcilicet illi intelligunt pharmacopolæ aut veriùs quidem ſeplaſiatæ, qui quæſtum affectant, non induſtriam, & ægrotantium leuamen parui faciunt. Vteto quoque robur maius addet infuſum ſequens. Πείσιμα enim loti arboris Hippocrates intellexit ex Dioſcoridis etiámque Galeni explicatione. Cui tribuit vterque vires aduerſus muliebre prǫfluuium. Hic ſimpl. 7. alter lib. 1. Atque reuera ſi cum malicorio tamenta loti in vino auſtero incoquentur, excellet decoctum tunc adſtringendi dote, & non exiguum robur vteto conciliabit. cap. 134.

Οσαι δὲ ἀκάθαρτοι, quum autem impuræ fuerint] Eſt hoc membrum alterũ ſupernæ partitionis. Namq; ſi ne per prædicta quæque infuſa, deterſa ſatis erunt vteri vlcuſcula (innoteſcet id autem veriſſimè, ſi ea ſordeſcent adhuc, aut quidpiam ſtillabit ex illis) duplicis generis aliæ lotiones deſcribuntur, quæ id prǫptiùs & efficaciùs quàm ſuperiores præſtent. Quæ eſt poſita priori loco, pares vini & aquæ admittit portiones. In altera quæ adſtringant, ἐν οἴνῳ μέλανι, in vino tantùm cóq; nigro auſteróque ad maius robur incoquuntur. Quæ ſi ne his etiam remediis perfectam curationem recipiant; eſt magnopere verẽdum, ne tandem vetuſtas vlcus occupet. Atque hoc quoties euenerit, magno artificio antedictis ſubnectit Hipp. noua remedia, quæ iſt hanc vetuſtatem abſtergendo deleant. Ergo (καὶ ἄρτια ἐπὶ τοῖς παλαιοῖς ἕλκεσι) has lotiones præſcripſit ille ad vlcerũ curationem vetetum. In quibus præter nudam ſimplicium enarrationem nihil reperias, niſi quòd conteri ea oportere inher ad ſquorem, & intromitti tepida pro more ſuo & à ſe definita menſura. Ferè enim perpetuò eſt horum cuiuſque memoc contra multorum ſententiam, atque illorum præſertim, qui ne à limine quidem Hippocratis ſcriptum ſalutarunt, nedum euoluerunt, vti antè decebat, ſedulò. Monet præterea (ἅπτεται δὲ ἐς μύρτα μίσγοντες) quædam ſimplicia gratia huius etiam eiuſdem in formam vnguenti pro infuſo poſſe concinnari. Quódque eſt condignum notatu, pro vlcere πρόσθεν vſurpauit Hippocrates de vtero ita loquutus in hypotheſi, (ὧν ἕνεκα ἐν ἔχει πρόσθεν) niſi vulneris memor, quod vi abortionis illatum antea ponebatur, in vlcus reſponderis id tandem (vt ferè fic) per vetuſtatem degenerasſe.

SENTENTIA VIGESIMAQVARTA.

Ἢν ἐκ τόκου ἀλφοῖον λαφθῇ, Quoties puerpera ex partu diarrhœa

corripietur, vuas passas nigras ebibat, etiámque mala Punica dulcia, hoc est *id quod intus est, & coagulum hœdi.*

πινέτω ἀσταφίδα μέλαιναν, καὶ σίδης γλυκείης ῥοῆς ὅ τι ἐνδοθεν, καὶ πτύλου ἐρίφου.

Hæc vbi vino nigro diluta fuerint, & caseo caprino & triticea farina insperſis; ad bibendum omnia *præbeto, modò priùs triticum leuiter torrefeceris.* 2

Ταῦτα δὲ εἰς οἶνον μέλαν, καὶ τυρὸν αἰγεῖον καὶ ἄλφιτα πύρινα ὑπεπάσσω, καὶ διδόναι πίνειν· τοὺς πυροὺς δὲ ἐπ' ὀλίγον φρύξαι.

EXPLICATIO.

Æqvè manifestum odn est, quomodo ex partu diarrhœa corripiatur mulier puerpera; atque vndenam ei symptomata queant subotiri, de quibus actum hactenus est ab authore. Quia cautum tamen Medicum decet prouidentia valere ac instructum esse etiam aduersus quasque puerperarum calamitates; quodnam, si mulier fortè puerpera in diarrhœam incurrerit, est in manu remedium, quo ipse opituletur? Est id ipsum in promptu apud Hippocratem. Cuius si spectentur vires, suspicio est ab immoderata potioue diarrhœam veniſſe, quæ est in hypothesi. Quispiam nimirum cogitet tantopere mulierem parturiendo excruciatam esse, vt inde conquisita sitis non nisi multa potione possit extingui. Quanquam vinculis fœtu soluto, ad prolapsum pituitæ in stomachum, qua cerebrum priùs onerabatur, diarrhœa consequi posset. Annon enim cum capite & stomacho magna intercedit vtero societas & communicatio? Ne verò nimis profluuio hinc enato vires opprimantur; aut veriùs vt non per diarrhœam lochia supprimantur; hac arte occurrendum nunc erit præscripta ab Hippocrate. Tria primùm in eo quæ adstringant omnia Hippocrates diluit vino nigro. Deinde inspergit casei caprini & farinæ triticeæ aliquid. Quemadmodum autem fariuam, quò vis adstringendi eius esset valentior, (ἐν ὀλίγον φρύξαι) hic paulùm torrefieri iussit: ita quoque caseum (ὀπτήσας) voluit deradi in eundem fioem libro de natura muliebri, quod nunc prætermiserat Hippocrates. Hanc eodem ipso loco eandem legimus hypothesin. Haud siquidem à sese discrepant quæ nunc ἀμφίσβητα, & qui illic ἀνὴρ dictus Hippocrati fuit. Cui etiam quod sequitur connectens, diarrhœam ibi definiebat, καὶ τὰ σιτία ἐν τῇ γαστρὶ μὴ ἰσχνὰ, vt quæ nimirum assumpserit mulier in cibum, in ventre non remaneant, sed effluant quasi inculta. Eodémque modo & remedij huius formula aliquantò apertior euasit. Non enim eorum decoctum quæ vtrobique recensuit, propinat Hippocrates, vt quis opinari possit: sed (ὃ οἶνον πέψασα) & quæ in vuis passis & malis Punicis insunt interiora: nou, vt Cornarius malicorium, conterenda esse intellexit & desiderauit. (κεχύσθω σύμφυτον δὲς πιεῖν) commoderatiooem eorum omnium commendans his verbis, libro de natura muliebri.

SENTENTIA VIGESIMAQVINTA.

At si sanguinem vomitione puerpera fortasse reddat ex partu, illi esse hepatis fistulam sauciatam audacter pronuntia. 1

Ην δὲ ἐκ τοκου ὃ αἷμα ἐμέῃ, τούτῃ ἡ σύριγξ τοῦ ἥπατος τέτρωται.

Huic quidem *asinæ lac in potum cõsulimus; deinde verò bubulum vt quid facile per quadraginta dies; etiámque sesamum tritum, donec conualescat.* 2

Αὐτὴν μὲν γάλα ὄνου, ἔπειτα βοὸς, ἐπὶ μῆνας τεσσεράκοντα ἡμέρης· καὶ σήσαμον τετριμμένον, ἄχρις οὗ ὑγιὴς γένηται.

Lac autem *sumat stomacho ieiuno.* 3

Πινέτω δὲ γάλα νήστις

EXPLICATIO.

Καθῆραι αὐτὴν] Hic verò de corporis purgatione præcepta prætermisit, quando ea de re sæpius antea suam sententiam explicuerit & multis in morbis communiter. Attentus igitur nunc est (καὶ τὴν μήτραν) ad rem veteri omnino, vt statim consequitur. Nam (semel quod dictum sit, quia longè pluribus antea) nunc (δίδου ἔμπαν ὑδρῳ) offerendam farinam esse censuit tantùm, vt tenuem viuendi rationem seruaret mulier; quum sic & auidiùs introrsum semen vterus comprehendat, & solitus tunc etiam sit arctiùs continere. οἶνον tamen ἄκρατον, vinum meracum propinat, tum ad robur tutius, tum verò ob eam quam habet vinum sympathiam cum parte hic onere pressa ex hypothesi. Ergo dum bene vtero consultum cupit, censet Hippocrates melle tria excipi oportere, vt pessus fiat, & admoueatur is ex linteolo. Cuius efficacia si ex vtero (ὕδωρ ἐπιῤῥῇ) educuntur aquosa, vt sunt hæc semper ad exitum paratiora quàm crassa: (ὡς μάλιστα πάντες προσκλίνουσι μαλθακίσεων) consistendum tunc erit in vsu pessariorum nigrorum, vtpote quum vis emolliendi abunde tum sufficiat, quæ in eis inest. Cuiusmodi autem hæc fuerint & quibus constent, nondum nobis compertum satis fuit. Est idem attamen omnibus locus, eadem quoque verba apud Hippocratem, vbi quomodo nasturtium lac purgat, literis mandatum reliquit libro de muliebri natura.

Καὶ τὸ αὖθις] Aqua verò vbi profluxerit, idoneum tempus videtur, & offerri tum se locus dici possit opportunè ad cungrediendum, gratiâ nimirum conceptionis.

Ην δὲ τὸ σῶμα μιμώσκῃ] Contrà autem, si ne prosthetou appositu quicquam educatur, sed vteri os euanueat, quid opus facto? Tantisper iniiciendus erit in vterum lacteus qui è vulnerata ficu stillat humor, μήχρις ἂν ἀνακαινωθῇ, dum dehiscat & os aperiatur vteri. Ne tamen quiddam eius quod vlcus ibi erudendo faciat, relinquatur; pro suo more Hippocrates (ὕδατι αὐτὴν κλυζέσθω) aqua id omne detergendum voluit, credimus, odorata. Adde quòd valde decens est, vt ea pars excrementis vacet, præsertim verò quum erit cungrediendum. Nec id quidem satis. Sed quod eam partem irritet & commoueat ad munus suum, hoc quoque loco ponitur. Ἰρινὸς δὲ, scilicet stercus accipitris offert ex vino dulci, & vacuo quidem stomacho; quò auidiùs semen vterus nimirum excipiat, & exceptum circumplectatur. Ita tum accommodatè gaudeat mulier viri consuetudine.

Ἢ ὁκόταν ξηρανθῇσιν] Aut si Medicus malit, & hoc quoque opportunum tempus erit ad conceptionem, quum menses ferri desinent, suo scilicet cursu definito. Cursum verò dicimus, quem remedia superiùs descripta concitarint. Ea conditione attamen, vt (τὸ αἰδοῖον χρίσθαι) pudenda inungantur ante congressum, stercore anseris aut vulpis, apparato quo modo præscriptum nunc est ab Hippocrate. Empeiriam hîc videatur quibusdam Hippocrates profiteri in stercoris vsu. Quidni? Sed ne excrementa quidem etiam his viliora, comperient fuisse inutilia veteribus, qui eorum monumenta euoluent. In agris depascentes aliquando anseres, otiosi nos quidem inspeximus. Sed tum nos etiam vidisse fumus ipsi memores lituta in quibus luxuriare antea & abundare prata solebant, herbarum multitudine florúmque varietate, adeò arida euasisse steriliáque; vt nihil suprà dici possit. Accidisse id verò respondebant omnes non tam quòd ibi pascerentur anseres (inerant autem tunc frequentissimi) quàm quòd ibi residerent sæpe quieti & ventrem ùs in locis laxarent omni tempore, vt libido veniebat alui exonerandæ. Vulgò enim sunt ibi aluo profusiore. A pastu verò se eò recipiebant, vbi aut se quieti dabant, vt possent emundare interim sese aut pennas exercere. Adurit (credite) stercus anserinum & mordet eas partes, roditque appositum muliebri pudendo; quanquam nondum eius periculum fecerimus. De vulpino idem persuasum nobis est, quando id quoque est Hippocrateum. Quidni enim credamus hac in re Hippocrati diuino, quemadmodum vulgus Medicorum Diuscoridi vulpis præscribenti pulmones aduersus suspirioſus? Appositum hoc vtrumque igitur tudendo vehementiùs potest exulcerare. Quæ ratio prudentem hunc authorem comiecit in hypothesin sequentem: (ὡσ ἴλιγξ ἢ ῥιγμὸς, καὶ ὡσ φλεγμαίνῃ) vt si stercoris alterutrius appositu morsus fiat, quem leue aliquod vlcus consequatur aut inflammatio; sit

cap. 37. lib 2.

matio; sit quoque in promptu remedium hîc nunc apud eundem collutio triplex, quæ nihil factu difficile vlla continet aut intellectu. Illis verò sic enatis vlceribus ita sit medicatum. Quid autem si qui ὑπὸ καθάρσιος manat ex vtero sanguis, est cum calore tanto coniunctus & acrimonia, (quum siquidem ita euenire possit) vt vlcuscula aut pustulas ipse concilier in pudendorum extremis? Et ils hîc quoque cautum fuit arte Hippocratea. Bubulam carnem ob id contormat in pessum, deinde anisum, granum Gnidium & spodium Cyprium simul trita excipit butyro aut anserino adipe satis copioso, vt oblinantur mixta prædicto pesso ad intromittendum.

SENTENTIA TRIGESIMAOCTAVA.

Ἢν ἕλκεα ᾖσιν καὶ ὀδάξωσι· βοὸς σάρκα, σίαρ ἐπαλείφειν, καὶ τὴν σάρκα τοιοῦτον ἐπιθεῖναι, καὶ ἐπιλύζειν, ἕως ἂν ῥυπτόμενα ᾖ, καὶ πυέλῳ συκῆς ἀπὸ ῥίζης, καὶ μετὰ ταῦτα καὶ πίοις ἐν γλυκεῖ πινέτω.

1 *Si fiant vlcera quæ mordeant, adipe bubulam carnem oblinito, & isthanc carnem admoueto. Ac siquidem etiam sordida sint ipsa, eluito & decocto radicis sici fouento: ebibat tum postea* mulier *vinum in quo insit pingue aliquid.*

Ἢν ἐν τοῖσιν αἰδοίοισι τὰ ἕλκεα ᾖσιν· βοὸς σίαρ ἐπαλείφειν, καὶ μυρσίνῃ ἐν οἴνῳ καθεψῶν, ἔπειτα λυζέτω τῷ οἴνῳ, ἢ ἐλαίας φύλλα, καὶ βάτου, καὶ ῥοιῆς, καὶ ὁ οἶνος ἔστω τοιοῦτος.

2 *Si in pudendis vlcera oboriantur, adipe bouis lenire* oportebit: *ac vino in quo myrtum incoxeris, abluito: aut folia* quidem *oleæ, & rubi, & granatorum, vinum autem Pramnium esto.*

Ταῦτα δὲ οὕτως ποιέειν, καὶ τρῖψαι φύλλα τῆς δάφνης δαφνῆς, λεῖα τρίψαι, καὶ τοῖσι τὰ αἰδοῖα λύειν.

3 *Atque hæc in hunc modum facienda* iudicauimus: *& folia arboris Perseæ pudendis admouenda erũt trita ad læuorem.*

Ἢ αὐτοῦ καρπὸν καὶ σελίνου τρίψας ἐπίχριε.

4 *Aut oblinenda eadem, contritis seminibus* mixtísque *anethi & apij.*

Ἢν ἀφθήσῃ τὰ αἰδοῖα, πῶς δεῖ ἰᾶσθαι· σάρκα βοὸς ὡσεὶ δύο παλαιστῶν τὸ μῆκος, πάχος δὲ ὡσεὶ σφαῖρος, τοιοῦτόν τινα μίζεις ἑκατέρης· τὴν δὲ νύκτα αἴρειν.

5 *Si aphthis pudenda erunt obsessa, persanabis hoc modo: Carnem bubulam, palmorum ferè duorum longitudine, crassitudine autem eius ligni quod in foramẽ securis inducitur, ad vesperam vsque admoueat: sub noctem deinde demendum existimamus.*

Τῇ δὲ ὑστεραίῃ πάλιν τοιοῦτόν τινα μίζαι μεσημβρίης, καὶ ὑπεπινέτω οἶνον γλυκὺν μέλιτι τὸν οἶνον ξυμμίσγουσα.

6 *Sed reponendum postridie vsque ad meridiem: ac superbibat* deinde mulier *quod cum melle vinum cõmiscuerit dulce.*

EXPLICATIO.

Hæc hypothesis dependet ex antedictis. Modò dicebamus, nonnunquam tantopere menstruum sanguinem incalescere, vt per se etiam pessum delatus, dum exitum ipse sibi anquirit pro consuetudine (sic enim ὑπὸ καθάρσιος vertimus) leuiter vlceret aut pustulas conciter in pudendis, vti dictum est. At si eodem menstruorum recursu non tantùm suprema labra leuiter vlcerentur, sed iam serpant ad interiora, vt (ὀδάξωσι) etiam mordeant; erit tunc locus pesso ex carne bubula, sed cui adipis anserini oblinatur quiddam, priusquam videlicet admoueatur. Attamen fortioribus vtendum erit, ἕως ἂν ῥυπτόμενα ᾖ, si sordidiora euaserint, quam vt persanari queant è bubula carne pessario superiori. Vehementiora porrò illa sunt, ἐπιλύζειν καὶ πυέλῳ, ablutio etiamque fotus ex decocto videlicet radicis sici. Et quod est maioris longè momenti, mulieri imperauit, vt in potum sumat aliquid pingue ex vino dulci. Hoc verò faciunt vulgò Germani. Propioant hi sanè, etiam febre præsente, in vulneribus cruentis ad breuiorem coalitum; aut vlcerum quidem detersionem, pingue aliquid, vt oleum, aut ex vino aut decocto quodam vulneribus dicato, aut quidẽ zytho. His enim illi oleum cõmune admiscent in vsus explicatos.

Ἢν ἐν τοῖσιν αἰδοίοισι τὰ ἕλκεα ᾖσιν] Superiùs erant vlcuscula quædam & in primoribus labris pudendi. Modò iam pudendum disiungit à labiis, & hoc iam vlcere obsessum intelligit, quódque vult his per-

curándum esse remediis: (ἐπαλείφειν) scilicet solius bubuli adipis inunctione: & vini ablutione duobus modis. Aut enim in eo eiusdem gratia sola folia incoquebat myrti; aut quidem oleæ, rubi, & arboris mali Punici. Pramnium autem ad id deligi vinum voluit Hippocrates, hoc est Galeno interprete, nigrum & austerum, in lexico suo. Possumus aliam rationem ex Plinio suspicari. Loquutus de viois addidit ille tum; Et Pramnio, quod idem Homerus celebrauit, etiam nunc honos durat. Attamen sic maius robur vtero poterit acquiri, & tergeri quoque vterus potentiùs illius vsu quàm reliquorum. Quòd autem ad robur verisimilius sit vsurpatum id fuisse, omnia demonstrant quæ in eo incoqui debent ex hypothesi.

cap. 5. lib. 14.

Τῶν δὲ ὕπερ πυὸς] Ita omnia hæc geri oportere Hippocrates quidem hortatur: sed Perseæ postremò arboris folia conterenda læuiter conformandáque in pessum esse ex iis digoscas, πρὸς τὰ αἰδοῖα χρῆ- 10
σαι: aut ex seminibus explicatis io oratione, linimentum facere oportebit, addito scilicet adipe anserino, quem hystericum vbique esse tenemus ex Hippocratis doctrina. Qui verò vespertilionis aut papilionis potiùs cuiusdam Perseam nomen fuisse intellexerit, cuios etiam meminit Nicander in suis theriacis, desinet mirari, cur nam simpliciter modò Perseam non appellarit, sed cum ea adiuoxerit quoque nomen arboris Hippocrates. Huius folia arida in pollinem redacta excipiebat Dioscorides quodam pingui, vt illito sisteret sanguinis eruptiones.

cap. 146. lib. 1.

Ἡ ἀφὴ τὰ αἰδοῖα, πῶς δεῖ ἰᾶσθαι] Sed de vlceribus quidem modò dicebatur quæ hanc vel illam partem occupabant pudēdi. Quid verò auxilij adferetur aphthis, fetuidis vlcusculis superficiariis & numerò quamplurimis? Ab hoc sequente pessō, in quo confingendo licet & crassitudinem & longitudinem designarit, faciliorem aliquanto tamen eiusdem ipsius descriptionem legimus ad finem libri de mulierum tractatorum. Vbi definita eius est crassitudo instar magni digiti pedis, & aliquantò maior: est autem longitudo sex digitorum. Itémque ad pessi extremum quod spectat foras, iussit appendi filum Hippocrates, quo apprehensum (credimus) euelli posset tempestiuè. Porrò etiam hoc nobis in memoriam reduxit, quod quoodam quum militiæ essemus, accepimus. Cuius & fidem postea fecit Albertus Fabet ex Ruellio perdocto Dioscoridis interprete oepos; vt doctrina & arte præstans, sic fide Doctor condignus. Historia verò est huiusmodi. Nobili cuidam & electæ molieri prope Castellum Neuueum degeroti tota pars faciei dextra cancro eóque vlceroso obsessa fuit diutissimè, & sæuis exagitata cruciatibus. A Medicis frustra petitis auxiliis, tum Gallis & Italis, tum etiam Germanis & Hispanis, exterisque aliis quibosque; vulgaris cuiusdam barbitonsoris remedio hoc sequēti & eupotisto persanata fuit. Pullos illa gallinaceos in partes tenues concidebat & latas, quas sæpiusculè commotando interdū admouebat affectæ parti. Ab hoc voico tandem eóque præstanti remedio, reliquis quibuslibet tentatis frustra, (vt diximus) curationem recipiens pristinam valetudinem recuperauit. 20 30

SENTENTIA TRIGESIMANONA.

Lotio, si vlceratus vterus fuerit, & prehenderit stranguria: Porra, sambuci fructus, seseli, anisum, thus, myrrha, & vinum pari cum illorum decocto mensura: miscendáq; hæc sunt coquendáque, deinde ex moderatè refrigeratis collutio fiet. 1

Κλύσμα, ὦ ἡλκωμένη ἕωσιν αἱ μῆτραι, καὶ ὦ στραγγεύη ὑπολάβῃ· πρᾶσα, ἀκτῆς καρπὸν, σίσυλι, ἄνησον, λιβανωτὸν, σμύρναν, καὶ οἶνον ἶσον τῷ χυλῷ τούτων, μίξας ταῦτα καὶ ἀναζέσας, μετείως ψύχειν καὶ κλύζειν. 40

Aut mel, butyrum cum medulla & cera immittere & illinere oportebit. 2

Ἢ μέλι, βούτυρον, μυελὸν, καὶ κηρὸν ἐπιέναι καὶ χρίσαι.

Ad quæcunque vlcera quæ in pudendis sunt & fiunt: folia oleæ, & rubi, & hederæ, & granati dulcis, sunt læuiter terenda; hæc verò veteri vino diluta ex lana de nocte pudendis imponito: licet hæc etiam in cataplasmatis modum admouere. 3

Ἅσσα δὲ αἰδοίῳ ἕλκεα ἔνι καὶ φύεται· φύλλα ἐλαίης καὶ βάτου, καὶ κισσοῦ, καὶ ῥοιῆς γλυκείης, τρίβειν λεῖα, διεὶς δὲ οἴνῳ παλαιῷ, εἰείῳ προσπλάσσειν τῇ νυκτὶ πρὸς τὰ αἰδοῖα, καὶ καταπλάσσειν ὡς ἰούτιστον. 50

Quod cum illuxerit dies, demendum erit: porrò etiam myrti bacculas in vino decoquere oportebit, *deinde perluere.* 4

Ὅτεω δὲ ἡμέρη γένηται, εἰρύσαι· ἀφεψεῖν δὲ μύρτα ἐν οἴνῳ, καὶ διαπλύνειν. 60

Aut adipe anserino & resina simul liquefactis fiet collutio. 5

Ἢ χηνὸς ἔλαιον καὶ ῥητίνην τήξαι καὶ κλύσαι.

Ἡ βότα-

Η βύτυρον καὶ κέδριον ἔλαιον μέλιτι ὡς ἡμίονα μικρὸν, καὶ κλύζειν.

Aut etiam butyro & oleo melle admixto, eóque pauco, lotio quoque fiat.

EXPLICATIO.

OPERÆ PRETIVM videtur, vt duplicem esse hoc loco hypothesio lector animaduertat; atqoe ex ptioti dependete posteriotem. Sic enim quom hæc pluribus de caosis accidat, agnoscat is facilè eodem modo., vndenam ouoc ortum habeat stranguria. Maximam porrò vtero cum vesica intercèdere cõmunionem ratione viciniæ & sub oculos pooet corporis humani cuiscerario, (qoidoi enim anatomen sic appellemos?) & quiuis intelligat ex aph. 59. lib. 5. & ex comment. ad eum aphorismum, Galeni. Ad curationem verò huius secundariæ affectionis, collutione ex decocto multorum vtitur Hippocrates. Sed multa primùm incoquit simul in aqua: deinde cum illorum decocto commiscet Hippocrates parem vini mensuram; quibus simol mixtis attamen quando priùs ad teporem redüsse & temperata esse videbũtur, collutio opportunè fiat. Sic eoim ὑγρὰ μετρίως nũc interpretamur. Ac secus quàm interpres vtrque legimus: imò verò mendum esse io vtroque Græco exemplari non solùm coniici possit, sed & accutatè defendi. Itaque μετρίως verbo κλύζειν proximè iungendum non erit: quinimo ante eam copulam quæ verba vtraque coniungit, μετρίως debet inseri & verè intelligi; vt hoc modo legatur, μίξας ταῦτα καὶ αἰμύξας, ὑγρὰ μετρίως καὶ κλύζειν. Decoctum scilicet istorum omnium etiam admixta vini portione pari, refrigerari priùs oportere, quàm id vsurpetur ad eluendum. A noon eteoim antea iam in lotioue cõmendauit teporem Hippocrates sæpiuscule? Ad idem hoc delendum symptoma & adhibet forum & litum & encathisma Hippocrates sub finem libri consequentis; & secus alàs qooque percurat lib. de muliebri natura; solius oimirum myrrhæ ad ignem aspersione, cuius vapot tamen ad vteri caoum penetret per infuodibulum. Io illitu proximè sequeoti, medullam cerui intellige. Quod facilè iudices ex coosequentibus & illius vsu frequenti.

Λοιπὸν ὁπόσοι ἕλκεα ἔν τε καὶ φύσει, quæcunque vlcera sunt & nascuntur] Hæc dicta videntur in geoere, & quæ sanè prosint omni vlceri & quouis tempore. Et quæ sunt descripta hîc remedia, nostra explicatioõe oõ egent. Notauimos attamen obiter, folia hoc loco multorum & læuiter teri & vino dilui, vt possint partim apponi pro pesso ad pudenda, & eadem partim admoueri cataplasmatis instar. Quæ tu, si placet, lector, expendes singula, iudicio & arte tua.

SENTENTIA QVADRAGESIMA.

Ἕλκεα ὑπὸ μήτρης ἀποξηραίνει· ἀργύρου ἄνθος ὑπὸ οἴνου τεῖψαι, καὶ κλύσαι· ἢ βύτυρον μετὰ μέλιτος κλύσαι. 1

Quæ vterum vlcera occupant, sequentia siccant medicamenta: Ex argenti contrito flore in vino collutio fiat, aut ex butyro cum melle.

Ἢ ἐλελίσφακον, καὶ σμύρναν, καὶ μέλι 2 οἴνῳ διείσαι, οἴνῳ δὲ μέλανι χλιερῷ, καὶ κλύζειν τῇ ὑστεραίῃ.

Aliquando etiam è bryonia & myrrha & melle dilutis vino (vino inquam *nigro tepente) collutio postridie fiat.*

Ἢ χόνις φύλλα ἑψήσας ὑπὸ ὕδατι, ὕστερον μετὰ ταῦτα κλύζειν. 3

Aut folia lentisci in aqua coquantur, vt decocto postea lotio quoque *fiat.*

Ἄλλο, ἢν ἕλκωδες ᾖ τὸ στόμα τῆς μήτρεως· βύτυρον, λιβανωτὸν, σμύρνη, ῥητίνη, μυελὸς ἐλάφου· τούτοισι κλύζειν. 4

Si fuerit os vlceratum vteri, est hoc aliud remedium: Butyrum videlicet, thus, myrrha, resina, medulla cerui; ijs perficienda lotio erit.

Ἢ φακὴν ἑψῆσαι ὑπὸ ὕδατι, καὶ ἀποχύσας τὸ ὕδωρ, ὑπὸ τούτῳ κλύζειν. 5

Aut lens in aqua decoquatur, vt colluatur mulier *percolato decocto.*

Ὅταν δὲ ὕδωρ ἐκ τῆς ὑστέρης ῥέῃ, καὶ ἕλκεα ᾖ, καὶ δάκνηται, χλιὸς γὰρ καὶ ὠὸν ἀλφιτείεται. 6

Si quando autem aqua ex vtero fluet & vlcera erunt, & iis vterus mordeatur; perungatur adipe anserino & ouo.

Ἢ ὄιος γὰρ, ἢ συὸς, καὶ φακὸν ὑπὸ οἴνῳ ἑψῆσαι, καὶ κεκραμένου ἴσου τῷ ὕδατι, τούτῳ κλύζειν. 7

Aut adeps ouillus aut suillus cum lente in vino coquendus erit, & hoc temperato aquæ mensura pari fiet collutio.

Quæ autem ſunt in pudendis vlcera, hoc quoque perfundantur; mannam, rubum, corticem pini addendo inter decoquendum, *eorum quoque decocto lotio ſimiliter fiat.*

8 Τὰ δὲ ἐν τῷ αἰδοίῳ ἕλκεα ἐν τούτῳ καταιονᾶσθαι, ἐπιπάσσειν δὲ μάννας, βάτου, πίτυος φλοιὸν, καὶ τῷ ὕδατι τούτων πλύνειν.

EXPLICATIO.

MVLTIPLEX eſt hoc loco hypotheſis in Hippocratis oratione, non planè tamen ſibi ipſi cohærens, ſed quæ habeat ordinis quandam ſpeciem. Ponit prima quidem vterum vlceratum eſſe. In qua Cornario interpreti maluimus aſſentiri quàm aliis, qui perperam de melle hunc locum expoſuerunt. Interpres autem ooo ὑπὸ μέλιτος legit, ſed ὑπὸ μήτρης. Huius porrò hypotheſeos affectionis euporiſta quatuor remedia ſunt, quæ nihil in ſe ipſa continent difficile & obſcurum. In iis quod eſt tertium, recipit ἐγχρίσεις, quam in lexico ſuo Galenus de bryonia alba expoſuit. Secunda deinde hypotheſis ſequitur, ἐλκωθῆναι τὸ στόμα, in qua ooo ipſe vterus, ſed eius oſcillum vlcus paritur. Ad cuius curationem iuſſit id perfundi duobus modis & lotionibus quoque præſcriptis. Tertio loco effluere aquas ab vtero Hippocrates ſtatuit, & in eo quoque vlcus ineſſe. Vlceris porrò πυρίωσιν certámque notam verbo (δάκνεται) notauit, & morſum ineſſe cum ſenſu manifeſto doloris. Sed de eius ortis antea, vt & curatione. Præſcriptum eſt autem vnguentum triplex hoc loco, leniendi nempe cauſa doloris. Eſtque quarto loco lotio præſcripta in eundem ſcopum ab authore. Atque quum Hippocrati non ita pridem verba facienti de remediis aduerſus vlcera pudendi, aliquod fortaſſe excidiſſet è memoria, hoc ipſum nunc ideo ſubiungi voluit ita loquutus.

SENTENTIA QVADRAGESIMAPRIMA.

Eiiciendi vi pollet hoc medicamentum, ſi vita ſit priuatus embryo: Galbanum ad magnitudinem oliuæ linteo obuolutum intincto in oleo cedrino ad vteri oſculum admoueatur.

1 Διεκβόλιον, ἢν ἀποθάνῃ τὸ ἔμβρυον· χαλβάνης ὅσον ἐλαίῳ σείλιξας ἐς ὀθόνιον κέδρινον ἐμβάλασα, προσπλάσσω πρὸς τὸ στόμα τῆς μήτρης.

Aliud: Calamum odoratum & interiora cucumeris in adipe anſerino ſimul trita ad vmbilicum obligabis & ventrem imum; ac nonnihil ex eo poſtquam mulier *inſtillarit in lanam, admoueatur quoque ad vteri oſculum: ita eius ope fœtus paulatim extrahitur.*

2 Ἕτερον· κάλαμον εὐώδεα καὶ σικύης ἐντερεμένην τρίψας τὸ χλωρὸν σὺν ἀπὸ χηνείου στέατι, ὑπόδησον δὲ τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὸ ἧτρον· ἢν σμικρὸν ἀπ' αὐτοῦ ἐκτάξασα ἐς εἰρίον, προσπλάσσω πρὸς τὸ στόμα τῆς μήτρης, καὶ σὺν τούτου κατ' ὀλίγον ἕλκεται.

Aliud: In ereuthedanum conciſum & cedri ramenta aquam affuſam fac teſidere: deinde ſub auroram exhibe hanc *aduerſus dolores.*

3 Ἄλλο· ἐρεθηδανὸν κόψας καὶ κέδρου ῥίσματα, ὕδωρ τι ὀπτήσας, ἵνα ἡ ἐς τὸν αὐθρίλιον· εἶτα πρὸ δύος πρὸς τὰς ὀδύνας.

Aliud: Silphij drachmam vnam & ſucci porri acetabulum admixto olei cedrini ſemicyatho paruo in potum præbe.

4 Ἄλλο· σιλφίου ὀκτὼ δραχμὴν μίαν, καὶ πράσου χυλὸν ὀκτὼ ὀξυβαφον, παραμίξας κέδρινον ἔλαιον ἥμισυ κυάθου μικροῦ δὸς πίειν.

Aliud: Aut fel tauri ad obolum aut ſemiobolum in vino tritum exhibeto: aut id quidem *circumtectum tenui cruſta farinæ vorandum exhibe.*

5 Ἄλλο· ταύρου χολὴν ὅσον ὀβολὸν, ἢ ἡμιοβόλιον πρὸ δύος· ἢ σταφὶς περιπλάσας ὠὸν πάλιν καταπίνειν δίδου.

Aliud: Cancros fluuiales, & lapathi & rutæ radicem, & fuliginem de clibano,

6 Ἄλλο· καρκίνους ποταμίους πέντε, καὶ λαπάθου, καὶ πηγάνου ῥίζαν, καὶ αἰθάλου

ϑαλον ἀπὸ τῦ ἵππυ, ϱίψασα ὁμοῦ πάντα, καὶ ἐνώσασα ἐν μελικράτῳ, ὑπαίϑριον ϑεῖσα, πινέτω νῆστις ἐκ ζύτου.

simul omnia trita, in mellicrato vnita, vbi ad ſedimentum faciundum repoſuerit, ex eo ebibat mulier *ſtomacho ieiuno.*

Αλλο· σικύης ἀγρίης τρίψας λείως, ἐν κεδρίνῃ πίσσῃ ἐς ἐλαίου ἐμβύζας, περιδήσας περὶ ὃ πλεῖον λίνῳ, περιλίαθον δὲ ἴσον· τῷ δὲ πλείονι ὃ σκληρὸν περιεχέτω μικρὸν ἔξω ἐκ τῦ ἐλαίου· ὅταν δὲ αἷμα φάνῃται, ἀφαιρέαθω.

7 *Aliud: Cucumeris ſylueſtris contrita pars interior in pice cedrina, obuoluta lanæ & ad pennam colligata filo, intromittatur; pars autem pennæ ea quæ duriuſcula eſt, foris è penna aliquantum emineat: quum verò ſanguis apparuerit, detrahatur.*

Αλλο· ἐλλεβόρου μέλανος λαβὼν ῥαβδίον ὅσον ἓξ δακτύλων, περιείλιξον ἐρίῳ, ὃ δὲ ἄκρον ἅπαν ψιλὸν ἔστω, εἶτα περιάϑου ἔσω ὅτι μάλιστα· ὅταν δὲ αἱμαχϑῇ ὃ ἄκρον, ἀφαιρέαθω.

8 *Aliud: Hellebori nigri radiculam ſex digitorum longitudine, lanæ circumuoluito; ac eius extimam partem relinque, indéque immittatur ea quàm penitiſsimè: vt autem extrema pars videbitur fœdata cruore, auferatur.*

Αλλο· ἐλλέβορον μέλανα, καὶ καν-ϑαρείδας, καὶ κόνυζαν τρίψας ἐν ὕδατι, καὶ ποιήσας βαλάνου μεγϑακὸν, ὅσον ἑξαδάκτυλον, ξηρόν· καὶ περιάϑου σκληρὸν ῥάπτας, εἶτα περιβύσας ἔσω περιάϑου, ὃ δὲ ἄκρον κέδρῃ χριέτω, καὶ ἔστω ψιλόν· ὅταν δὲ αἷμα φάνῃται, ἀφελέαθω.

9 *Aliud: Helleborum nigrum, & cantharidas, & conyzam, in aqua ſimul trita effictáque in formam glandulæ ſubmollis, ad longitudinem ſex digitorum exſiccato; & vbi indurueriit, obuoluta lana admoueatur: extremum verò* anterius *illinatur pice cedrina; ac poſterius maneat nudum. Abſtrahatur autem* ſimulatque *in eo ſanguis apparebit.*

Ἐκβόλιον· ἐὰν ἔμβρυον τεθνεὸς ἔνδον ᾖ ἢ ἀποπλῆκτον, βατράχιον καὶ ἐλατήριον μικρὸν μίξαι ἐν ὄξει ἀκρήτῳ, καὶ δοῦναι πιεῖν.

10 *Eiiciendi fœtum præſtat vi* ſequens *medicamentum: ſi embryo immortuus fuerit in vtero aut attonitus; in aceto meraciori ranunculum & quiddam elaterij commiſcere* oportebit, *vt exhibeatur in potum.*

Ἡ κράμβης ἁπαλὸς καυλὸς χλοῦ ὃ ἄκρον νετώπῳ χριόμενος ἐμβαλέαθω.

11 *Aut* quidem *tenerior braſſicæ caulículus illitus netopo parte extrema, immittatur.*

EXPLICATIO.

HIPPOCRATES libellum & apprimè quidem vtilem ſcriptum reliquit περὶ ἐκκαπτικῶν τῦ ἐμβρύου, in quo modi aliquot deſcribuntur, quibus aut integrum fœtum extrahere Chirurgus queat, aut laceratum quidem ſectúmque in partes diuerſas. His verò locus non eſt, ſi quid ἀβλάβως abiiciendo fœtui accommodata, quæ ab Hippocrate modò recenſentur, remedia præſtiterint. E galbano primum fit, & in peſſarij modum imponitur. Ad varios vſus alterum vſurpatur. Conteruntur nempe calamus odoratus, (quo nunc vero deſtituimur) & pars cucumeris ſylueſtris interior, excipiunturque ſimul adipe anſerino. Deinde ex huius maiori parte cataplaſma componitur admouendum infimo ventri, qui vmbilico definitur & oſſe pubis. Sic enim ὑπογάστριον καὶ ἧτρον intelligi nobis perplacet hoc loco. Vt duo hæc nimirum, locum cui cataplaſma Hippocrates appenſum cupit alligari, ſuis finibus circumſcriptum deſignent. Καὶ σμικρὸν ἐκ τοῦ λοιποῦ, ex reliquiis autem quæ minor pars ſupereſt (quippe cùm foret indecens intromitti modò maiorem) peſſum efformari animaduertes, qui ad vteri

oſculum apponatur. His ſperat artibus Hippocrates (ἐκ πόνου κατ' ὀλίγον ὕπνους) fœtum vinculis & radicibus paulatim ſolutis, extractum iri. Quippe cùm ignaua vis ſit cataplaſmatis, non prompta nec præſens eius energia; præſertim verò in vterum & reliquas abditas partes & penetrales.

Ἀπὸ ἰρυσίδανου πόσις] In potionibus verò ſunt quæ ſequuntur ad id quæque remedia. Ne deſint nimirum & quæ ſcilicet intus propulſent foras, nec quæ pro viribus ſolummodo admota depellant; vt nec quæ etiam ſuppoſita trahant. Hæc verò tot cuique apparebunt ſaltem propiùs intuenti. Quibus ſi non cedat puer, vt nec conſequentibus; maturè tum Hippocratem, vt dicebamus modò, conſulto-rem ſequamur libro περὶ ἐγκατακλισίης. Hic verò verè Hippocratis eſt, & elegans quidem.

Ἀπὸ] Quæ potio primas tenet, coaciſum capit ἰρυσίδανον & ſcobem cedri. Vniuerſa quæ ſimul ſi aliquantiſper coturbentur aqua affuſa, (ὕδατι ἐς τρὶς αἴρειλον) Hippocrati viderint operæpretium, vt tantiſper reſidere permittantur, dum nox tota, ſi velis gratia exempli, effluxerit. Nam οὕτω περὶ δὶς ita poſſumus & verè quidem ſuſpicari, quòd diluculo nempe exhibendum id eſſe præcipiat nunc Hippocrates. Vterque tamen eapooit aliter interpres, nempe de dio. Quum verò ἰρυσίδανον potione copioſam vrinam ducat, ducat & ſanguinem, ac eius impoſita radix partus trahat, menſes & ſecundas; an hîc debeat reponi & retineri, iure hoc loco dubitetur. Sed ἰρυσίδανον inter plantas recenſeri quoque ex Theophraſto didicimus, & quòd careat ſpinis. Eſt verò ſpinoſa mbia & aculeata. φεύγει καὶ ἀγκάθους, quum (quaſi dicat) parturiendi dolores & cruciatus graues vrgebunt; adſunt enim tum præſertim magni quidem & vehementes. Eſt admirationis & veritatis certè pleniſſima hiſtoria quæ de fœtu mortuo reſiſtente in vtero diutiſſimè animos oblectauit anno 1581. Quam attameo exiſtimauimus ex vſu poſteris fore, ſi ad verbum nunc ex eomm ſcripto referatur, qui iſtud portentum inſpectarunt; & vtriuſque eorum ſententia etiam uuoc ſcribatur de puelli in vtero mora diuturniore & induratione. Nouitas ſpectaculi huius (ait Ioan. Alboſius Heduus, apud Senonas clarus arte Hippocratea, in eo epiſtolio quod dum dicaret lectori, huic ſuæ præfixit de præſente euentu narrationi veriſſimæ) quod priſca ætas aut noo vidit, aut de eo ſcriptis quæ ad oos petuenerint, poſteritati fidem oon fecit; effecit ſanè vt qnemadmodum menſibus ſupernis ipſum Alboſium ad exprimendum ptodigij huius iconem excitauerat: ita nos modò impellat, vt eam quam conſcripſerat ipſe hiſtoriam de hoc portento noſtris commentariis interſeramns. Quod ſanè eò lubentiùs & longè multò quidem fecimus; quòd apud nos de hoc illuſtri Alboſio eſſet is loquntus magnificè, qui 1548. nos Rherorico mote loqui docuerat ante annos duodeuiginti apud Montanos, Stephanus nempe Iuſtus ille alter apud Senonas Medicus quoque percelebris, vir multa doctrina & virtute ornatiſſimus. Quorum vterque vt varietate literarum clarus atque doctrioa fuit, ſic viuendi conſuetudine, pietate & ſanctitate vitæ erat tam inter ſe coniunctus, vt omnis tum appellarit veriſſimè, amicitiæ pat coniunctiſſimum. Vt autem Alboſius ille amantiſſimus veritatis vſque adhuc habitus eſt, adiecit nudam hanc hiſtotiam, nullis omnioo coloribus fucatam, attamen veriſſimam buius pædij anatomes. Quanquam is etiam adhibuerit ad potiorem fidem fidos teſtes & oculatos Ioan. Perigois, Simonem Prouaneberium & Ioannem Ruſſeletum, omnes Medicos coæquales & collegas ſuos: Itémque Claudium Nigrum & Ioannem Cottias, non illiberales Chirurgos, ſed illuſtres eos omnes, qui iſtud monſtrum & prodigium eduaerunt manu ſua. Quibus & opem tulit Stephanus Bouuier pharmacopœus. Viſum eſt quoque Alboſio hunc doctori petdocto inquirendum tandem obiter in calce huius hiſtoriæ veluti per ὑπόμνημα. Pyrrbonis illius ſceptici exemplo, in tantæ duritici cauſas; vt cum lectore, ait ille, ludere liceat, non contendere; quum ſæpe veriſimile à vero abſit longiſſimè: vtque eo veluti præludio doctiotes prouocentur ad acriora certamioa, quibus huiuſce metamorphoſeos in teoello natura corpore, ratio phyſica quæcũque fuerit (quum in eo opere ἀσῶν illucere is etiam putet) melùs innoteſcat. Atque ſuam hanc opellam ſi non ptodeſſe lectori, ſaltem placere ſtuduit ex animo, & æqni boníque conſulere vnumquemque optauit quàm maximè.

Mulier Senonenſis oomine Columba Charry, quæ Ludouico Carità homuocioni (quadrato tamen & bene habito) ex vulgari plebe & ſartoti veſtiario nupſerat ab annis 48. fracta ætate & valetudine hîc occubuit 16. Menſis Maij, annum ætatis agens 68. Hæc ante annos viginti octo, quæ nunquam antea vtetum geſtarat, licet iamptidem ouptiſſet (nihil de ſanitate ptins admodum conqneſta) certiſſima habuit inchoati hominis iodicia. Nam qui ſtatis periodis erumpere ſolebant menſes, illi ſtatim ſubſtiterunt. Pica ptimis menſibus laborauit, tempeſtiuum embryonis motum & frequentem perſenſit, tumore lumborum & abdominis paulatim ſubcreſcente mammiſque lacte turgeotibus. Tandem autem decurſo penè veræ geſtationis curticulo labotes puerperij graues & alui tormina experiri incœpit, vrina ad aliquot dies ſupprefſa (medicis tunc varia & dubia de illa κυοφορίᾳ ſentientibus) quæ poſtea currente veluti alueo & magna vi erupit, profuſo illo ichore non tam ex veſicæ meatu, vt credibile eſt, ſcaturiente quàm ex mulieris loculis, amnio tunica diſrupta, cùm vna cum iſtis ſeroſis recrementis (quas mulierculæ aquas vocaot) aliqnis coacti ſanguinis thrombus emerſerit. Inde autem & mammæ concidere viſæ ſunt, motus infantis aut ignauus aut nullus, labotes mulieris tolerabiliores. Quibus omnibus attonitæ fuerunt obſtetrices quæ antea certiſſimum puerperium expectaſſent. A ludibrio autem iſtius fœturæ totum triennium lectulo illa decubuit, ad extremam vitæ calcem de valetudine conqueſta, de tumore, de duritie, de rorminibus alui (quam obuiis quibuſque & Mediciſ & Chirurgis tractandam exhibebat) de inutili & graui illo pondere, quod pro vario geſtantis motu modò in hanc, modò in illam partem procumbebat. Denique de languente & deprauata appetentia, quam ſubinde acetariis & abſorpto ompbacio ſollicitabat, alioqui perpetuò ἄσιτος. Illamque ferunt vicinæ inter ſuos ſales ſæpe dictitaſſe (vt erat genio ſatis lepido) ſe fœtum vtero gerere qui tandem patenti

Dioſc. 143. lib. 3.

Hipp. aphor. 38. lib. 5.

renti foret exitio & internecioni, quanquam cùm ſeriò loqueretur, maleficium acceptum potiùs accuſaret. Poſtquam autem fato eſſet functa, eius vir officiuſus in vxoris manes (quam tandiu & tantopere excruciatam viderat) accerſiuit vnum atque alterum ex noſtris Chirurgis ambos valentes arte & artis vſu, quibus (licet de ſcirrhoſo tantùm tumore cogitarent) diſſecto mulieris abdomine, & reiecto infrà peritonæo, vterus ſeſe offert aſpectu quidem rugoſus & verſicolor, vt criſta illa pendula quæ gallis indicis ex ſummo capite prolabitur, vel potiùs vt operimentum illud cutaneum quod illorum collum ambit. Tactu autem durus teſtaceus & craſſus iuſtat ὡς ὀστρακώδης. Tum oouaculam in portentoſam illam molem & gypſeam iniiciunt, qua ad aciem cultelli renitente, ſcalprum altius adigunt. Eorum autem alter inflicto caſu in cranium vulnere & in aliquot coſtas tandem humerum dextrum impetit, à quo erumpens oſſis capue certiſſimam fecit fidem oſſium illic latitantium. Ex quo ſcalpellum aliò transferunt, & magna vi, ſenſim tamen, & rectà, vterum ſecant, diductiſque duriſſimis vulneris labris, infantem in orbem implicitum & ex tranſuerſo in vtero poſitum introſpiciunt in peniriſſimo ſinu & altiſſimis latebris ſtabulantem, in ſuamque veluti cyſtin, quam allantoidem tunicam fuiſſe puto, calloſiſſimam recondidum. Quo ſpectaculo inexpectato obſtupefacti Medicos conuocant, quos in re inaudita conſulant, adhibeantque in teſtimonium & iudicium rei huius, quæ penè fidem omnem ſuperet. Interea multis ad nouum prodigium accurrentibus, & opus Chirurgorum intertrahentibus, venit ipſis in mentem totam iſtam molem ex illo veluti antro & manibus & vncis Chirurgicis, quâ valerent vi abſtrahere, vt arborem ex ſuo caudice, domúmque comportare, vt priuatim & apud ſe accuratiùs corpuſculi anatomen ſectarentur & cum peritis de portento nouo & inaudito conſilia conferrent. In præcipiti autem & violenta illa laniena non licuit opus feſtinantibus introſpicere quod ſubſtratum eſſet infantulo chorion, quæ vteri acetabula, qualia vmbilici vaſa, quis eſſet allantoidis cum vtero & cum fœtu nexus, cùm vterus ipſe, præcipuè ad coxam dextram, ad nates, & ad partem ſpinæ dorſi cum cute inſantuli omnino coaluiſſet. Situs infantis erat penè ſphæricus, facie ad thoracem affixa, ſublatis ad nates genibus, vnde poſtea eæ partulæ retuſæ & reſimæ conſpectæ ſunt. Oſſa capitis tenuia quidem, ſed firma & inſtar cornu nitentia, cute capitis multis in locis piloſa, caput in ſiniſtrum brachium ita procumbebat vt à protuberante humero auris & os occipitis impellerentur, quod incauatum ea parte introceſſiſſe conſpiceretur. Cubitus ad ſummum humerum reflectebatur, porrecta ſola manu, quæ in pugnum adeò firmiter erat contracta, & ſummi digiti ita palmæ hærebant, vt licet apparerent ſeriatim inter ſe diſtincti, reipſa tamen in vnum idémque vterè lapideum corpus concreuiſſent. Dextrum autem brachium ad vmbilicum manum extendebat, quæ ad carpum inaduencnter exciſa fuit, & in aluo matris relicta. Femur, genu, tibia ſiniſtra dextris incumbebant, quibus tamen erant ita implicita vt talus ſiniſter pediſque planta in dextrum pedion implantarentur, quibus excauatum cederet, & penè indiſſolubili nexu colligaretur. Vtrumque crus in ventrem & pectus reflectebatur, certiſſimámque fœminei ſexus notulam tegebat. Tibia vtraque ad nates intorqoebatur, pedibus & pedum digitis ita inter ſe compactis & lapidefactis, vt facto ex oculis & tactu iudicio, totum iſtud opus Phidiæ alicuius eſſe dixiſſes qui vel ex ebore, vel ex marmore maturæ ætatis embryi abſolutiſſimam icônem expreſſiſſet, maximè cùm in ea dutinæ corpuſculi moles non conciduſſet, immò cum cute nitida integram ſuam & ὑμενώδειαν & πιλώδειαν retinuiſſet. Partes autem internæ, viſcera nempe omnia, cor & cerebrum habebant naturaliter, eo dempto, quòd vltra modum induerant (minus tamen quàm externæ) ita vt bodie exertum iſtud corpuſculum neque putredinem minuerit neque teredinem.

Hæc de matris & fœtus adminiſtrata anatome dicta ſunto. Iam de iſtius indurationis naturalibus cauſſis aliquid diſſeramus. Huius autem prodigioſi abortus niſi ſenſus nobis faceret fidem, fruſtra quæreremus rationum momenta. Sed cùm viſus & tactus, certiſſimi inter ſenſus externos iudices, rem ipſam mille hominum oculis ſpectandam exhibeant, manibúſque tractandam, (vt bodie quoque idem inter nos & ſpectare & palpare ſubinde licet) tria videntur ſupereſſe liberalioribus ingeniis diſcutienda. Vnum qui factum ſit vt corpuſculum iſtud quod conſtitura & naturali puerperij periodo, & inter tam graues cruciatus extiuctum fuiſſe conſtat, tandiu in iſtis lanbulis aſſeruatum non computruerit, aliorum abortuum more, quos vel detepente matricidas eſſe videmus, vel paularim & ex longis interuallis excuſſos fuiſſe à grauibus authoribus accepimus, vel facta ſibi per ventrem inferiorem via membratim excuſſos, cùm hic tres putredinis cauſſæ videantur concurriſſe, nempe corpuſculi temperies calida & humida, qualis eſt puerorum: loci natura, cùm vterus intertextus ſit multis venis & arteriis, & viſceribus in quibus reſidet naturalis caloris fons proximus. Cùm ille ſit in mulieribus veluti ſentina, in quam totum corpus ſuarum excrementorum ſarcinam deponat, cùm denique ſit pudendis proximus quæ Galenus ἀπόκρισιν pronuntiat. Tertiò, impedita perſpiratio, cùm in prægnantibus vteri os arctiſſimè ad excuſſionem fœtus coarctetur. Sic enim, vt fert inſigne illud Philoſophorum & Medicorum axioma, calida & humida, calido & vdo loco concluſa, & aëre non perflata, citiſſimè ſitum contrahunt & putredinem. Deinde naturali in viuentibus deperdito calore extraneum ſuccedere neceſſe eſt, cuius eſt vrere, putrefacere, corrumpere, & tandem in cineres reſoluere, præcipuè ſi ſubiectum nactus ſit calidum & humidum quale eſt puerorum corpus, quod cùm multo humore ſcateat, verè, vt loquitur Ariſtot. ὑφύγρων dici poteſt. Alterum quæſtionis caput poſitum eſt in inueſtiganda illa intemperie ſiue ſimplici ſiue compoſita, quæ tantam duritiem peperit, & ab iiſdem fontibus emanat præcedentis dubitationis ſolutio, cùm ea dutines ſola, vel, quæ eam attulit cauſſa (nihil enim eximie ſiccum putreſcit) corpuſculum iſtud à putredine vindicauerit. Omne autem durum, inquit Galenus, fit vel plenitudine & renitentia, vel concretione, vel ſiccitate, hiſque vel ſolis vel in-

Gal. in 5. Epid. com. 36
Gal. 1 de diff. Feb. cap. 8.
Auic. lib. 4. Fen. 1. tract. 2.
Gal. 8. Meth. cap. 7. & 11. cap. 4. & 8. & in 3. Epid. comment. 7.
Auic. lib. 1. fen. 3.
Gal. 3. Epid. comm. 3.
Gal. cap. 3. lib. 5. simpl.

ter se complicatis. Induruit ne verò iste fœtus repletione, cùm nihil in fœtu neque io eius inuolucris turgeret largiori humore vel naturali, vel excrementitio, immò illa esseot omnia exsiccata & exarefacta? Concretionem accusabimus, quam etiam congelationem appellat Galen. qua metalla plurima in fodinarum penetralibus, saxa in lapicidinis, meteora in media aëris regione videmus congelari & concrescere? Sed quid externa exempla huius congelationis quærimus, cum domesticum supperat & nobis sit pro foribus? Est enim in oostra vicinia prope oppiduli Veronari mœnia fons perennis scaturiginis, aspectu iucundissimus, lympha limpidissima, colore quidem & odore ἄοσμος, sed sapore oon ita commendabili, incolis tamen non ingrato. Erumpit autem ex altissimis subterraneis cuniculis, labróque, vel potius cratere excipitur ita affabrè in orbem circumducto, vt nescias illamne φύσις natura dederit, an verò ars Euclidis exquisitissimum istum circulum elaborauerit. Sic autem ad labri margines exundat aqua, vt statim & breuissimo aquæ ductu decurrat in rotam quæ molam frumentariam circumagit, indéque cum glarea, quam currente alueo secum abradit, guttatim in substratum lutum & proximam vineam decidit, quæ omnia sua frigiditate ita subigit, fermentat, & cogit, vt tandem in lapides induret, leues quidem illos & foraminulentos, quorúmque vnam aliquando partem videas iam petrefactam, alteram verò adhuc agnoscas musco herbaceo virentem & cœnosam, quæ tantum lapidescere incipiat. Coguntur verò illi lapides tanto aggere, vt, nisi ex ioeruallis molitor eos ferreo malleolo conterat, & subtrahat, impedimento sint ipsi molerrinæ quo minus libere circuouoluantur. Ista obiter dicta sint de λίθοις quæ ex aquæ istius frigiditate & fortasse natiuo solo procreari videtur. Similis autem aut potentioris congelationis quis potest esse locus in internis recessibus oostri corporis qui multi sanguinis & venosi & arteriosi affluxu, vicinorum viscerum benigno tepore, & ea functione ad quam bas partes natura finxit (cum in ipsas vt in agrum fœcundum nostræ generatioois prolifica semina committat) minus algere debeant. Sic Hippocr. frigidos, siccos deosósque veteros vt effœtos pronuntiat. Quod verò Galen. Adipem frigidizate spermaticarum partium & à cordis calore magis distantium concrescere scribit, certè vt ex imbecillo fragore vliginosa materia facilè concrescit, ira quoque leniissimo calore illa liquatur: hîc verò de lapidosa duritie agitur. Restat igitur, argumento ab enumeratione partium petito, corpusculum occalluisse siccitate, ad quam noo parum fecisse videbuntur dolores assidui quos gestans sustinuit. Item & vigiliæ & inedia quibus diu mulcúmque vexata est, quæ omnia ad caussas exiccantes referunt medici. Adiicere licebit illum vteri veluti κοπρολιθον, quo pro puerperio multus icbor è mulieris loculis effluxit, sicque & vterus & fœtus, eiúsque iouolucra exaruerint, absorpta omnis putredinis materia, quam in humido & naturali & excrementitio positam esse Physici autumant. Solane verò siccitas tantam duritiem peperit, cùm qualitas sit patiens & ad agendum ignaua; caussæ autem ad suos effectus analogæ esse debeot & viribus pares? Ex quo fit, vt sit verisimile siccitatem solam non potuisse eousque indurare, sed alterutri qualitatum ἀντιπαθοῦντι frigiditati oempe aut caliditati coniunctam. Frigiditati ne? vt siccitati congelatio accesserit mixtis his duabus inter se indurationis caussis? Si enim quæ putrent se ipsis fiunt calidiora & humidiora, consequi videtur (vt contrariorum contraria sunt consequentia) ea quæ oon putrent, cùm potrescere nata sint, id habere à frigido & sicco. Præterea, promptius quæque alterantur à similibus suæ intemperaturæ caussis. At hîc cutis natura frigida & sicca potissimùm saxeam eam duritiem induit (vt in ouo testa ex molli tunica occallescit) ex quo fit vt sit verisimilius istam duritiem à frigido & sicco excitatam. At neque loci, in quo concreuit temperies, neque vlla humana ratio id paritur, vt dictum est, cùm de concretione ageretur. Iam videamus, an caliditate siccitati coniuncta istud corpusculum induruerit, cùm à tot tamque laboribus tandem veluti febre hectica colliquata fuerit illa & contabuerit? Cùm præterea calidis & siccis medicamentis tum intro sumptis, tum foris admotis assidua illa tormina sedare, flatus discutere & molestissimum istud vteri onus, & qood fubiode exitum minari videbatur, deturbare conabatur imperitissimum mulierearum vulgus? A coniunctis hisce caussis, & salis glebæ & alumina, & chrysocolla, & chalcanthi genera indurantur, quæ postea humore liquantur, cum antea calido & sicco obduruerint. Tertium huiusce disputationis caput positum est in harum intemperaturarum, siue simplicium, siue compositarum differentia, nempe sint ne illæ externæ tantum & aduentitiæ, an vero aliquod ab ipso corpusculo ὑφ' ἑαυτοῦ innatum & latens acceperint initium. Nam licet ea quæ de caussis proposita sunt, habeant quandam speciem adumbratæ veritatis, multum tamen absunt ab ordinatis naturæ legibus. Quid enim illas caussas accusamus, cùm omnes sint externæ, & huic corpusculo aduentitiæ, quæ sine internarum aptitudine nihil videntur posse agere? Non enim omnis causla quæ corpori aduenit, inquit Auicennas, in ipsum operatur, sed ad id requiritur & agentis fortitudo & dispositio patientis. Hic igitur præter communem consuetudinem (cùm natura hominis corpus molle & tenerum finxerit, vt quod ad functiones animę magis aptum esset quàm si ioduruisset) latuisse dicemus aliqua huiusce indurationis seminaria, vt orta respondeant suis principiis, & insitam quandam vim peculiarem & abditam, quæ ab externis illis caussis excitata tandem in lucem emerserit, vt singulorum & quæ fiunt internæ quædam effectrix causla existit. Physici enim rerum omnium formas, excepta illa principe, quæ diuinioris est originis, ex materia educi putant. Item & Spagirici qui eas profitentur esse αὐτοφυεῖς, neque extrinsecus accedere, sed delitescere in ipsis seminibus, quæ, vt sua arcana tegunt quibusdam verborum inuolucris, suis matricibus consentanea esse oportet. Quòd si dempta illa ratiocinatrice, formæ quæ dant esse rei (vt Logici dicunt) educuntur à primarum qualitatum temperamento, illa etiam eruot ab eadem scaturigioe quæ oecessariò primam illam temperaturam sequuntur, inter quæ noo solum odores, sapores & colores repoount Medici, sed etiam mollitiem & duritiem. Proinde præter externas caloris, frigoris & siccitatis caussas & aduentitias (quamuis varia

Gal. de Anatomia vinorum.

Gal. de diff. Febr. Doct. 2. Pan. Gal. lib. quod animi mor. cpt. & 1. de vſu part.

Gal. lib. de cauſis procatar.

uis varia sentiant & Philosophi & Chymistæ de lapidum & fossilium & efficientibus & materialibus caussis) alij succum, alij fixiuium, alij sal, alij aquam congelatiuam, ooo solùm vt materiam ioduationis, sed etiam vt quodammodo effectricem, & in ipsis iodurantibus insitam fixámque delitescere proferunt. Sic Corallium, cui proprium est veluti quarto modo (vt scholæ loqountur) aëri expositum lapidescere, ideóque ἀπόπετρον Græcis appellari, (cùm mollis fuerit liquidis priùs herba sub vndis) non quidem solùm ab ambientis frigore induratur, sed quòd absconditam habeat in se suæ duritiei energiam, quæ à circunstante aëre affecta illam produxerit. Præterea, matre ab illis caussis colliquata nihil fœtui decessit de pleno corporis habitu, quem alioqui absumi & concidere necesse fuisset, si eadem causssas fœtos sustinoisset, humore tum fluxore, tum implantato vi caloris extranei absumpto.

Molas quidem in suis finibus sæpe concrescere, & gestantibus consenescere, immo iis commori certum est, vt multa scirrhosa, trophacea & lapidea in nobis generantur, aluntur, & augentur, cùm excrementitia sint corpora, imperfecta & sola viuant anima vegetabili, vt etiam in externis rebus ligna lapidescere videmus, eorumque cortices & plantas ipsas? sed quæ perfecta sunt animalia, cùm primordia suæ generationis habeant potentissima, eorum extiocto innato calore, homiditatem putrescere oportet, vt interitus proxima est via ad putredinem, concurrentibus præcipuè aliis putrilaginis caossis, vt dictum est antea. Quòd autem recensent nonnulli ex aliorum fide, & hominis pedem & capot, immò & totum corpos visa fuisse indurata, id multum abest ab eo de quo hìc agitur, cùm de indurationie fœtus in spirantis vtero disseratur; illa verò asseruata esse dicant, conditura & concretione cadauerum in sale quodam terræ, vt inquiuot, vegetaouo, quo omnia ferunt dealbari, indurescere & coalescere. Istam pugnantium argumentorum litem, quæ vires eundo magis ac magis acquireret, diiimat æquus arbitet. Egò verò, oouorum Academicorum more, desinam in ἐποχὴν suspensámque sententiam, vt canant cycni, sicut est in prouerbio, tacentibus graculis, exciteotúrque docta ingenia ad scrutanda summi opificis naturæque miracula & ad erueodas eorum causssas ex Philosophorum thesauris, in eò præcipuè spectaculo, in quo, à primo ortu, neque in similarium partium temperie, neque io instrumentalium figura, oumero, situ aut connexione oatura peccaueritideboque nihil hic sit monstrificum, cùm nullam habeat istud corpus deformitatem ootabilem, toti suæ speciei extraneam, quam à prima origine sortitum sit. Plinio autem si mirum fuit quosdam concretis ossibus extitisse & sine medullis, quod portentum istud fuerit fœtom extractum, imputrem in suo veluti ergastulo lapidefactum, tot mensibus & annis à matre circumgestatum fuisse? *lib. 7. cap. 18. Natur. hist.*

SYMEONIS PROVANCHERII LINGONENSIS. & apud Senonas medici de huius indurationis caussis opinio.

